



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**


Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)







Th. 2692.

J VIII
23

A
D

DO

Compl
Cont
piè &
Ex
lis, c
Et
Lib
Addit
ni
Inc

Per H

Ex

Ex

AQVÆ VITÆ,
DE FONTIBVS

SALVATORIS.

hoc est,

DOCTRINA EVANGELICA
DE MEDITATIONE MORTIS:

Completens Admonitiones & Exhortationes plurimas,
Consolationes item veras ac solidas, ad eos iuandos, qui
piè & Christianè in Domino viuere, & mori cupiunt:

Ex S. Scripturæ fluentis, & deriuatis inde tanquam riuu-
lis, orthodoxorum Patrum Commentarijs hausta:

Et LIBRIS SEPTEM comprehensa.

Liber Collegij Societatis Jesu Paderbornæ 1663
*Addita est grauissima Immortalitatis anima, & car-
ni: nostræ Resurrectionis, extremiq; ac formidabilis*
Indicij, nec non aeterni impiorum Supplicij assertio.

Per HENRICVM KYSPENNINGIVM Venlonens.
Colleg. Ecclesiæ Xantens. Canonicum.

IIII. ESDRAE I.

Exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
M. D. LXXXIII.

IOAN. METELLVS
SEQVANVS I. C.

*Optima si Mors est, animo que so-
spite vita est:
Re, liber hic vita est, nomina mor-
tis habens.*

IL
Io
Du
mit
Ran
Ven



stant
corp
nem
origi
tia: c
est q
anni
quan
& ch
com
quor
tum
stitu

3
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
IOANNI GVILIELMO IVNIORI,
Duci Cliuensi, Iuliacensi, Montensi: Co-
miti Marchia & Rauensburgi: ac Domino
Rauenstenij, HENRICVS KYSPENNINGIVS
Venlonensis, S. D.



VM tria sint, Illustrissime
Princeps, bonorum gene-
ra, quibus homo præstat,
Animi, Corporis & For-
tunæ: illos ego certè, qui
animos curant, melius de
humano genere atq; præ-
stantiùs mereri existimo, quàm eos, qui vel
corporis, vel bonorum fortunæ procuratio-
nem suscipiunt. Si enim animus suam è celo
originem habet, si corpus à terra, vt & diui-
tiæ: quin his animus longè antecellat, nemo
est qui dubitet. Igitur proximis superioribus
annis, cùm mecum diligenter expenderem,
quantopere quidem referat, hominem piè
& christianè mori: Methodum septem libris
comprehensam conscripsi: vt ostenderem,
quomodo egroti admonendi & exhortandi,
tum etiam qua ratione in vitæ periculo cõ-
stituti consolandi videantur. Itaque tenuio-

A 2 ribus

ribus Ecclesie ministris, quibus hoc onus plerumque imponi solet, viam sternere: proque mea virili, non admodum peritis, aut in eo functionis genere parum exercitatis consulerem, vel non nihil saltem, si daretur, subuenire christiano affectu cupiebam. In qua re tentanda, consiliū pictoris sculptorisque omnium nostro sæculo facile primi, sum secutus. Nā cum ei alter sculptor statuam, quam fecerat, examinandam proponeret: eam, inquit, in foro colloca. Volebat enim populum, hoc est, omnium oculos, nō vnum aliquem, operis censes fore. Edidi ergo eam Methodū: multis eō me, in primis Ioanne Merello Sequano Iuriconsulto, cui propter eius virtutem, pietatem, iudicium, doctrinamque, legendam examinandamque dederam, excitantibus. Vbi autem populi censuram subiisset, & quod bonorum virorū de ea iudicium esset, cognouissem: subincudē reuocandam esse duxi. Itaque hac secunda editione, quæ superflua in priore visa sunt, resecui: & quæ porro addi multa oportuit, adieci. Et ea quidem huc ego, quemadmodum apes ad mellificium, ex floridis perpetuoque vernatibus S. Scripturæ campis adtuli. Præter enim accuratiorem ad salutarem mortem Præparationem, ea etiam S. Scripturæ Testimonia, quæ

Michael
Angelus
Florentinus.

quæ de Dei in peccatores pœnitentes misericordia à me prolata fuerant, tum Parabolas & Exempla: & quæ de Doctrina & Dispensatione D. N. Iesu Christi super humani generis restauratione, Prophetarum & Apostolorum Oracula proposueram: quoniam ea breuiter tum adduxeram, copiosius explicanda iudicavi. Porrò autem, re ipsa comperi, imò verò longo vsu, dum Pastoralis mihi cura in hac ciuitate tua demandata fuisset, planè didici: ægotum, siue cõsolatione opus esset, siue exhortatione, seu etiam correptione, nihil æquè adficere, atque ea summi Dei Decreta & Promissa, quæ ex Scriptura sacra, vel similitudinibus declarata, vel exemplis confirmata depromuntur: in primis verò, quæ ex dulci illa D. N. Iesu Christi doctrina, aut Apostolorum & Prophetarum de eo testimoniis adferuntur. Primùm ergo exactam satis, nisi me meum fallit iudicium, ad bene moriendum Præparationem delineauì. Deinde ad Remissionem peccatorum confirmandam, Parabolas quas D. N. Iesus Christus declarandæ immensæ suæ Bonitati & Misericordiæ produxit: Similiter Exempla insignium peccatorum & peccatricum, in quibus Deus verè & ex animo pœnitentibus, eandem bonitatem & misericordiam ostendit: quæ videlicet

delicet obiter, ac veluti verbo duntaxat indicaueram, copiosius orthodoxorum Patrum verbis enarraui. Idem quoque feci in negotio Dominicæ Incarnationis & Natiuitatis, Baptismi, & eius doctrinæ salutaris. Sententias namque in S. Euangelio consignatas, quas ipse Filius Dei proferre dignatus est, tum quæ de sacrosancto Incarnationis & Natiuitatis Myſterio concionantur, selectiſſimas appoſui: & cuique Paracleſin addidi. ad eum ſanè modum, ac ſi quiſpiam ex Eccleſiæ Cathol. Patribus cum ægroto loqueretur: eiſque diuinæ Scripturæ locum interpretaretur. Nō diſſimile etiam adhibui ſtudium, in colligendis & explanandis ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarum concionibus, quæ ad D. N. Ieſu Chriſti ſacram Paſſionem & Mortem, Reſurrectionem & Aſcenſionem, atque etiam Spiritus ſancti miſſionem pertinent. Præterea explicauit Figuras ſiue Imagines vtriuſque Teſtamenti inſigniores, Chriſti Ieſu Seruatoris noſtri officia & beneficia præſignantes. Poſtremò in aſſertione Immortalitatis animæ, Reſurrectionis quoque carnis noſtræ, ego ita argumentis quàm plurimis ex S. Scriptura, & ab Exemplis, atque etiam humanæ naturæ Iudicio & Ratione deſumptis, vti ea in S. Patrum monumentis inueni, Eccleſiæ

Ecclesiæ fidem adstruxi & confirmaui : vt
 neminem ambigere amplius posse, nisi pla-
 nè perditum, confidam. Quid autem iucun-
 dius homini pio fideli, in omnibus periculis
 & ærumnis esse potest, quàm ob oculos ha-
 bere positam Resurrectionis, & alterius Vi-
 tæ spem tot illustribus tamque efficacibus
 S. Scripturæ Testimonijs, atq; etiã naturalis
 Rationis suffragiis roboratam? Et quid, quæ-
 so, in conscientiæ angustiis, cordi nostro ari-
 do, & ab æstu iræ Dei torrido, suauius esse
 potest, quàm Prophetarû de exuberantissi-
 mo Christi Iesu Merito Vaticinia, & Apo-
 stolorum præclarissima Testimonia? Huic,
 inquit Apostolus Petrus, omnes Prophetæ A&. 10.
 testimonium perhibent, remissionem pecca-
 torum accipere, per nomen eius, omnes qui
 credunt in eum. Iam verò suauissimæ Sen- 1oel. 2.
 tentiæ, quas Christus Filius Dei, doctor ille Ioan. 6.
 iustitiæ, qui verba vitæ æternæ habet, enarra-
 uit ipse: cuius animum etiam mœrore affli-
 ctissimum, vehementer non recreent? Ni-
 mirum hæ sunt Aquæ illæ, de quibus Esaias Esa. 11.
 Propheta exultabundus canebat: Haurietis
 aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: Do-
 ctrinam intelligens Euangelicam. Atque ad
 easdem Saluatoris aquas nos prouocat alibi
 dicens: Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Esa. 55.

Cant. 4.
Psal. 45.

Ioel. 3.

Esaie 2.
Mich. 4.

Jerem. 2.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

Apoc. 21.

Hæ quoque sunt Aquæ, quæ, vt in Canticis scribitur, currunt impetu de Libano: quarum impetus latificat ciuitatem Dei. Quas & Ioël Propheta designabat, cum diceret: Per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Domus Domini, Hierosolyma est: vnde fons ille & aquæ dulcissime Doctrinæ cælestis emanarunt, quæ orbem terrarum impleuerunt. Sicut scriptum est: De Sion exhibit Lex, & Verbum Domini de Hierusalem. Quas quidem Doctrinæ salutaris, Consolationis & Gratia Spiritus sancti aquas, Christus verè Fons aquarum viuentium, Samaritanæ propinauit, dicens: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et ad easdem aquas affatim hauriendas ac potandas, omnes homines benignissimè inuitauit. Si quis sitit, inquit, veniat ad me, & bibat. Item: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Addit autem in Euangelio præcellentem illam Promissionem: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Ventre, mentem hominis fidelis significari, frequens est Patrum consensus. De hoc promanaturam ait aqua viuam

viuam
illam
quæ a
dem
gand
ctora
& fe
na de
prim
pta v
abun
oppi
ros,
Basil
Amb
Aug
Mag
ros: a
ctaff
mus
pluri
Apo
aliqu
fixur
tis ha
limp
ac de
Patr

vinam, hoc est, Spiritum sanctū: & Gratiam illam, quę per doctrinam Spiritus percipitur: quę auditorum animos irriget. Et adeo quidem, vt non modò vnusquisque cor suum rigando fertile reddat, sed aliorum etiam pectora, instar flumini cuiusdam riuu inundet & fecundet. Enimuerò huius aquę flumina defluxisse ab Apostolis, qui ex fonte illo primo, nempe Christo, biberunt: eorum scripta volumina, simul & prædicationis fructus abundè restantur. Et ijsdem fontanis aquis oppidò repletos fuisse Apostolicos illos viros, Irenæum, Cyprianum, Chrysostomum, Basilium Mag., Gregorium Nazianzenum, Ambrosium, Epiphanium, Hieronymum, Augustinum, Cyrillum: Gregorium item Mag., Bedam & Bernardū, aliosq; innumeros: atque earum dulcedinem suauiter eructasse: ex eorum Commentariis facilè videmus. Nec defuit eiusdem aquę viuę copia, plurimis nostrę ætatis hominibus: qui cum Apostolo Paulo non iudicauerunt se scire aliquid, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum. Spretis ergo dissipatis illis ac lutulentis hæreticorum, sophistarūue lacunis, ex limpidißimis sacrosanctę Scripturę fluentis, ac deriuatis inde tãquam riuulis, sanctorum Patrū Lucubrationibus: hęc piarum Admo-

1 Cor. 2.
Ierem. 2.

A 5 nitio-

nitiorum & Consolationum methodum
recognitam & locupletatam, ad iuuandum
eos videlicet, qui in Christiana pietate rectè
viuere & mori cupiunt, qua potui diligentia,
concinnauit & publicauit. Ac spero nauatam
hanc operam Ecclesie Cathol. profuturam:
nec aliò mea spectant studia. Quod ad Pre-
cationes attinet, quibus Liber quintus attri-
butus est totus, quoniam ijs maximè opus
esse apud ægrotos, ac plurimum eas prodesse
video, collegi vnde cūque quotquot habere
poteram huic instituto idoneas: sed ex opti-
mis optimas, & veluti Spiritu quodam viuas:
quæ quiddam excellentioris & sanctioris ad-
fectionis spirantes, pietate, & rerum senten-
tiarumq; energia ægrotantium animos sur-
sum ad cælos euehant. Breuiiores autem eas,
quæ licuit, esse volui, vt Eiaculationes meri-
tò dicerentur, & essent: quòd hoc Precu-
larum genus ægrotis maximè conueniat: vt-
pote, quos morbi vis sæpiusculè interpellat,
nec sinat ad prolixas preces eodem vi-
gore mentis attendere. In Passionem quoq;
D. N. Iesu Christi Meditationes adieci:
quòd eius supplicium, in longiore præsertim
morbo, pro solatio incommodorum & ca-
lamitatum omnium sit: & animæ vulneri-
bus cum primis medeatur. Cum igitur Prin-
ceps

ceps Illustrissime, hæc propter rei magnitudinem, summorum virorum cognitione nõ indigna fuisse, vel vnquam fore, iudicarem: & à priscis vsq; seculis morem hunc obtinere scirem, vt eruditi suos labores excellētissimis hominibus dedicarent, quorum autoritas gratiam operi, nomenq; conciliaret: priorem editionem Illustrissimo Nobilissimoq; Principi Guilielmo Duci Cliuix, Iulix, &c. Parenti tuo, Domino meo clementiss. nuncupaueram. Hanc verò lucubrationem, siue operis accessionem, tibi generosissime Adolefcens, paternarum opum hæredi vnico, veluti iure hæreditario debitam offero & cōsecro: nempe, vt commemoratione tanti Principis, tamq̃ue illustris, quàm plurimū luminis in hoc meum scriptū ex me obscurū, deriuetur: atque ex te maximè inclarescat. Etenim à clarissimis ac laudatissimis Principibus genus originemq̃ue ducis: qui certè vetustissima, nobilissimaq; profapia, & quod caput est, prudentia, fortitudine, pietate, omniumq̃ue virtutum splendore emicuerunt. Nam, ne antiquiores commemorem: quid ego de Adolphi atavi tui paterni, & Ioannis eius filij abavi tui, sapientia, clementia, temperantia, iustitia, cæterisq; virtutibus dicam? Adhuc recens est ab illis præclare dictorum gesto-

Ex libro
M.S. Arnol-
di Heymeri-
cij Decani
Xantens.
Exrat in bi-
bliotheca
Eccles. Xant.

gestorumque memoria. ADOLPHVS ille
Dux, Mallem, inquit, iustus esse subulcus,
quam amplissimo in iniustitia Regno præ-
esse. Ac proinde Magistratum constituebat
in oppidis & pagis integrum ac probum. Ne-
que ullam Reipub. curam prauis hominibus,
vel luxuria & libidine aliisque flagitijs conta-
minatis committebat. Asserebat namque
nullam iniuriam intolerabiliorem, quam quæ
ex maligno Iuris interprete accideret: & exi-
tium Reipub. arbitratus est, si præfiderent
luxuriosi, aut alios flagitiosi: qui vulgò con-
tempti, nullo unquam tempore in honore
aut pretio apud populum bene moratum
fuissent. Edicto etiam graui vetuit, ne qui iu-
dicio præessent, iræ locum darent: Sed sedati
prius seipfos, deinde cognoscerent alios: fu-
tutum hoc pacto, ut minus errarent. Assere-
bat præterea, primū, summæque necessarium
cuiusvis præfecti officium sibi videri: scire in
consentaneos mores, communeque bonum
subditos reducere, componere, & cōseruare:
soli que virtuti omnia, muneribus verò nihil
tribuere. Ad quæuis honesta studia aiebat
non eundem, sed celeriter properandum esse.
Temulētia nihil cœdius iudicabat: qua om-
ni pudore postposito, non solum noua com-
mitterentur crimina, verum etiam occulta,
vel

vel vetustate iam pridem oblitterata prode-
rentur. Agricolas, quotquot tabernas frequē-
tius quàm agros inuisere comperisset, ex-
traordinariis seruitiis tam diu fatigari iussit,
donec relictis tabernis, rustica sua negocia di-
ligenter curare probarentur. Alioqui suos
subditos immoderatis exactionibus vel ser-
uitiis minimè grauabat. Cùm videret in
suis ditionibus vestium luxum, præsertim
muliebre ornatum supra modum excre-
scere, adeò vt mulieres & vnà viri immodicis
illis & vanis impensis ad inopiam redigeren-
tur: serio edicto prohibuit, ne quisquam su-
pra statum & conditionem suam ornaretur.
Qua disciplina nos vtinam non in vestitu
solùm, sed & in moribus aliis multis neces-
sariò corrigendis, vteremur. Plurimum certè
malorum ex luxu & profusione nasci, mani-
festum est. Principum siquidem luxum no-
biles certatim etià æmulantur: plerique ta-
men inuiti, ne contemnantur. Hos deinde
ciues, & ciues rustici non modò adæquare,
sed & superare maximè contendunt: nec he-
ræ famula, hac quidem in re, quippiam con-
cedit. Quo fit, vt superfluo illo cultu, atque
etià immodicis rerum non necessariarum
sumptibus, ad summam egestatem, nimirum
opibus in eas nugas proiectis, deueniatur.

Meritò

Meritò igitur huic malo veteres Legibus sumptuariis occurrebant: & eò Censores crearunt, vt immodica in conuiujs, in vestitu, aut ædificijs impendia coërcerent. Sed ad Adolphum redeo. Serpebat ergo tum, sed necdum omnino in Rempub. penetrauerat pestifera illa bellua LVXVS, quæ hodie latè vagatur: quapropter summo conatu in hoc incumbere prudentissimus heros, vt tempestiuè bestia illa conficeretur, prius quàm ditiones eius prorsus occuparet: quippe quæ certam populo perniciem, quod ipsa nunc res arguit, allatura esset. Et quidem cum Dignitatis, quam gerebat, ratio sic postularet, vt sese veluti ostentare necesse esset, splendidæ cuiusdam Maiestatis plena erant omnia: at mox cum priuatim viuere daretur, vt populo suo temperantiæ exemplum præberet, dimissis domum aulicis suis, in arcium suarum aliquam ad honestam sese contulit frugalitatem: & sumptus superuacuos amputauit, ac ministeria ociosa reiecit. Neq; enim ignorabat, quàm MAGNVM ESSET VECTIGAL, PARSIMONIA. Ita factum est, vt contractis impensis vehementer auctus sit census; & rebus omnibus abundarit. Argumento etiamnum sunt, à fundamentis ab eo exædificata cœnobìa tam multa, re-

ta, rebus omnibus ad vitæ sustentationem necessariis, satis superque instructa: tot passim templa restaurata: tot denique arces & turres incredibili propè sumptu exstructæ. Et moriens nihilominus ingentem vim auri filio reliquit. Egregiè verò ille, cum à subditis amari quàm timeri mallet: sciscitanti cuidam, quo nam modo hic amor comparari posset, Si commune bonum, inquit, privato anteponas. Proinde ARNOLDO Geldriæ Duci, eius genero admiranti, qui fieret, ut ille tantopere à suis amaretur: Elbertus Alpinensis respondit: Hoc, ait, vicissitudo præstat: ut cum dominus in omnes sit benignus & mansuetus, malitque amari quàm timeri, è diverso ab omnibus obseruetur & suspiciatur. Fuit ergo tam clemens & comis omnibus, tum proceribus, tum plebeis, ac vicissim tam iis charus, ut quidquid constitueret, & fieri vellet; promptissimo quisque animo exequeretur. Præclarum & illud animi illius compositi indicium; quòd cum diu laceffit ab hoste, à bello abstineret tamen, atque ideo à militibus increparetur, respondit: Pacem tractari prius præberi que, quàm arma capessere, salubrius sibi videri. Hæc atavus tuus. IOANNES autem Dux, abavus tuus, Adolphi patris vestigijs inhærens, pulcherrima

cherrima prudentiæ & temperantiæ exempla, tū benignitatis atque moderationis, edidit. Inter cætera, cum videret vinū à multis immoderatiùs hauriri: Vtinam, inquit, Deus vnà cum vino, necessariū tantum vini vsum concessisset: & vnicuique modum statuisset! Porro cum primorum quispiam eum insitæ clementiæ argueret, curque non omnes promiscuè noxios cõstitutis semper pœnis multaret: Quia, respondit, sanguinem fundere vereor, qui eius minimam creare guttam nequeo. Sæpius etiam Principibus nimia austeritas, quàm indulgens benignitas nocuit. Reuersi nõ rarè ad cor fuere fontes: at cruor semel effusus nunquã redit. Sed infigne certè illius dictū fuit, & vox Christiano Principe lógè dignissima. Etenim, cum eius Senescallus durius aliquando, quàm oportuit, in subditos imperium exerceret: Nolo, inquit ille, mihi obtemperátes trahi, sed molliter duci: siquidem non alij mihi videntur, quàm proprij liberi. Qui his in principatu successerūt heroibus, proauus tuus & auus; summæ quoque virtutis gloria resplenduerunt, & tota Europa, propter egregia domi militiæ que facinora, clarissimi fuerunt: seq; ita gesserunt, vt malis essent formidini, à bonis autem impensius amarétur. Superest excellentissimus

Dvx

DVX G V I L I E L M V S pater tuus: de cuius
 singulari virtute plurima narrari possunt.
 Omnia enim optimi Principis epithera me-
 ritò possidet. Pater est, (vt ea sine aliorum
 inuidia referam) mitis, placidus, lenis, prou-
 idus, æquus, humanus, magnanimus, iustus,
 sobrius, sollicitus pro his quibus imperat, prò-
 ptus ad beneficentiam, lentus ad vindictam,
 facilis aditui, comis in congressu, commodus
 alloqui volentibus, bládus, expositus, curam
 agens suo parentiũ imperio, pacis amãs, pacis
 tenax. Quamobrem, non solum eius nomen
 nostris est amabile, verum etiam vniuersis
 Christiani orbis proceribus multò gratissimũ.
 Tu igitur tãto patre, matre verò Imperatorũ
 & Regum edita sanguine virtutibus inclyto
 genitus: perge decora Maiorum tuorũ vesti-
 gia sequi, eorumque imaginibus virtute pro-
 pria responde. Quid enim magis te dignum
 potes, aut illustrius? Et verò ea est naturæ
 tuæ bonitas, ea mentis integritas, ea vis inge-
 nij, vt omnibus certissima spes sit, te futurum
 salutarem Patriæ Principem: adeoque integri,
 vereque Christiani Principis, in quod omnes
 intueatur, simulachrum fore. Neque sanè tuis
 in prouinciis, Cluuiã præsertim, defunt sum-
 ma prudentia, ingenio, doctrinaque celebres
 viri, qui Celsitudini tuæ, cum tantam tot po-
 pulorum

Ex Iulio Pol-
 luce: iuxta
 Erasini ver-
 sionem.

B

pulum

pulorum expectationem sustineas: ipsi certe ad honestissima studia sponte currenti, veluti calcar addituri sunt. In primis verò clarissimi, doctissimiq̄ue Iurisperiti, Illustriss. Parentis tui Consiliarij, Ioannes Louwermannus, Rutgerus Rudderfchetus, Theodorus Esserus, Assuerus Hoppius: inter quos tanquam gemma enitet omnium virtutum & literarum decus, HENRICVS A WEZE Cancellarius, vir integerrimus, atque omnium animi, tum ingenij laude præstantissimus. Quod reliquū est, supplex à Deo Opt. Max. flagito: vt dotes T. C. concessas augere dignetur: quò Spartam tibi destinatam, ad ipsius gloriam, & Reipub. salutē, pro dignitate adornare queas. Bene & fœliciter vale. Xanti, Veteribus olim Romanorum castris Solstitio æstiuo, Anno M. D. LXXXII.

L I

M F

A I

mi

tate

Qu

gru

falu

rissi

roro

mo

De



onerat

nanque

Calami

lem poss

pedibus

totius or

alios tor

ad serm

LIBER PRIMVS

SIVE

MEDITATIO MORTIS,

AB HVMANAE VITAE CALAMITATIBUS & ærumnis, fragilitate & breuitate: Vnde Calamitates, Morbi, Mors: Quid de iis sentiendum: Quomodo ingruente morte præparandus animus ad salutarem & fœlicem exitum: Quæ verissima ac firmissima Consolatio in terrore mortis: &, Quis optimus moriendi modus.

De Calamitatibus & Ærumnis huius Vitæ.



AGNÆ sunt & graues vite CAPVT I.
huius Calamitates & Ærûna.

Et qui intuetur in miserrimam
illam humana Nature condi-
tionem, in terrores & cruciatus
animi & corporis, in calamita-
tes & pericula, quibus totum
genus humanum affligitur &

meratur; non potest non animo toto cohorrescere. Vita
nanque hæc, si rectè inspiciatur, non est Vita, sed mera
Calamitas. O vtinam, inquit D. Hieronymus, si in ta-
lem possemus ascendere speculam, de qua vniuersam sub
pedibus nostris terram cerneremus: iam tibi ostenderem
totius orbis ruinas: gentes gentibus, regnis regna collisa:
alios torqueri, alios necari: alios absorberi fluctibus, alios
ad seruitutem trahi: hic nuptias, ibi plañctum: alios
B 2 nasci,

Hieron. in
Epitaphio
Nepotia.

naſci, iſtos mori: alios aſſuere delitiis, alios mendicare. Et conſtat nullum eſſe hominem, quantumvis fortunatum, quin humanos omnes caſus, qui in longam vitam incurſſere poſſunt, metuere oporteat: nempe, egeſtatem, infamiam, odium, luctus ſuorum, exilium, carceres, & ſimiles. Quibus connumeranda ſunt, fulmina, terra concuſſiones, maris exundationes, bella, latrocinia, homicidia, rapina, veneficia, variaq; morborum forma: in quibus permulti tam ſunt horrenſi & cruciabiles, ut ad ſolam mentionem homo expanſcat. Omnino oportet eum, qui homo eſt, omnia expectare: cuius enim accidere poteſt, cuiquam quod accidit. Præter hæc autē, aliàs etiam, Mors corpus in cinerem redactura, ſingulis momentis eſt expectanda: qua nulli parcit ætati, ſexui vel ordini: qua mille modis quotidie miſeros homines rapit.

Iam in iis, qua nobis bona videntur, quantum admixtum eſt mali: quanto plus habent fellis quam mellis! Ingens eſt gaudium, poſteaquam homo natus eſt in mundo: at quam miſeranda eſt Natiuitas? quantis malis expoſita Infantia: qua quid aliud eſt, quam ploratus perpetuus? Hinc expectatur effloſcens Adoleſcentia: at quot obnoxia eſt iniuriis & inſidiis? Quot curis diſtracta eſt Virilis ætas? quam calamitoſa Senectus? in quam velut in ſentinam deſluit, quicquid in corpore incommodorum poteſt excogitari. Recte proinde Solon cum Cræſo de humane Vitæ miſeriis diſputans, addidit: Hoc totum quod eſt homo, eſt Calamitas. Ad eundem modum & Seneca, ſi velis, inquit, credere altiùs veritatem intuentibus, Omnis vita ſupplicium eſt. In hoc profundum inquietumq; proiecti mare, alternis aſtibus reciprocum, & modò alienans nos ſubiectis incrementis, modò maioribus damnis deſerens, aſidueque iactans, nunquam ſtabili conſiſtimus loco: ſemper timemus in hoc tam procelloſo;

celloso, & in omnes tempestates exposito mari. nauigan-
 tibus nullus portus, nisi mortis. Quod diuina etiam Scri-
 ptura testatur, dicens: Homo natus de muliere breui Iob 14.
 viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos
 egreditur & conteritur, & fugit velut umbra: & nun-
 quam in eodem statu permanet. Ideo quam primum ho-
 mo in lucem editur, lachrymari incipit: futuras per om-
 nem vitam miseriis praesagiens atque deplorans. Hoc
 principio edimur: huic omnis sequentium annorum ordo
 consentit. Quam ob causam Thraces luctu lamentisq;
 nascentes excipere, exeuntes verò à vita gaudio gratu-
 lationibusq; prosequi solebant. Perpendebant namque,
 quantas puero hunc mundum ingresso perpeti necesse es-
 set calamitates: à quibus vita functus liber existeret.

Ad haec incommoda accedit, quod merito optimum
 quæque mouere debet: videlicet, quòd haec vita perpe-
 tuis obnoxia sit peccandi periculis. Etenim cum auaritia
 nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congres-
 sio est: cum carnalibus vitiis, cum illecebris secularibus,
 assidua & iugis & molesta est lucta. Obsessa mens homi-
 nis, & undique diaboli infestatione vallata, vix occur-
 rit singulis, vix resistit. Hic enim tanquam leo rugiens
 circuit, querens quem deuoret: & anima nostra laqueos
 ponit, nunc quidem aperte & violenter, nunc occulte &
 fraudulentè, semper autem malitiosè & crudeliter nos
 impugnans & persequens. Et Caro domesticus nobis ho-
 stis est, semper aduersus Spiritum concupiscens: quem
 nec fugere possumus nec fugare: circumferre illum neces-
 se est, quoniam alligatus est nobis. Itaq; quò diutius quis
 in hac vita fuerit, tantò magis oneratur sarcina peccato-
 rum: nullus enim dies sine nostro peccato praeterit. Pro-
 pterea exclamat Apostolus Paulus, Infelix ego homo,
 quis me liberabit de corpore mortis huius?

Cyprianus
 Serm de
 Mortalitate.

1. Pet. 5.
 Bernard. ser.
 3. de 7. pani-
 bus.

Gal. 5.

Ambros. de
 Bono mor-
 tis. cap. 2.

Rom. 7.

De Calamitatibus atque etiam Morborum causa: & quo nobis, & quare immittantur: tum quoque, quomodo in iis nos gerere debemus.

CAP. II.

Sapientes huius mundi semper mirati sunt, cur hæc præstans hominum natura, tam Diuinis donis ornata: ingenio, intellectu, memoria, & similibus: tot erumnis & periculis, publicis & priuatis, quorum magnitudo & atrocitas nec oratione percenseri, nec lachrymis satis deplorari possunt: denique etiam Morti, quæ omnes sine discrimine tollit, exposita sit. Verum sola Ecclesiæ Doctrina, horum ingentium malorum causam indicat fuisse Peccatum: ac totam illam erumnarum molem Natura humana propter peccatum impositam. Nam si primi parentes non peccassent, nullæ calamitates fuissent aut æræne, nulli labores aut dolores, nulli morbi vel defectus. Posteaquam verò homo in Deum peccauit, pœna quoque peccati secuta est. Vide librum Genes. cap. 3. A peccato igitur vitæ huius Calamitates & ærumne, Morbi etiam & defectus: denique Mors ipsa, quam ideo S. Paulus rectè peccati stipendium appellauit: utramque mortem significans, temporariam & æternam. Et nunc quoque sæpenumero morbos delictis nostris attrahimus vel augemus: nec rarò etiam mortem acceleramus.

Rom. 6.

Proinde de iis ita sentiemus: nempe, quòd à Deo nobis, quamquam rectè propter peccata nostra irato, maxime tamen propitio immittantur. Reuera enim Deus, qui quem corripit, diligit: quando corripit, ad hoc corripit, ut emendet: ad hoc emendat, ut seruet. Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Emulare ergo, & pœnitentiam ago. Quam ob rem hoc magni esse beneficii iudicium, S. Scriptura pronunciat: videlicet, ne cum dies iudicii aduenerit, in plenitudine peccatorum, & peccatis nostris

Cyprian. lib. 4. Epistola 4. Apoc. 3.

2. Mach. 6.

nostris in finem deuolutis, ita demum Deus in nos vindicet. Itaq; in Calamitatibus, vt etiam in Morbis, culpam agnoscere, veniamq; à Deo petere debemus: et cum Propheta regio clamare, *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Sic MAVRITIVS IMP. spectator simplicij dulcissimorum liberorum, & necis charissima coniugis, oculis in calum sublatis, cum ipse iam quoque trucidandus esset, exclamauit: *IUSTVS ES DOMINE, ET RECTVM IVDICIVM TVVM.* In tantis doloribus & arumnis Dei iustitie laudem tribuit: quia se iuste puniri propter peccatum intellexit. Testimonium autem diuini erga nos Amoris est, quoties aduersis concutimur & calamitatum procellis iactamur. *Beatus ergo homo, qui corripitur à Deo.*

Psal. 118.

Heb. 12.

Iob 5.

Aliquando autem Deus calamitatibus nos & morbis affligit: vt nobis tanquam filius in gratiam receptis, disciplinam imponat, fidemq; nostram exerceat, & occasionem pie viuendi praebeat. Adde & hoc: vt desiderium Vitae aeternae in nobis accendat. Vt enim secundo vento, & aëre tranquillo navigantes, vertimur ad comestationes & fabulas: & securi periculorum, nunc lusibus & iocis, nunc ocio & somno tepus terimus: Si verò atrox repente exoriatur tempestas, si strideant vento rudetes, si malus curuetur, si frangatur clauus, tum demum Diuinam opem poscimus: ita secundis rebus ascitantes ac supini rapimur ad socordiam & voluptates: aduersis monemur officij. Quàm horribiliter labitur & peccat David Rex, rebus secundis: at quàm est pius, quàm ardens in precatone, rebus aduersis & cruce pressus? Et enim rebus secundis fit adulter, & tradit sanguinem innocentis Vria: numerat populum, alijsq; peccatis Deum offendit: in calamitatibus verò praestantissimos componit Psalmos, & orat. Ideò dicit: *Bonum mihi Domine, quod*

Vide Euseb.
Eccl. Hist.
lib. 7. ca. 2042. Reg. 11.
2. Reg. 24.

Psal. 218.

B 4 humilia-

4. Reg. 21.

humiliaſti me. Sic Manasses inſtituit cultum idolorū: ac ſe & urbem totam Hieruſalem polluit ſanguine innoxio, abſq; peccatis ſuis, quibus peccare fecit Iudam, ut facerent malum coram Domino: abductus autem in captiuitatem, poſtquam coangusatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum; & egit pœnitentiam valde coram Domino. Deprecatusq; eſt eum intentè. Itaq; veriſſima eſt ſententia: Mala que vos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Ad hæc inueniuntur adeo voluptatibus ac rebus terrenis dediti, ut ſi ſemper commoda valetudine, & ſucceſſibus fœlicioribus uti poſſent, Domino Deo ſuis domicilium Calum libenter relinquerent: at verò, cùm in morbos graues & diuturnos, aut alias calamitates incidunt, aliter adſciantur: & pertaſi præſentis vitæ ærumnoſe, ad alteram omnis miſeria expertem anhelare incipiunt. Unde in Oſee dicit Dominus: Ego ſepiam viam tuam ſpinis, Et in Michaa: Surgite, & ire, quia non habetis hic requiem.

1. Paral. 33.

Deus ergo, ut peccatores ad emendationem corripit: ita bonos, quos diligit, aſſiduis ſapè laboribus ad uſum virtutis exercet: nec eos caducis & mortalibus bonis corrumpi ac deprauari ſinit. Unde cùm rebus aduerſis vexamur ac premimur, morbiſq; conſictamur: tum maximè gratias agere indulgentiſſimo patri debemus, quod corruptelam noſtram non patitur longius procedere, ſed plagis & verberibus emendat: ac nos Patria meminiffe cœleſtis, & terrena deſpicere, atque ad beatam illam & immortalẽ Vitam ſuſpirare cogit. Sic Deo ille charus Iob, cùm facultates omnes, ac liberos, ipſam etiam corporis valetudinem amiſſiſſet, non id ſolum patienter tulit, verum etiam hoc nomine Deo gratias egit, dicens: Sit nomen Domini benediſſimum. Si bona ſuſcipimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus? Cuius

Oſee 21.

Michaa.

Laſant. lib.

3. cap. 23.

Iob 1. & 2.

etiam

etiam exuberantior in eo conspicitur bonitas: quod non plus nostris humeris imponit, neque diutius, quam ferre valeamus: sicut Apostolus Paulus dicit, Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Ad haec, de paterno eius erga nos affectu nihil omnino hesitantes, sic semper compositi sumus, ut quicquid imponit nobis Deus, lubenti & alacri animo feramus: utq, sine diutius in terra commorari nos velit, sine excedere hinc in vitam meliorem iubeat: nostra semper voluntas Diuine voluntati consentiat. Hoc Dominus & Magister noster Iesus Christus, suo nos exemplo docuit: qui appropinquante vite sua fine, tristis ac mœstus, (ut declararet humana natura, quam propter nos assumpserat, veritatem) procidit in faciem suam, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et iterum orauit dicens: Pater mi: si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Qui etiam nos orare docuit: Pater caelestis, Fiat voluntas tua. Notum quoque est illud, 1. Reg. 11. Dominus est: quod bonum est in oculis suis, faciat. Et illud Davidis: Praesto sum, faciat quod bonum est coram se.

1. Cor. 10.

Mat. 26.

Mat. 6.

2. Reg. 15.

De Morte naturali, seu corporali: Quid, & vnde sit.

Mors naturalis siue corporalis, sequela morborum est. Ea autem nihil aliud est, quam corporis animaeq, dissolutio. Anima nanque vitam adfert corpori: inde omnium operum naturalium in corpore humano perfunctio: nec aliter quam Sol lucem diei, vitam tribuit carni, cum venerit: mortem efficit, cum recedit. Ita vero Deus humanam naturam condiderat: ut nec morbis, nec mortalitati esset obnoxia: vnde nec senio corrumpi, nec

CAP. III.

Lactant. de

Opif. Dei.

cap. 4. Et,

Diu. Inst. li.

2. cap. 13.

B 5 morbis

August. de
 Spiritu & a-
 nima. ca. 43.
 Genes. 2.
 August. de
 Ciuit. Dei.
 lib. 13. cap. 14
 Sap. 1. & 2.
 Rom. 5.
 August. de
 Ciuit. Dei.
 lib. 12. cap.
 21.
 Eccl. 40.
 Psal. 77.
*morbis frangi, nec morte poterat dissolui, quandiu à pec-
 cato libera permanebat. Dixerat enim Deus: Ex omni
 ligno Paradisi comedere: de ligno autē scientia boni & ma-
 li, ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo,
 morte morieris. Manducauit Adam, & peccauit: spon-
 te deprauatus, inſteq; damnatus, deprauatos damna-
 tosq; genuit. Ideo S. Scriptura dicit: Deus mortem non
 fecit. Et, Deus creauit hominem inexterminabilem, &
 ad imaginem similitudinis suae fecit illum. Inuidia autem
 Diaboli, mors introiit in orbem terrarum. Et Aposto-
 lus Paulus ait: Per unum hominem peccatum in hunc
 mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in om-
 nes homines mors pertransiit. Hinc ergo, ut capite proxi-
 mo quoque ostendimus, Calamitates & arumna: hinc
 Morbi, & iugum graue Mors naturalis. Quare, si pri-
 mi parentes in sua integritate, in qua erant conditi, per-
 seuerassent: nulla fuisset Senectus, aut Mors: sed ubi
 tēpus illud quo in terris viuere debuissent, homines com-
 plessent, in conspectum transissent Angelicum, sine
 morte media, beatam immortalitatem sine ullo termino
 consecuti. Nunc ergo Mortem nullus hominum euadere
 potest: ab opulentissimo Rege vsque ad pauperrimum
 mendicum. Sicut in Ecclesiastico dicitur: Occupatio ma-
 gna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super
 filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque
 in diem sepulturae in matrem omnium: ab eo qui residet
 super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra &
 cinere: ab eo qui utitur hyacintho, & portat coronam,
 vsque ad eum qui operitur lino crudo.*
*Nihil hic profunt sapientia, robur, diuitiae: quod exem-
 pla testantur. Vbi Salomon sapientissimus, pariterq; di-
 tissimus? Vbi Samson fortissimus? Vbi Reges & Impe-
 ratores vniuersi? Mors omnes abstulit. Defecerunt in
 vani-*

vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione. Nulla resistere potuit sapientia, nulla fortitudo, diuitiæ nulla. Sed nec Sanctorum quenquam Deus immunem ab hac esse voluit: non Abrahamum fidelem: non Moysen familiariter dilectum: non Dauidem, virum secundum cor suum: non è Prophetis quenquam, neque Ieremiam quidem, sanctificatum aniequam natum: non Ioannem Baptistam, quo maior inter natos mulierum non surrexit: non aliquem ex Apostolis: non matrem filij sui unicè dilectam & præelectam. Qui & ipsi unigenito filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illū in mortem, mortem autem crucis, omnium ignominiosissimam. Statutum est hominibus semel mori: & cum illa moriendi necessitas aduenerit, migrandum est. Natus es homo, inquit Augustinus, moriturus es: quò ibis vt non moriaris? Ergo cum moriturus es, quà euadas non habes: hodie sit, cras sit, futurum est: debitum est, reddendum est. Ac proinde Propheta Dauid, Mortem rectè Viam vniuersæ terre appellat: qui aliàs etiam dicit: Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Et Salomon, Nemo est, inquit, qui semper viuat: & qui huius rei habeat fiduciam. Hinc Syrach quoque sic loquitur: Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni.

Genes. 25.
Num. 12.
Deut. 34.
1. Reg. 13.
3. Reg. 2.
Matt. 11.
Marc. 6.
Rom. 8.
Phil. 1.
Heb. 9.

In Ioannem
Tracta. 43.

3. Reg. 2.

Ecl. 41.

De Morte Spirituali animæ, mala: quæ vera
Mors est.

INsuper & alia Mors est, quam incurrit homo peccando: nempe, Mors animæ: mors omnium tristissima, & alterius, puta corporalis, imò etiam æterna, causa primaria. Hac est, in qua deseruit animam eius Deus. Ea significata est verbis eius, quando timore deambulantis sese

CAPVT
IIII.

August. de
Ciuit. Dei,
lib 13. ca. 15.

sese

Genes. 3. sese abscondenti homini dixit, Adam ubi es? non utique ignorando querens, sed increpando admonens, ut attenderet ubi esset, in quo non esset Deus. Cum verò iam corpus anima ipsa deseruit etate corruptum, & senectute confectum, venit in experimentum mors altera, de qua Deus peccatum adhuc puniens homini dixerat, Terra es, & in terram ibis. Mors igitur anime fit, cum eam deserit Deus: sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo utriusque rei, hoc est, totius hominis mors est, cum anima à Deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex Deo vivit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur, quam SECUNDAM MORTEM diuinorum eloquiorum appellat auctoritas. De qua infra, libro VI. cap. X. copiosius dicemus.

Quemadmodum ergo Anima est vita corpori: ita Deus est vita anime. Hac vita, qua Deus est, cum peccamus, priuamur: peccatum enim nos à Deo seiungit: uti ex historia Adæ lapsi manifestum est. Et in Esaiâ scriptum est: Iniquitates vestre diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Est itaque infelix omnino mors, anima mors in peccatis: quippe, qua separat à Deo, qui fons est vite: ideoque homini Christiano modis omnibus detestanda. Hic verè usurpari potest vox illa: Siccine separas amara mors? Proinde in hoc incumbendum; ne carni viuamus, & peccato consentiamus. Sic enim docet Apostolus in epistola ad Romanos: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ideo etiam de vidua loquens, qua in delitiis est, Viuens, inquit, mortua est. De hoc mortis genere intelliguntur & hæc Scriptura loca: Anima qua peccauerit, ipsa morietur. Os quod mentitur, occidit animam. Homo occidit quidem per malitiã animam suam. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum

August. de
Cuitat. Dei.
lib. 13. ca. 2.

Esa. 59.

Psal. 36.
Jerem. 1.
1. Reg. 15.

Rom. 8.

1. Timoth. 5.

Ezech. 18.

Sap. 1.

Sap. 16.

Iacob. 1.

tum

tum verò cum consummatum fuerit, generat mortem.

Sed deplorandum est preposterum nostrum studium, qui hac in re prorsus pueri efficiuntur sensibus. Pueri enim parui larvas quidem timent, ignem verò non timet: sed si ad lucernam lumen habentem portari contingat, inconsideratè manum immittunt lucernæ ac flammæ: & contemnendam quidem personam horrescunt, at verè timendum ignem non timent. Sic quidem & nos timemus mortem, quæ est larva contemptu digna: peccatum verò non timemus, quod est verè timendum. Rectè proinde D. August. ait: Mors quam timent homines, separatio est anima à corpore: mors autem vera, quam non timent, separatio est anima à Deo. Et plerumque cum timent ipsam, quæ separat animam à corpore, incidunt in illam, ubi anima separatur à Deo. Imò autem detestandam hanc, quam fugere meritò debemus, mortem, toto sepe conatu insequimur: nec desistimus, donec eam apprehenderimus: at verò corporis mortem non modo pro virili fugimus atque fugamus, sed etiam diris execramur: quin etiam nomen nos eius offendit. Atqui mors anima horribilior est incomparabiliter. Mors etenim corporis TRANSITVS EST VNIVERSORVM: qua si constanter transeas, (ait D. Ambrosius) transitur à corruptione ad incorruptionem: à mortalitate ad immortalitatem: à perturbatione ad tranquillitatem. Vnde & Paulus eam lucrum aestimat. Mihi, inquit, viuere Christus est, & mori lucrum. Lucrum quippe est, fugisse deteriora, & ad meliora transisse. At anima mors in perpetuas nos adducit miseras, nempe eterna damnationis: quæ quàm sit futura intolerabilis, non valet homo explicare sermone.

Chrysoft.
Hom. 5. ad
pop. Antioch.

August. in
Psal. 48.

De Bono
mortis. cap.
4.
Philip. 1.

De

De Morte Spirituali animæ, bona: quæ fit vitiorum mortificatione.

- CAP. V. **I**Nfelici anima morti, quæ fit dum in peccatis moritur, quamque eterna mors sequitur; opponitur beata illa mors, votis omnibus exoptanda: quæ consistit in vitiorum mortificatione: ad quam Apostolus Paulus in epistola ad Romanos, cap. vi. plurimis, usque grauissimis verbis nos hortatur. Et ad Coloss. scribit: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam, &c. Sic etiam ad Corinth. Pro omnibus, inquit, mortuus est Christus, ut & qui viuunt, iam non sibi viuât, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.
- Coloss. 3.
2. Cor. 5.
1. Pet. 2.
1. Pet. 4.
- In eandem sententiam & Apostolus Petrus dicit: Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitia viuamus. Et iterum: Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne, desijt à peccatis: ut iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis.

Sed in hoc moricudi genere peruersum valde cernere licet hominis affectum. Cum enim in eo, quilibet in Christo renatus, totis quotidie viribus se exercere debeat, iuxta illud quod scriptum est: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: tamen videas plerosque nihil minus cogitare, quam ut peccato moriantur: quin potius magno impetu in vitiorum voragine precipites ferri: adeo mortales mortis operibus delectamur.

Apos. 14.

Si quis igitur roget, utrum bonum sit mors naturalis, an malis? Respondebimus, qualitatem eius ex vita ratione pendere. Nam sicut vita ipsa bonum est, si cum virtute viuatur: malum, si cum scelere: sic & mors ex

Lactan diuinar. Instit. lib. 3. cap. 19

præ-

preteritis vita actibus ponderanda est. Ita sit, ut si vita in Dei religione transacta sit, mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem. Sin aliter, malum sit necesse est: quoniam ad aeterna supplicia transmittit. In quam sententiam & D. Augustinus inquit, Mors mala putanda non est, quam bona vita precesserit. Studeamus ergo, quantum possumus, Deo iuuante, carnem nostram cum vitijs & concupiscentijs crucifigere: & expoliare nos veterem hominem cum actibus suis: renouari autem spiritu mentis nostrae, & induere nouum hominem qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis: ut possimus semper cum Christo viuere. Opera pretium fuerit hoc loco, Summam quandam fidei & vite Christianae addere: ex qua tanquam Tabula inspecta quilibet discat, quid credere, quomodo vitam pie ac Christiane institueri debeat: nimirum ut venientem mortem latus & alacer excipiat, & ad immortalem vitam transeat. Creatus est ergo homo ad Dei imaginem & similitudinem, ut Conditorum suum cognosceret, cognitum amaret & coleret: tanto utiq; ardentius & religiosius, quanto mirabilius se ab eo esse conditum inteligeret. Prius est Deum scire: consequens colere. In duobus nominibus una vis est: quamuis diuersa esse videatur. Alterum enim positum est in sensu, alterum in actu. sed tamen similia sunt duobus riuis uno fonte, nempe Deo manantibus.

Cognoscitur autem Deus ex ipsa mundi machina: sicut Apostolus dicit, Inuisibilia Dei, à creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Nam si quis animo suo contempletur Mundi vniuersi vastum hoc opus & amplum: tum partes eius, calum, terram, aquas miro ordine distinctas: hinc partium singularum ornatu,

splenda-

De Ciuitat.
Dei. lib. 1.
cap. 11.

Galat. 5.

Coloss. 3.
Ephes. 4.

Lactan. lib.
4. cap. 4.

Rom. 1.

splendorem & magnificentiam: in aquis, vasta aquoris spatia, diuersam fontium & fluuioꝝ naturam, infinitas animantium in illis degentium formas: in terra uero tot arbores, herbas, flores, fructus, tot animantium species: & luminaria in firmamento cali: qua diem, noctem,

Gen. 1. & 8. æstatem, hyemem, sementem & messem, frigus & æstiu, serenitatem & pluuiam nobis reddunt, unde etiam postea omnis generis prouentus uberrimè è terra & aquis ad nos redeunt: hæc, inquam, qui intuetur, non potest nõ iudicare unum aliquem esse supremum, potentissimumque, qui ea condiderit, distinxerit & exornauerit. Ideo

Iob 11. Psalmista dicit: Cali enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et S. Iob, Interroga, inquit, iumenta, & docebunt te: & uolantia cali, & indicabunt tibi. Loquere terra, & respõdebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit? Sic quoque Apostolus Paul.

Acto. 14. Deus uinus, ait, qui fecit celum & terram, & mare, & omnia que in eis sunt, non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de calo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & letitia corda nostra. Ad hæc, clarè cognoscitur Deus ab admiranda rerum humanarum administratione & gubernatione. Videmus constitui politias: leges salutare sapienter condi: ordines hominum prudenter distingui, ut alij præsent, alij pareant: bonis decerni premia, malis supplicia inferri: atque ita ciuilem societatem, inque ea honestatem conseruari. Videmus item Respub. & Imperia, quamdiu rectè & legitime ordinantur, consistere & incrementum capere: contra, quando non rectè administrantur, labefactari & concidere. Quæ omnia ita fiunt non casu aut temere: sed Deo haud dubiè suauiter disponente.

Quin & anima nostra testimonio Deus comproba-

Iob 36.
Sap. 8.
Tertul. in
Apol. cap.
17. Eadem
penè uerba
habet Cy-
prian. in
Tract. de
Idol. uani-
tate.

tur: qua licet carcere corporis pressa, licet institutionibus
pravis circumscrip̄ta, tamen Deum nominat solum: quia
proprie verus hic vnus Deus, bonus & magnus. Et, quod
Deus dederit omnium vox est: Iudicem quoque conte-
statur illis, Deus videt, Deo commendo: & Deus mihi
reddet. O testimonium anime naturaliter Christiane!

Ceterum, vt Deum esse, manifeste possumus intelli-
gere: ita quid sit Deus, mens nulla potest concipere. Est
enim maius quiddam, quam quod non dicam verbis ex-
primiti, sed vlllo ingenio quamlibet sagaci queat compre-
hendi. Itaq, recte scripsit Augustinus: Deus ineffabilis
est: facilius dicimus quid non sit, quam quid sit. Quæris
quid sit? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit. Quid quæris vt ascendat in lin-
guam, quod in cor non ascendit? Verum hic nobis diui-
na consuluit providentia: nam vt vna & vera Diuini-
tas agnoscat, inuocetur, & colatur, patefecit semet in
Scriptura, quantum nobis cognoscere necesse est: cui oportet
attendere, tanquam lucerne luceti in caliginoso loco:
donec ad illud celeste Regnum peruenerimus, in quo sese
propius clariusq, contemplandum nobis Deus præbebit.
Non ergo longius progrediendum, sed intra terminos
diuina Scriptura consistendum. Ea porro sit docet.

Exodi 111. Dixit Dominus ad Moſen: Ego sum qui
sum. Ait: Sic dices filiys Israël, Qui est, m: sit me ad vos.
Describitur hoc loco Diuina essentia, spiritualis, im-
mutabilis, & aterna: que nec initium habuerit, nec fi-
nem sit habitura. Discute rerum mutationes, inuenies
Fuit, & Erit: cogita Deum, inuenies EST. ubi fuit &
erit, esse non possit. Et Plato ethnicus existimauit illa nõ
ESSE, que oriuntur vt intereant, auſciant, senescant.
Id verò proprie dixit esse, quod æternum est, neque mu-
tabile, neque corruptibile: quod Dei proprium est.

C

Pro-

Augustinus
in Psal. 85.
Esa. 64.
1 Cor. 2.

1. Pet. 1.
1 Cor. 13.
2. Cor. 3.
1. Ioan. 3.

August.
Tract 38.
in Ioan.

Propheta David Psalmo CXLIII. Deum predicat
 magnum, laudabilem, potentem, magnificum, gloriosum,
 sanctum, mirabilem, terribilia opera edentem, bonum,
 iustum, clementem, misericordem, patientem, tardum
 ad iram, admiranda pietatis, misericordiam declaran-
 tem in omnibus operibus, obtinentem regnum gloriosum,
 & potens, & celebre, & eternum, sustentantem omnes qui
 corrumpunt, & subleuantem omnes elisos, implentem omne
 animal benedictione, exaudientem innocentes ipsum in
 veritate, perscientem piorum vota, custodientem omnes
 qui ipsum diligunt, exterminantem uniuersos impios.
 S. Paulus vocat Deum, Regem seculorum, immortalē,
 inuisibilem, solum sapientem, cui honor & gloria in secu-
 la seculorum: ex quo, & per quem, & in quo omnia: in
 quo uiuimus, & mouemur, & sumus. In una hac sim-
 pliciq; Deitate, distinctionem personarum existere, clarē
 istidem docet Scriptura sacra: nimirū Patrem esse Deū,
 filium quoque, & Spiritum sanctum: ita tamen ut in his
 tribus personis vnus dumtaxat Deus credatur, & cola-
 tur. De unitate habes Deuteronomij vi. Item, i. Para-
 lip. xvii. Esaiæ xlv. i. Corinth. viii. i. Timoth. ii. De
 Trinitate verò, Esaiæ xlviii. & lxi. Matthæi iii. &
 xxviii. ii. Cor. xiiii.

1. Tim. 1.

Apo. 17.

Sap. 1.
Genes. 3.Eph. 1.
Genes. 3.
Genes. 12. 12Psal. 88. 131.
Gal. 4.

Docent præterea diuina Litera, inuidia diaboli &
 Adæ inobedientia peccatum in hunc mundum intrasse:
 omnesq; in Adam, velut ex infecta radice trahentes ori-
 ginem, peccatores esse: nasciq; filios iræ. Itaque promissum
 esse Iesum Christum, (secundam in sanctiss. Trinitate personam) Saluatorem mundi, ipsi Adæ, & Abra-
 hæ, Dauidi ac reliquis Patribus: qui credentes à pecca-
 tis, & tyrannide diaboli liberaret. Christum autem
 Saluatorem mundi promissum, tandem in plenitudine
 temporis missum à Patre: ut verax abundantes gratia
 sua

sue diuitias, quas promiserat, exhiberet. Igitur Iesum Christum filium Dei venisse in hunc mundum, peccatores saluos facere: qui coepit predicare regnum Dei, dicens: Pœnitimini, & credite Euangelio, ac postea verus agnus & vera hostia poenas peccatis nostris debitas persoluens, nos à seruitute diaboli liberauit: Patri suo, vnicus Mediator Dei & hominum, reconciliauit: & in filios adoptatis Regni cœlestis hereditatem acquisiuit. Dedit & Spiritum Sanctum, quo credentes signati sumus: qui est pignus hereditatis nostræ. Necessarium autem est ad aternam salutem, vt illâ Incarnationem D. N. Iesu Christi, fideliter credamus. Hac est enim vita aterna, (inquit Christus in oratione sua ad Patrem) vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti

18-
SVM CHRISTVM.
Et hac quidem de Dei cognitione: quem deinde Religionem munda & immaculata colere oportet, vt quem cognouimus Deum, eundem sicut Deum glorificemus & gratias agamus. Prædestinauit nos, ait Apostolus, in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsum: Secundum propositum voluntatis suæ: in laudē gloria gratia suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et rursum: Dei sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ preparauit Deus, vt in illis ambulemus. Porro his tribus, Fide, Spe, & Charitate, Deus potissimum colitur: & tria hæc sunt, quibus & scientia omnis, & Prophetia militat. Fidei enim vna & vera, Spei itē certa, qua salutem aternā expectamus, comes est indiuiduis Diuinus ille Timor, expellens peccatum: quo cum imbutus fuerit animus hominis verè Christiani, ita Deū reueretur, vt nihil velit earum rerum quas Deo ingratas esse constiterit, & quibus immensam illam Bonitatem offendat, nihilq; nolit, quod Deum velle intelligat, quia

C 2 potius

1. Tim. 2.
Mat. 4.
Mat. 10.

1. Tim. 2.

Rom. 8.

Eph. 1.
Athanasius.

Ioan. 17.

Iac. 1.

Rom. 1.
Ephes. 1.

Ephes. 2.

August. de
Doct. Christ.
lib. 1. ca. 17.

Sap. 1.

potius diligenti cura expetat & sequatur. Et cum sibi in animum induxerit, ea venerari & observare que Deo placere intellexerit: eaq; auersari & fugere, que eidem displicere cognoverit: statim ante acta non recte vite poenitentia ductus, Præceptorum Dei viam sibi proponit: cupiditatibus suis resistit, fortissimeq; seipsum vincit: atq; à mundanis & carnalibus operibus continens, iis que a Deo præcipiuntur studiis & actionibus curam omnem operamq; adhibet. Iam verò omnium Præceptorum diuinorum complementum esse Charitatem Dei & proximi, Christus ipse docet, cum inquit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota virtute tua. Et, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa Lex pendet & Prophetæ. S. Paulus quoque ait: Finis præcepti est Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Sic etiam Apostolus Petrus, cum præcipuas virtutes homini Christiano necessarias breuiter perstringeret, & tanquam in sertum odoriferum concinnaret: in quibus diuina consortes natura effecti, fugiētes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem, toto vite curriculo nosmet exercere debemus, scribit: Vos autem curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Exorditur pulcherrimam hanc coronam à Fide, quòd sine fide impossibile sit placere Deo: claudit autē eam Charitate, quia consummatio est bonarum omnium actionum: que si abest, nullus est amor fraternus, euanescit pietas, non est patientie locus, sordescit temperantia, obscuratur scientia, & virtus omnis staccescit. Quin & Fides & Spes sine Charitate

Mat. 22.

1. Tim. 1.

1. Pet. 1.

Heb. 11.

tate

rate vana sunt. Hac ergo si nobiscum adsint & superent: 1. Peti. 1.
 non vacuos, nec sine fructu nos constituent in Domini no-
 stri Iesu Christi cognitione. Et abundanter ministrabi-
 tur nobis introitus in aeternum regnum D. N. & Salua-
 toris Iesu Christi. Proinde meminerimus hic aduenas nos 1. Peti. 1.
 esse & peregrinos: & abstinentes à carnalibus desideriis,
 qua militant aduersus animam, sobrie & iuste & pie Tit. 1.
 viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduen-
 tam gloria magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Chri-
 sti: semper mortificationem Iesu in corpore nostro cir- 1. Cor. 4.
 cumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus
 nostris.

De Mortis memoria, sanis sæpè repetenda: qua
 valde conducit ad vitam piè Christianeque intiti-
 tuendam.

VT in Spiritualem animam mortem, malam, atq; eam **CAP. VI.**
 qua hanc consequitur Mortem secundam, hoc est,
 aeternam, non incidamus; sed cõtrà vitis et concupiscen-
 tiis moriamur, quò mortem corporalem letius excipia-
 mus: nihil aequè profuerit, atque frequenter de ea cogita-
 re: ut potè que momentis omnibus est expectanda, ac sæ-
 pe dum minimè cogitamus, adest, quam venientem nemo
 libenter excipit, nisi qui se diu ad eam preparauerit.

Quantum autem ad piè Christianeque, viuendum mo-
 menti adferat mortis memoria; ipsa docet experientia.
 Nihil enim hominem Christianum ita à peccato retra-
 hit, & ad vitam piè instituentiam extimulat, ut mortis
 humeris nostris incumbentis memoria: quòd simul suc-
 currant, qua de immortalitate animæ, deq; secuturo cor-
 poralem hanc mortem horribili Dei iudicio; denique &
 de æternis impiorum hominum & peccatorum Suppli-
 cijs litera Diuina tradunt. Vnde in Esaiâ Babylon ar- Isa. 47.
 C 3 **guitur,**

Thren. 9.

guitur, quòd recordata non sit nouissimi sui. Et Ieremias in Threnis, ubi sub nomine & imagine Hierosòlyma capta atque subuerse, peccatricis anima captiuitatem sanè miseram deplorat, has voces emittit: Sordes eius in pedibus eius: nec est recordata finis sui.

Ecl. 10.

Igitur si superbire incipimus, propter genus, formam, sapientiam, honores & diuitias, vel id genus alia Dei dona, veniatq; in mentem Mors obeunda: protinus cadunt alti illi spiritus, & nobis vsuuenit quod pàoni, qui pennas suas pulcherrimas laudatus expandens, ac gemmanzes colores superbè contemplans atque ostentans, mirum in modũ sibi placere videtur: sed pedes fuligineos aduertens, statim erectas demittit pennas. Ideo bene in Ecclesiastico dicitur: Quid superbit terra & cinis? Nimirum ad reprimendam nostram superbiam, mortis nobis cogitatio ingeritur, qua terra & cinere significatur: puluis enim sumus, & in puluerem reuertemur. Nam quis nostrũ sensu carnis inflatus, adeò longè extra se abscedere potest, ut nõ subito se intra se recipiat, imò in se contabescat: si seriò secum cogitet, quòd puluis sit, & citò in puluerem rediturus? Versabatur hoc illi ob oculos, qui inter seruos Dei maxime insignis, dicebat: Putredini dixi, Pater meus es: mater mea & soror mea, vermibus.

Thren. 3.

Iob 17.

Ad hac, si concitatur animus ad congerendum aurum & argentum, ad pradia, domos, & pretiosam supellectilem coemendam, occurrat autem menti mortis demum ventura memoria: ilico tanquàm sterquilinum, id quod antea mirabatur, aestimet oportet: quoniam, ut idem Iob ait, Diues cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Statue enim tecum, & hoc certò persuasum sit animo tuo, cras moriturum te: num hodie sursum ac deorsum cursitabis, ut dilates possessiones tuas? Num vehementer anxius eris, ne vel ul-

Iob 17.

tineas

simus ille dies vita tua, absque questu transeat?
 Non puto. Et quis est, qui dicere valeat: Crastinus dies
 illucescet mihi? Nescis o homo, nescis quando tempus sit.
 Fortè hac hora dicitur tibi, Morere. Qua est enim vi-
 ta tua? Vapor, qui ad exiguum tempus apparet, & dein-
 ceptus evanescit. Quid igitur, vel qua spe thesaurizas?
 An fortè putas, quod in abundantia vita cuiusquam sit?
 aut cum interierit dives, quod sumet secum omnia, &
 descendet cum eo gloria eius? Age igitur, ubi sunt qui
 paucis ab hinc annis argentum congregabant & aurum?
 Nonne reliquerunt alienis divitias suas? Vtique. Et
 enim omnes ut nudi effusi sumus in mundum: sic nudi
 recedimus. Quare Apostolus Paulus ad Timotheum
 scribit: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubiè,
 quia nec auferre quid possumus. Et Ecclesiastes dicit:
 Sicut egressus est nudus de utero matris suae, sic reuer-
 tetur, & nihil auferet secum de labore suo.

Mat. 13.

Iac. 4.

Luc. 12.

Psalm. 48.
Baruch 3.

1. Timot. 6.

Ecclef. 5.

Postremò si carnis curam in desiderius facere, eamq;
 delicate nutrire delectat, subeat autem animum tristis
 imago mortis haud dubiè paulò post oppetendae: refri-
 gescet continuo estus ille, non aliter, ac si frigidam a-
 quam ferventi infuderis. Hinc Augustinus inquit: Nec
 me renocabat à profundo voluptatum carnalium gurgi-
 te, nisi metus mortis, & futuri iudicii tui: qui nunquàm
 recessit de pectore meo. Et quid est caro nostra quamli-
 bet delicate habita, pasta & saginata, quam vermium
 esca? Sicut Scriptura dicit: Cum morietur homo, heredi-
 tabit serpentes & bestias & vermes. Ergòne tantopere
 nobis cura vermes erunt, ut nihil non faciamus, quo post
 obitum nostrum & funera, lautiores hi & exquisitiores
 epulas inveniãt? Sed sit hoc parum. Attollamus oculos,
 & agnoscamus quòd carnis studium mors sit: & quidem
 mors aeterna. Docet hoc dives ille epulo, qui purpura &
 bysso.

Rom. 13.

Comfess. lib.
6. cap. 16.

Ecclef. 10.

Rom. 8.
Luc. 16.

byſſo indutus, epulabatur quotidie ſplendide. Carneſ
ipſius depaſti ſunt vermes: qui de oſſibus ſuper eſt puluis,
teritur pedibus. Anima ſepulta in inferno iacet: in
ſtagno illo ſulphureo & igneo: ubi fumus tormentorum
eius aſcendet in ſecula ſeculorum. Quis igitur hæc cum
animo ſuo cogitans non ſpernat voluptates? maxime, cū
poſt mortem ratio quoque exigetur a nobis, quod mo-
mentanea illa bona tanti in hæc vita fecerimus: eiſq; non
tam ad neceſſitatem noſtram ac proximi, quàm corporis
voluptatem abuſi fuerimus.

Apo. 19. 20.
21.

Leuit. 1.

In Leuitico legimus præcepiſſe Dominum, vt pluma
auium quæ illi in holocauſtum offerebantur, projiceren-
tur in locum, in quem cineres effundi ſolebant. Aues hoc
modo Deo oblatae, ſunt Chriſtiani: qui non in quocunq;
ſacrificium, ſed in holocauſtum, quod eſt totum incen-
ſum, ſe debent quotidie ſummo Deo immolare. Pluma
autem in altum volitantes, aueſq; ipſas in ſublime fe-
rentes, ſunt diuitie, potentia, honores & voluptates, cæ-
te ræq; mūdi vanitates: quibus homines efficiuntur elati,
ſuperbi & inanes. Haſ præcipit Deus, vt in locum ci-
neris projiciamus. Cinis verò pro fine, & rerum exitu ac
interitu accipitur: eſt enim cinis id, in quod verſum eſt
hoc quod antea fuerat. Quid voluit Deus hæc excellenti
figura ſignificare, niſi vt rerum humanarum ſinem con-
templemur: & id in quod tandem vertuntur, perpen-
damus? vt memoriam diuitiarum, humane potentie &
amplitudinis, ac voluptatis, cum cinere miſceamus: vt
cum nobis mundus potentiam, honores & opes: caro vo-
luptates & delicias: diabolus ad hæc obtinenda, tetra fla-
gitia & nefaria ſcœlera ſuggeſſerit, & ante oculos po-
ſuerit: ſtatim cinerem, in quem hæc omnia cõuertuntur,
animo complectamur. In ſumma: facile contemnit om-
nia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. Platonis ſen-
tentia

Hieron. in
Epiſt. ad
Paulinum.

sentia est: omnem sapientum vitam Meditationem esse mortis. Debemus ergo & nos, ait B. Hieronymus, animo premeditari, quod aliquando futuri sumus: & quod, velimus nolimus, abesse longius non potest.

In Epitaphio
Nepotiani.

De humanæ naturæ fragilitate, & vitæ breuitate,

Nihil homine fragilius: nihil vitreum aut fictile magis. Et vires omnes humana, quaticunque eas feceris, nihil habent firmi aut certi: contra autem, omnia frivola, caduca, & imaginaria videmus. Vnde S. Iob dicit: Homo natus de muliere, breui viues tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra: & nunquam in eodem statu permanet. Et propheta David, Homo, inquit, sicut fœnum: dies eius tanquam flos agri, sic efflorescit. Ad Esaiam dicitur: Clama. Et ait: Quid clamabo? Auditq; responsum diuinum: Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccatur fœnum, & cecidit flos: quia spiritus Domini sufflauit in eo. Aptè valde ad exprimendam Naturæ nostræ fragilitatem, floris ac fœni, quod suum facile perdit virorem, adhibetur similitudines. In illo quippe herbe virentis munere, imago est Vitæ humana: & Naturæ, conditionisque nostræ insigne quoddam spectatur, & speculum elucet. Verè omnis caro fœnum. Viret enim hominis gloria in carne, quasi fœnum: & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est, prematura ut flos, caduca quasi fœnum: germinat vitæ viriditatem in specie, non in fructu soliditatem: hilarioris vitæ quasi flos prætendens incunditatem, breviori spatio occasura: sicut herba fœni, quod priusquam euellatur, exarescit. Quæ cum firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentis ætatis virtute florentem, grata specie

CAPVT.
VII.

Iob. 14.

Psal. 104.
Esa. 40.

Ambros.
Hexam. lib.
3. cap. 7.

Psal. 128.

C 5

42 DE HUMANÆ NATURÆ FRAGILITATE, &c.

specie, suavi colore: crastina die tibi facie & ore mutatus occurrit, & qui pridie tibi laudatissimus decora forma visus est gratia, alio die miserandus apparet, agritudinis alicuius infirmitate resolutus.

Eccles. 12.

Ad Cyprianum in Psal. 89.

Iob 4.

2. Reg. 14.

Iob. 13.

Iob 9.

Esaiæ 18.

Corpus igitur hominis fictile vas est, rectè ab Ecclesiaste Hydris appellatum; corruptioni semper obnoxium, solutioni proximum, morti semper oportunum. quod etiamsi nulla aduersa infestat valetudo, senilis tamen aetas carpens consumit. Sicut enim, ait S. Hieronymus, manens virens herba, & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantium: paulatimq; marcescens amittit pulchritudinem, & in sanum quod conterendum est, vertitur: ita omnis species hominum vernat in paruulis, floret in iuuenibus, viget in perfecta aetatis viris: & repente dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur: & extremo fine, id est, senectute, vix moueri potest: ita ut non cognoscatur, quis prior fuerit, sed penè in alium commutetur. Ita demum, utpote domos habitantes luteas, ac terrenum habentes fundamentum, ut S. Scriptura dicit, omnes dissoluimur & corruimus: morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, que non reuertuntur: & consumimur, tanquam vestimentum, quod comeditur à tinea. Huc spectare videtur, quod David Psal. lxi. de pariete inclinato & maceria depulsa scribit.

Et hac quidem de humana Natura fragilitate: nunc de Vita fugacitate & breuitate audi. S. Iob dicit: Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur: Et Ezechias Rex, Precisa est, inquit, velut à texente vita mea: dum adhuc ordiretur succidit me. Comparant vitam humanam cum tela staminis, que etiam in exordio facile scinditur. Sicut ergo tela à textore, cum voluerit, subito precipitur: ita enim vita hominũ
media

medio sepe cursu, imò cursus initio, repente & præter expectationem abruptitur. Rursum idem Iob ita scribit: *Dies mei velociores fuerunt cursore. Pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila volans ad escam. Aptissima sunt similitudines: quibus celerrimus vite nostra transitus significatur. Et Cursor quidem interdum diuertit: (aut Chrysost.) sed cursus vite cursor est, non requiescens. In Psalmo lxxxix. vita nostra mirè fragilis & brevis, qua vano plerumque labore consumitur, insigni imagine, nempe aranei tela eleganter depingitur. Nam tela aranei res est maximè fragilis, qua leuissimo tactu mox dirumpitur: & sicut animalculum hoc magna solitudine telam sibi parat, atq; ob eam parandam sese totum eiuscerat, qua tumè sepe leui momento perit: ita & homines pleriq; in conquirendis huius seculi bonis, magno & inutili labore vitam consumunt, ac semet conficiunt: quibus cum fruturos se putant, subito hinc rapiuntur. In Psalmo autè cxlii. dicit Propheta Dauid hominem vanitati similem factum: hoc est, umbratilem, ac rem prope nihili: cuius dies sicut umbra prætereunt. Umbra namque ut perpetuo mutatur: ita mox etiam esse desinit. Ideo aliàs quoque dicit: *Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora.* Apostolus Iacobus scribit: *Quid est vita vestra? Vapor est ad modicum parens.* In libro quoque Sapientie dicitur, *Exiguum & cum radio est tempus vite nostra: & transibit tanquam vestigium nubis: & sicut nebula dissoluetur, qua fugata est à radio solis.* Item, *Umbra transitus est tempus nostrum.* Eodem libro scribitur, *superbiam & diuitiarum iactantiam præterire, non aliter atque Umbra, & Nuncium præcurrentem: & tanquam Nauem, qua pertransit fluctuantem aquam.* Et spes impij, inquit, tanquam lanugo est, qua à vento tollitur:*

Iob 9.

Serm. de
Adã, Sodo.
Achab, &
penitentia.

1 Paral. 29.

Iac. 4.
Sap. 2.

Sap. 9.

Osee 13.

tollitur: & tanquam spuma gracilis, qua à procella dis-
 spergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: &
 tanquam memoria hospitis unius diei pratercuntis. Ad
 eundem modum in Osee de impijs dicitur: Erunt quasi
 Nubes matutina: & sicut Ros matutinus prateriens:
 sicut Pulvis turbine raptus: & sicut fumus de fumaria.
 Et quidem S. Scriptura hac sunt Testimonia. Porro
 Sapientes quidam ethnici, felicitatem & vitam mor-
 talem, earumq; inconstantiam & breuitatem tam gra-
 uiter depinxerunt, ut non potuerint melius. Euripides
 dicit, huius vite felicitatem, unum duntaxat diem du-
 rare: & statim extingui, sed reprehenditur à Demetrio
 Phalereo, quod non DIEM vnum, sed potius tēporis PVN-
 CTVM, dicere debuisset. Aristoteles aut apud Hypa-
 nim suuum bestiolas quasdam nasci, qua vnum diem
 viuunt. Ex his ergo hora secunda vel tertia pomeridia-
 na qua mortua est, prouecta etate mortua est: qua verò
 occidente sole, decrepita: eo magis, si etiam solstitiali die.

Plutarch.
Orat. conf.
ad Apollon.Tusc. Quest.
lib. 1.

Huic narrationi hac addit Cicero: Confer nostram lon-
 gissimam etatem cum aternitate, in eadem propemodum
 breuitate, qua illa bestiola, reperiemur Pindarus homi-
 nem VMBRÆ SOMNIVM vocauit. Umbra, cum nihil
 sit, tamen aliquid esse videtur: propterea Umbra som-
 niem dixit, quo nihil esse potest inanius. Aeschylus VM-
 BRAE FVMI humanam vitam adsimilauit: res duas
 maximè nihili coniungens, ut planè quàm inanis sit haec
 vita, demonstraret. M. Varro, cum humanam vitam
 attentè considerasset; eaq; nihil vidisset fragilius, nihil
 fugacius, nihil inanius: rectè prouerbialiter dixit: HO-
 MO BVLLA. Bulla enim tumor est ille inanis, qui visi-
 tur in aquis, momento temporis enascens simul & eua-
 nescens. Nihil certè excogitari potuit, quod significan-
 tius, quàm nihil sit Vita nostra, exprimeret.

Atque

Atque hanc vitæ fragilitatē & fugacitatē quotidie
 conspiciamus, & re ipsa cōperimus. Maximā ætatis partē
 dormiēdo peragimus: infantia nō sentitur: iuuetus fugit,
 dum non aduertitur: senectus antequam expectatur,
 iam totum hominem occupauit. Et in his vitæ humana
 gradibus, conspiciamus sanē plerosque infantes in ipso se-
 rē limine vitæ morte extingui: alios in pueritia, nonnul-
 los in ipso adolescentiæ flore fato tolli: paucos ad virilem
 ætatem peruenire: paucissimos certē senilem attingere:
 & hos demum etiam morte consummari. Quorum om-
 nium ætas longissima, etiamsi nongentos vitæ excederet
 annos, ut ante diluuium vivebat genus humanū: quid
 aliud, quā momentū & nictus oculi censerī poterit?
 Vixerunt utique initio mūdi homines longo tempore: sed
 tamen mortui sunt. Sic namque legimus: Et factum est
 omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta:
 & mortuus est. Et facti sunt omnes dies Seth, nongento-
 rum duodecim annorum: & mortuus est. Et facti sunt
 omnes dies Mathusala, nongenti sexaginta nouem anni:
 & mortuus est. Ad tantum annorum numerum, nullus
 unquam hominum peruenit. Vides autem, ut mors om-
 nes tandem abstulit? Verē nihil est aliud tempus vitæ
 nostræ, quā cursus ad mortem: in quo nemo vel pau-
 lulum stare, vel aliquantō tardius ire permittitur: sed
 omnes urgentur pari motu. Qui enim vsque ad mortem
 productiora spatia temporis agit, non lentius pergit, sed
 plus itineris conficit. Itaque inter eum, qui decem vixit
 annos, & eum qui mille, postquā idem vitæ finis ad-
 uenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum
 omne tantundem est: nisi quod senex magis, onustus pec-
 catorū fasce proficiscitur.

Harum rerum contemplatio hoc nos docere debet, ut
 moderatius agamus, ac piē magis viuamus. Nam ut

vinum

Genes. 5.

August. lib.
 13. de Ciuit.
 Dei. cap. 16.
 Hieron. in
 Epitaphio
 Nepotianæ.

vinum purū iudicium turbat, at aqua temperatum non facile nocet: sic humana fragilitatis, ac vite breuitatis memoria, tanquam aqua salutaris, vini humanarum rerum moderatrix, non sinit vt concitati motus amersi à ratione, animum perturbent. Et vt peritus nauclerus non in principio navis aut medio ambulat, sed in fine, hoc est, puppi sedet: ex quo loco totam nauem regit, paruog, elauo moderatur, & ad optatum portum tandem peruenit: ita & hic agendum. Vis vitam tuam gubernare, vt salutis portum consequaris? Non conquiescas in medijs solum considerandis: sede cum cogitatione tua in fine & exitu rerum humanarum omnium. Expende earum inconstantiam, vicissitudinem & vanitatem: contemplare humana nature fragilitatem, vita breuitatem, horam mortis incertam, certissimam tamen: & ita transibis mundi mare, gubernans ac moderans vita nauem elauo rationis: donec ad portum Beatitudinis eterne peruenias, & patriam obtinens in sempiterna secula conquiescas.

Omnia mundi huius caduca esse, hominem quoque: & aetati florenti, ac iuuentuti minimè confidendum.

CAPVT
VIII.

Cyprian.
Tract. 1. c. 6.
tra Deime-
scianum.

OMnia que in mundo sunt caduca videmus & instabilia: omnia fluunt & pereunt, & nos pariter cum illis, vas fragile & imbecillum, ex infirmis fluidisq; contextum. Hoc etiam nobis tacentibus, & nulla de Scripturis sanctis documenta promentibus, mundus ipse iam loquitur, & occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis seminibus tanta imbrum copia est, non frugibus aestate torrendis solita fragrantia est: nec sic verna temperie sata lata sunt, nec aduò arborcis foetibus autumnia fecunda sunt. Mi-

nus

Ecccl. 1.

nus de effossis & fatigatis montibus eruuntur marmorū
 crusta, minus argenti & auri opes sug gerunt exhausta
 iam metalla, & pauperes vena abbreviantur in dies sin-
 gulos: & decrescit ac deficit in agris agricola, in mari
 nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iu-
 dicio, in amicis concordia, in artibus peritia, in moribus
 disciplina. Videmus igitur manifeste senuisse iam mun-
 dum: & non illis viribus stare, quibus prius steterat: nec
 vigore & robore eo valere, quo antea praeualebat. Sic
 Sol in occasu suo radios minus claros & igneo splendore
 iaculatur, Sic declinante iam cursu, exoletis cornibus
 Luna tenuatur: & arbor quae fuerat ante viridis & fer-
 tilis, arescentibus ramis fit postmodum sterili senectute
 deformis. Et fons qui exundantibus prius venis largi-
 ter profluebat, senectute deficiens vix modico sudore
 distillat. Hac sententia mundo data est, hac Dei lex est,
 ut omnia orta occidant, & aucta senescant: ut infir-
 mentur fortia, & magna minuantur: ut cum infirmata
 & diminuta fuerint, finiuntur. Iam verò de homine
 scriptum est, Nunquam in eodem statu permanet. Hoc
 ipsum etiam quotidiana comprobatur experientia: neque
 enim vno quidem hora momento persistimus in statu no-
 stro, sed semper aut crescimus aut decrescimus. Estq;
 evidens imago nostra natura Luna, nascens, crescens,
 plena, decrescens, occidens, non tamen prorsus interci-
 dens. Consimiliter & nos nascimur, crescimus, ad pleni-
 tudinem evadimus in senectute: ita deinde deficiamus vi-
 gore faciei, decrescimus elegantia coloris, & gratia floris
 in vultu. Imminuimur corporis robore, incipientes ince-
 dere curui, & inniti baculo, ad terram inclinati, & ipso
 habitu ipsum obrestantes, Ecce adsum. Morimur, & in
 ipsam desinimus corpore, non tamen intercidetes spiritu:
 sed paulo post deposito carnis pallio rursus anima vestio-
 rur.

Iob 14.

Vide Cæsarij
 V. C. Dialo-
 gum 1. Est
 apud Greg.
 Nazianze-
 num.

rur.

tur. *Quemadmodum enim Luna, veluti reniuiscens sub aspectum omnibus venit: ita & nos in sepulchro intereuntes, rursus resurgemus. Vide autem quisquis robusto præditus corpore, in florulenta degis atate, ne te imago hæc fallat. Luna quippe suum perpetuò cursum obseruat & absoluit: & nos in medio sæpe cursu corruimus. Mors nos à tergo insequens, nec opinantes prehendit; & à lateribus & à fronte innadit. Quid superba inuentus, etiam florentissima? Quid, nisi vesica inflata: quam si acicula pupugeris, protinus flaccescit? Ad eundem modum morbus vel leuissimus, hominem quantumuis inuenem innadens, protinus contabescere & perire facit. Et ut vasa fictilia æquè sunt obnoxia periculo, siue sint noua siue vetera: Sic homines æquè sunt mortales, & interitus periculis expositi, siue sint adolescentes & atate florentes, siue senes & atate progressi. Si in figulinam ingressus videris mensam fictilibus vasis referatam, quibusdam recentibus, quibusdam vero antiquis, alijs magnis, alijs paruis; & a figulo quaesieris, quod ex illis prius frangi debeat: rectè illud respondere poterit, quod prius contrectatum fuerit & in terram ceciderit: ita ex hominibus ille prius excedit è vita, non qui fuerit antiquior aut senior, sed qui prius fuerit delapsus in terram, qui sepulchrũ prius tetigerit. Quid aliud est seculum hoc, quàm figulina quadam? & nos quid sumus aliud, quàm vasa fictilia ex luto fabricata? Vnde etiam hydrie appellationem, ut ante dictum est, in Scriptura sacra corpus nostrum accepit. Id intuens Regius ille Vates aiebat: Tanquam vas figuli cõfringes eos. Et Esaias de eo qui habet fiduciam in umbra Aegypti: subito, inquit, dum non speratur, veniet contritio eius. Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli. Etiam Apostolus Paulus scribit: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.*

Eccles. 11.

Psalm. 1.
Esa. 30.

2. Cor. 4.

fictilibus. Quantum ergo quis vasi fictili, tantundem
 & corpori fragili confidere debet. Vtrobique presens
 semper interitus. Et vita quidem ista alium in extrema
 senectute fatigatum iam & exire cupientem vix emit-
 tit, alium in ipso aditu relinquit: at maximam humani
 generis partem in medio cursu deserit. Porro alium alio
 tempore mors comprehendat, licet: certe neminem pra-
 teribit. Itaque in procinctu stet animus: & id quod in-
 certum est, semper expectet. Et quoniam propterea co-
 lonus & hospes mundi homo datus est, ut breui vita sua
 fruatur tempore, & spe prolixioris aetatis abscissa, cun-
 cta, quae possidet quasi ad alia profecturus aspiciat: ideo
 quod possumus bene in vita nostra faciamus, nec frustra
 ob congregandas opes cogitationibus torqueamur.

Hieron. in
 cap. 3. Ecclesi

De hora mortis: Incertam eam, seu nobis incogni-
 tam esse: eoque nomine sic viuendum, ut ad eam
 semper parati simus.

VT nihil est morte certius: ita hora mortis nihil est
 incertius. & ut nemo est expers mortis: ita nemo
 tutus a morte, quamlibet breui temporis momento. Ex
 insperato inuadimur: ex improviso sternimur. sicut scri-
 ptum est: Nescit homo finem suum, sed sicut pisces ca-
 piuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic ca-
 piuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo su-
 peruenerit. David in insidiis quas illi struxerat Saul,
 ait ad Ionathan: Vno tantum gradu, ego morsq; diui-
 dimur. Id vere toto vita nostra curriculo dicere possu-
 mus. In Psalmo xxxviii. dies hominis palmi mensura
 circumscribit: ea est quatuor digitorum. Ecce, inquit,
 mensurabiles sine palmares posuisti dies meos. Tam
 sunt breues vita humana dies: adeo sumus Morti sem-
 per proximi. Ideo Saluator & D. N. Iesus Christus,

CAP. IX.

Ecclesi. 9.

1. Reg. 20.

D ne non

Matt. 24. 25.
Luc. 12.

Gregorius
Moralium
cap. 12.

ne non parati hinc discederemus, adhibuit similitudines furis nocturni, fidelis & infidelis œconomi, decem virginum: semperq; addidit, Vigilate, quia nescitis diem neque horam, nimirum, ut dum ultimus dies semper ignoratur, semper proximus esse credatur: & nos proximi quemque diem postremum existimantes, perinde quotidie vivamus, ac si crastino morituri simus. Huc quoque referri debent exempla illorum, qui fuerunt temporibus Noë & Lot: & eorum quos ruina turris in Siloa inopinantes oppressit: & Galilaorum, quorum sanguine Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Quorum omnium Christus meminit Matthæi 24. Marci 13. Luca 13.

Sed nos, pro pudor & dolor, profus insanientes, moram interim neclimus, & suaniter vivimus: statucentes morte appropinquante, tum nos vitam emendaturos, & poenitentiam acturos. Atqui quotidie penè audimus, nunc hunc, nunc illum, vel tempestate, vel latrocinio, vel bello, vel morbo quopiam repentino, alioue casu subito perisse. Quot inter pocula, excitata rixa, confossi: quot ipso in ludo aleæ à collusoribus interfecti nunciatur? Quot de equo lapsi cervicibus sibi fregere? quot nauigio in mari, aut subita ædium ruina periere? Quod autem omnibus accidere potest, omnibus expectandum est. Ideo salubriter S. Scriptura nos admonet, dicens: Memor esto, quoniam mors non tardat. Quam horribile autem, quamque plenum est periculi, in eo statu vivere, in quo, si repentina mors inopinantes opprimat, omnino de salute actum sit? Quis enim sponsor erit, in fine vite tantum nos mentis habituros: ut peccata deslere, & Dei gratiam ac misericordiam implorare queamus? Nam quod de latrone in mortis articulo poenitente scribitur, hætenus certè propositum nobis est ad imitandum: ut ne extremo vite tempore, si vita malè acta poeniteat, de venia

AVGVSTIN.
Exemplum
est consolati-
onis: non
imitationis.

venia desperemus: non item, ut in peccatis animo obstinato persistentes, correctionem vita in diem ex die differamus. Qui enim poenitenti veniam spondit, peccanti diem crastinum non promisit.

De Horæ mortis incertitudine, Testimonia
S. Scripturæ.

IESVS CHRISTVS D.N. ita nos admonet: *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vite: & superveniat in vos repentina dies illa. tanquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, qua futura sunt, & stare ante filium hominis.*

CAP. X.
Luc. 21.

De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi solus Pater. Sicut autem in diebus Noë: ita erit adventus filij hominis. Sicut enim erant comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noë in arcam, & non cognoverunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & adventus filij hominis.

Matt. 24.
Genes. 7.

Similiter sicut factum est in diebus Lot: edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant, & edificabant: qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de caelo, & omnes perdidit: secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur.

Luc. 17.
Genes. 19.

Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est.

Matt. 24.
Luc. 12.

Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tem-

Mat. 13.

pus sit. Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis: & ianitori praecepit, ut vigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quando Dominus domus veniat: serò an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate.

Nihil refert, quòd Dominicus sermo de supremo mundi die loqui videatur. Nam cuique supremus dies, supremus mundi dies est. sicut D. August. dicit: In quo quemque inuenit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies. Quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur.

Augustinus
Epist. 80.

1. Thef. 5.

S. Paulus. De temporibus autem & momentis fratres, non indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.

2. Pet. 3.
1a. 4.

S. Petrus. Adueniet dies Domini ut fur.

S. Iacobus. Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: qui ignoratis quid erit in crastino. Quae est enim vita nostra? Vapor est, ad modicum parès, & deinceps exterminabitur.

Iac. 5.

Ecce iudex ante ianuam assistit.

Vitæ emendationem non esse differendam.

D. August. Admonitio.

CAP. XI.
De salutari-
bus Docu-
mentis.
cap. 39.

NE de misericordia Domini tantum securi existamus, aut peccata peccatis angeamus: neque dicamus,

mus, donec vigeat aetas, nostra carnis concupiscentias exerceamus: & postremo in senectute malorum nostrum poenitentiam agamus: Pius est enim Deus, & misericors. &c. Talia ne cogitemus: cum nesciamus, qua die morituri sumus. Nemo enim hominum scit diem exitus sui. Non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis aetatibus de hoc mundo migrant. Et in quibus aetatibus unusquisque homo inuentus fuerit, in eisdem indicabitur. Ideo festinemus ad poenitentiam conuerti. Semper ante oculos nostros versetur ultimus dies: & cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam confidamus nos peruenire. Et cum in lectulo membra disposuerimus, de lucis non confidamus aduentu: sic & facillime poterimus corpus nostrum a vitio & concupiscentiis refranare.

Quid, cum in omni vita, tum vero morte ingruente, faciendum, ad dictum Esaiae, Dispone domui tuae, quia morieris tu, & non viues, Esaiae 38.

IN diebus illis, agrotauit Ezechias vsque ad mortem. CAPVT. XII.
 Item: & introiit ad eum Esaias propheta, & dixit ei, MATT. 27.
 Haec dicit Dominus: Dispone domui tuae, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, &c. Hanc nos quoque Esaias sententiam quotidie nobis ipsis, siue egrotemus, siue bene valeamus, occinere debemus: nescimus enim diem neque horam. Nihil autem homini vtilius, siue agrotato, siue sano, quam mortem impendentem diligenter considerare, & ad eam se bene preparare. Nemo igitur sit, cui non in cordis auribus ingiter sonet: **DISPONE DOMUI TVAE.** &c. Est autem triplex domus disponenda.

Prima est: Domus terrestris & mundana. Etenim, cum in omni vita, tum maxime morte iam vicina, com-
I.
 D 3 ponenda

ponenda sunt res domestica: atque ante omnia curandæ, ut qua iniuste possides, si sit possibile, restituas, Zachariæ imitatus dicentem: Si aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Nam Ezechiel inter opera pœnitentiæ restitutionem numerat pignoris & rapina. Proinde D. Augustinus sic scribit: Si res aliena, propter quam peccatû est, cum reddi possit, non redditur: non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Sed, ut dictû est, cum restitui potest. Deinde cauendum summopere, ut quod in te est, nullam post mortem heredibus litigandi relinquant occasionem, quale est, quod Abraham legitimus filios posteriores quos ex Cetura tulit, separasse à filio suo Isaac, dum adhuc ipse viueret. Sic dum vinis ac vales, digeras & explices, discutiasq; quantum licet, negotiorum tricas: præsertim, si alienorum bonorum administrationem concreditam habeas: ut nihil necesse sit in morbo curis huiusmodi intempestiuus torqueri. Quod si adhuc irretitum eis, neque adhuc satis explicatum contingat morbo urgeri, age nihilominus quod potes, omnemq; moue lapidem, ne quæ fraudare voluisse videare.

II.

Altera domus disponenda, Domus est celestis, Regnû illud celorum, & Beatitudinis aternæ. Domus hac mansiones multas iam paratas habet: attamen & nos de ea disponere debemus: hoc est sedulo curare, ut cum pijs & iustis eam valeamus possidere: & audire vocem illam suauissimam Redemptoris nostri in sua maiestate sedentis, Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Fit hoc, cum operam damus, ut mundum sit cor nostrum. Sic enim in Psalmo dicitur: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam. Et in alio Psalmo David dicit;

Luc. 19.
Ezech. 13.
Aug. Epist.
54. ad Ma-
cedonium.

Genes. 25.

Ioan. 14.

Mat. 25.

dicit: *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde.*

Adhuc, cum pro modo facultatum nostrarum eleemosynas libenter facimus. Ita namque Christus ipse hortatur dicens: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Non pigeat nos pati quiduis & agere, ut hanc domum possideamus. Non habemus enim hic manentem civitatem: quocirca futuram omni nos conatu inquirere oportet.

Luc. 16.

Heb. 12.

*Tertia Domus, Conscientiae est: cui rite constituenda ac disponenda omnis navanda est opera. Extat autem insignis pacanda Conscientiae imago apud Tobiam, in piscis corde & iecore: cuius particula, si super carbones viuos poneretur, fumus eius extricaret omne genus demoniorum. Si ergo domum Conscientiae, heu multis nimium vitiis conspurcatam, ac demonum tyrannide occupatam, expurgare: & procul inde pessimum illum hospitem, immundum videlicet spiritum, abigere voles: necesse est, ut cor tuum ad ignem applices. Quomodo rogas? Expende irae Divinae in peccatores incendium, & Gehenna ignis perpetuos cruciatus, camini infernalis flammam inextinguibiles ac intolerabiles: ubi erit stertus & stridor dentium. Praeterea, Dei dilectionem ardentissimam, qui etiam filio suo unigenito non pepercit, attentè considera: cuius Obedientia erga Patrem ineffabilis, Passio intolerabilis, Crucis supplicium atrox nimis fuit: qui peccantibus, nec tamen poenitentibus, rectè exprobrare potest: *Quae utilitas in sanguine meo? Dum**

III.

Tob. 6. & 8.

Matt. 13. 22.

15.

Rom. 8.

Psalm. 29.

hac autem peccator serio cogitat & expendit: fieri non potest, quin vehementissime adficiatur: imò totus incensus in Dei amore exardescat. Hinc tum ascendit fumus contriti cordis in conspectum Domini: qui est ardens

D 4 precatio,

Pſalm. 37.

precatio, una cum gemitibus ex intimis visceribus pro-
ductis. Exemplum habes in Dauide, qui ait: *Afflictus*

Pſalm. 118.

sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis
mei. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus
meus à te non est absconditus. Et iterum, sua ac
aliena peccata deplorans, Exitus, inquit, aquarum de-
duxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
Nemo hoc mundandæ studium conscientia contemnat,
nemo negligat: ac longæ fiducia vitæ seipsum decipiat.
Quantumcunque credas Deum te habere propitium: si
tamen in peccatorum sordibus sine penitentia perdures,
neque verè de iis & ex animo doleas: fides tua vana est.

Ioel 2.

Quia hæc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto
corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et scin-
dite corda vestra, & non vestimenta vestra: & conuer-
timini ad Dominum Deum vestrum. Contra vitæ au-
tem diuturnioris confidentiam, sic S. intonat Scriptura:

Eccl. 5.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die
in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vin-
dictæ disperdet te. Et rursum: Memor esto, quoniam

Cyprian.
Tract. de
simplicitate
pſalatorum
Luc. 12.

mors non tardat. Operæpretium fuerit præclarissi-
mam hic addere D. Cypriani Admonitionem: Simus,
inquit, tales, quales nos esse Christus ipse præcepit, dicēs:
Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes, & vos
similes hominibus expectantibus dominum suum, quan-
do veniat à nuptijs, ut cum venerit & pulsauerit, ape-
riant ei. Beati serui illi, quos adueniens Dominus inue-
nerit vigilantes. Accinctos nos esse oportet, ne cum expe-
ditionis dies aduenierit, impeditos & implicitos appreh-
endat. Luceat in bonis operibus lumen nostrum, & ful-
geat, ut ipsum nos ad lucem claritatis aeterna de hac se-
culi nocte perducatur. Expectemus solliciti semper & cauti
aduentum Domini repentinum, ut quando ille pulsaue-
rit,

vit, euigilet fides nostra, vigilantia premium de Domino receptura. Si haec mandata seruentur, si haec monita & praecepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus. Serui vigiles Christo dominante regnabimus.

De condendo Testamento, ad diuites, D. Ioan.
Chrylost. Admonitio.

Quicunque mentem possidemus purā ac mundam, talem eam custodiamus: imo splendorem ipsius intendamus etiam, auctioremque reddamus. Si qui vero squalidam habemus ac sordidam, non ideo statim desperemus. Si enim, inquit, fuerint peccata nostra rubicunda velut color phoeniceus, tanquam nix albescunt: & si fuerint velut coccinum, quasi lana alba erunt. Cum Deus itaque promittat, non erit quod dubites: sed ea potius facias, quibus quae promissa sunt, in te quoque accersere queas. Innumera tibi perpetrata sunt mala, delictaque? Quid hoc? Nondum enim ad infernum usque deuenisti: nondum aduenit sponsus, ut tibi timendum sit, quis tibi de suo daturus sit oleo. Adhuc licet ut emas ac recondas: adhuc multi sunt, qui vendunt: nudi scilicet, esurientes, agroti, quiq; in carcere. Pasce illos, vestibus istos indue, iacentes visita: quae si feceris, adcurrerit oleum uberiore copia, quam solent aquarum fontes. Quam primum vero hinc decesseris, nihil horum ut oportebat facere poteris. Nunc vero licet, ut ad extrema etiam suspiria Deo gratias agas: licet ut ab ipso testamento commenderis: & si non, quemadmodum si dum viuus bene ageres: licet tamen. Quo pacto? Si Christum in ipso cum heredibus tuis conscripseris: partemque illi totius sortis tradideris. Maioris quidem amoris signum fuerit, maioreque dignum mercede: si Christum dum viuusaueris.

D 5 Si

CAPVT.

XIII.

Serm. 18. in
cap. 11. ep.
ad Roman.
Esa. 1.

Matt. 25.

Si verò istud non fecisti: vel quod secundo loco licet, ag-
 gredere: nimirum relinque illum filiis tuis coheredem.
 Sed sunt quidam adeò miseri ac deplorandi, ut cum ne-
 que filios habeant, istud facere non sustineant tamen: sed
 parasitis potius adulatoribusq; aut similibus, sua distri-
 buenda curent, quam Christo: qui tot illos beneficiis ad-
 fecit. Quam igitur veniam sibi parant, qui ultra id,
 quòd Christum dum viuerent nò paucunt: neq; etiam,
 cum ad ipsum iam abituri sunt, vel de pecuniis illis,
 quarum ultra domini non sunt, aliquid illi, vel modicum,
 largiri volunt: sed adeò inimicè, adeòq; hostiliter se ha-
 bent, ut nec de iis rebus, quarum usu iam destituntur, ei
 contribuunt? Te verò Deus tuorum dominum ita con-
 stituit, ut quibus quæque conueniant, dispicias, edicasq;
 de bonis tuis: ac quæ domum tuam concernunt, disponas.
 Quam igitur excusationem habebis, si quando post hanc
 acceptam ab eo gratiam, beneficentiam istam prodide-
 ris: & velut ex diametro fidei tuæ maioribus contrarius
 fueris. Illi quippe viuentes etiam vendiderunt omnia,
 atque ad pedes Apostolorum detulerunt: tu verò nec
 moriens aliquam tuorum honorum partem pauperibus
 tribuis.

Sermone de
 Eleemosyna.

Ad Pietatis & Misericordiæ opera, D. Cypriani Ex-
 hortatio: asseuerans iustitiæ & misericordiæ ope-
 ribus, pietatem Diuinam mortalibus subuenire.

CAPVT
 XIII.

Dominus noster Iesus Christus monens & osten-
 dens, vnde mundi & purgati esse possimus: addi-
 dit eleemosynas esse faciendas, & quia seruare querit,
 quos magno redemit, post Baptismi gratiam sordidatos,
 docet denuo posse purgari. Agnoscamus itaque Diuina
 indulgentiæ munus salubre: & emundandis purgandis-
 que peccatis nostris, qui sine aliqua conscientie vulnere
 esse

Luc. II.

esse non possumus, medelis spiritualibus vulnera nostra
 curemus. Mandat Esaiæ Deus: Exclama, inquit, in
 fortitudine, & noli parcere: sicut tuba exalta vocem
 tuam: & annuncia plebi meæ peccata eorum, & domui
 Iacob facinora eorum. Et cum peccata eis sua exprobra-
 ri precepisset: cumq; eorum facinora pleno indignationis
 impetu protulisset, dixissetq; eos, nec si orationibus & ie-
 iuniis uterentur, satisfacere pro delictis posse: nec si in
 cilicio & cinere voluerentur, iram Dei posse lenire: in
 nouissima tamen parte demonstrans solis Deum eleemo-
 synis posse placari, addidit dicens: Frange esurienti pa-
 nem tuum: & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si
 videris nudum, vesti eum: & domesticos seminis tui non
 despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum,
 & vestimenta tua cito orientur: & præteribit ante te
 iustitia tua, & claritas Dei circumdabit te. Tunc ex-
 clamabis, & Deus exaudiet te: dum adhuc loqueris,
 dicit tibi: Ecce adsum. Et in Psalmis Spiritus sanctus
 dicit: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem:
 in die mala liberabit illum Deus. Quorum præcepto-
 rum memor Daniel, cum Rex Nabuchodonosor aduerso
 somnioterritus æstuarer, pro auertendis malis, ac diui-
 na ope impetranda, remedium dedit, dicens: Rex consi-
 lium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis re-
 dime, & iniustitias tuas miserationibus pauperum: &
 erit Deus parcens peccatis tuis, Raphaël quoque ange-
 lus dicit: Bona est Oratio cum Ieiunio & Elemosyna:
 quia elemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata.

Esa. 58.

Psal. 40.

Dan. 4.

Tobiz 12.

In Diuites auaros, Basilij Mag. Expostulatio.

Serm. 2. in
Diuites au-
ros.

Reminiscere parumper diei illius, in qua cum gloria
 Christi apparebit aduentus: quando qui bene fece-
 runt, in resurrectionem vita: qui verò malè egerunt, in
 resur-

CAPVT
XV.

resurrectionem iudicij excitabuntur. Adiuventum vi-
tae, non malorum incitamentum pecunia data: animae
redemptio, non exitij occasio. Sed inquis: ob filios neces-
saria. Dic quaeso, cum Deum orasti, ut natos susciperes,
addidisti ne illud: Da liberos, ut causa sint ne Regnum
tuum assequar? Praeterea, quis tibi sponsor de ipsorum
voluntate & ingenio fuerit: ut recte aatis relictisq; v-
tantur? Nam multis diuitia luxuria causa sunt. Consi-
dera itaq; ne cum multis erumnis opes cumulas, pec-
catorum materiam aliis tradas, dupliciq; plectaris post-
modum poena: & tuorum criminum, & aliorum quibus
causam dederis. Nonne cunctis liberis tibi coniunctior
est anima tua? Huic tu primas da partes diuitis here-
ditatis: vite videlicet aeterna materiam. Deinde filiis
distribue. Qui vero liberis caret: quam parsimoniae
causam obijciat? Nolo, inquit, pauperibus dare, ob vita
necessarios usus. Ego quidem bonis dum vixero frui vo-
lo: post mortem vero, pauperes in testamento adscribam.
Heu miser: tunc benignus ac liberalis hominibus eris,
cum te cadaver adspiciam? Dic mihi, quo mercedem
tempore potissimum exposces: vite ne, an mortis? Nam
si tempus, quod ad promerendum datur, in voluptati-
bus & delitiis absumens, pauperes nequaquam respexi-
sti: mortuus cuius suam actionis aut operis mercedem pe-
titurus es? Atramento & tabulis pulchra opera & co-
mendanda gerere studes? Sed quis exitus tui tempus
nunciabit? Quis de mortis genere sponsor? Quot vidi-
mus repentino, ac vi, casuue extingui, qui pra doloris
& spiritus angustia, ne vocem quidem emittere potue-
runt? Quot etiam febris a sensu alienos fecit? Quid igitur
tempus expectas, in quo saepe tua ipsius rationis do-
minus non eris? Enimvero nox profunda, morbus gra-
uis, nullus circa adiutor: imo potius insidiis paratus, qui
habe-

hereditatem, aut legati sibi aliquid expectet: omnia tantum, quae ad eius faciam usum, exhortans. Tunc tandem destitutum te videns, tuam imprudentiam ac stultitiam grauiter suspirius damnare incipies. Cupies & eo tempore mandata dare, cum & lingua semiextincta ad loquendum, & manus ad scribendum inualida, tremensque fuerit: ex quo nec voce, nec item literis tuam ostendere mentem valebis. Quod si nihilominus contigerit, ut & verbo & scripto res tuae palam mandentur: una tamen transposita littera, vnum non probe adpositum signum, totam sententiam mutare, ac irritam facere sunt apta. Duo item aut tres improbi testes, totam hereditatem in alios conuertent. Quid igitur miser reipsum decipis: nunc opibus in luxu viuendo abutens, ac tibi ea promittens, quorum postea dominus non eris? Haec itaque frater, dum vales ac potes, animaduertas. Crede optime consulenti, teque amanti IESU CHRISTO: qui ob nostram salutem egere voluit, ut ex eius paupertate nos diuites essemus: qui etiam sese pro nobis redimendis pretium obtulit, ut eius mandato seruando nobis commodum perpetuum proueniret: & haeredes aeterna fieremus vita.

2. Cor. 8.

Quid egroti post conditum Testamentum, aliaque necessaria rite procurata, faciendum.

Peracto negotio testamentario, aliisque rebus necessariis rite, quantum fieri potest, procuratis, egrotus omnes de rebus huius seculi obstrepentes submoueat. Deinde si morbi ratio patitur, anime prius quam corpori mederi studeat, per exomologesin sinceram, & fuci expertem: & a sacerdote, cum plena fide, summaque reuerentia poenitentiae remedium accipiat: ex intimis precordis Dei misericordiam imploret: sumatque vite castigatioris propositum, si contingat renouescere. Ad hac, si laesus

CAPVT.

XVI.

Ex Eras. Praepar. ad mortem.

si laesus est à quoquam: vindictam ex animo remittat. Si, qui laesus indignus est, cui noxa condonetur: Christus dignus est, in cuius gratiam deponatur viciscendi affectus. Nec reputet, quàm atrociter sit laesus ab hoc aut illo, sed quàm multa ipse à Deo cõdonari postulet. Nullum opus efficacius est, ad impetrandam Domini misericordiam: quàm in gratiam CHRISTI IESV, & ad illius exemplum, ex animo gratias condonare, quicquid in nos peccauerunt homines. Ipse namque pendens in cruce, orauit pro ijs, per quos erat adactus ad crucem: et à quibus insuper conuictus inessebatur. Porro si quem ipse laesus sit: curet illum, quantum licet, reconciliandum. Deinde & liberos suos, si quos habet, aut necessarios, ac domesticos, ad se vocatos officij admoneat, & ad Dei timorem & pietatem exhortetur: quod sanctissimos veteris Testamenti patres, Iacobum, Tobiam, Mathathiam sedulo fecisse legimus. Qui adsunt laboranti aegrotò, excutiãt affectum communem, quo multi credunt per Exomologesin, Eucharistiam, & Vnctionem extremam, accelerari mortem: persuadeantq; potius id quod res est, his modis maiorem esse spem recuperandæ sanitatis. Deinde sacerdotem adhibeant, qui linguam habeat eruditam, ut sciat sustentare eum, qui laesus est, verbo: quiq; sic moderetur alloquium suum, ut nec nimium blandiens fallat aegrotum: nec intempestina austeritate conijciat in desperationem.

Luc. 23.

Gen. 48. 49.
Tobiz 4. 14.
1. Mach. 2.

Esa. 50.

Ex eodem
libro.

Quomodo ad exemplum Iesu Christi, aegrotus ad salutarem mortem sese parare debet.

CAPVT.
XVII.

Exempla magna habent vim ad commouendos animos. Nullum inuenitur autem exemplum perfectius, ad mortem ritè subeandam: quàm quod D. N. Iesus Christus in seipso nobis expressit. Cum enim instaret illa

illa nox suprema, aduersus imminuentem tentationis pro-
 cella m. communit suos sacrosancti Corporis & Sangui-
 nis sui comeatn: nos admonens, vt quoties incidimus in
 casum aut morbum, qui mortem minetur, protinus exo-
 mologesi purgemus affectus nostros, quemadmodum Do-
 minus lauit pedes discipulis suis: mox reuerenter ac-

Ioan. 13.

Matt. 26.

Matt. 17.

Luc. 9.

cipiamus Corpus Domini, qui cibus animos nostros fortes
 & inuictos reddit aduersus hostem spiritalem. A mysti-
 ca coena secedit ab edibus in hortum: ac iussis eo loco se-
 dere discipulis, tres tantum adiungit, Petrum, Ioan-
 nem, & Iacobum: vt eosdem haberet testes humana in-
 firmitatis, quos in monte gloriae testes esse voluerat.
 Quibus vigilare iussis & orare: rursus recessit ad oran-
 dum. In corporali secessu Domini magnum est myste-
 rium. Qui se morti praeprarat, ab omnibus urbanis ac
 domesticis affectibus secedat oportet, Reipub. curam ab-
 icyiat, possessionum sollicitudinem penitus exuat, uxo-
 rem & liberos Domino commendat, ab amicorum & co-
 gnatorum fiducia sese subducatur: ac ne infirmos quidem in
 animi curas recipiat: solus sub dio sit oportet, qui tum
 velit loqui cum Patre caelesti, cum urget extrema ten-
 tatio. Ter admonet dormientes, vt vigilent, orentq;: ne
 intrent in tentationem. Intrat in tetationem, qui se tra-
 dit in potestatem tentatoris. Vigilantes & orantes per-
 stringit quidem tentatio, sed mox praeterit. Porro in
 mortis discrimine vincitur infirmitas humana: nisi in-
 stanter, nisi puro affectu, nisi cum inuicta fiducia implo-
 raucrit auxilium illius, qui solus viuificat mortuos.
 Quo autem pacto sit orandum in eo rerum statu, & em-
 plo suo monstrare Redemptor noster dignatus est. Flebit
 genua, parum hoc est: prostravit sese in faciem. De ter-
 ra clamauit ad patrem: tam valide, vt vox deprecanti-
 tis a discipulis tribus, qui ad lapidis iactum aberant,

exau-

exaudiretur. Bis ad deprecationem redyt: ter eadem verba repetiuit: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Flectis genua, qui se totum subycit voluntati Diuina: procumbit in faciem suam, qui sibi totus disslicet, totus suis diffidit viribus ac benefactis: nec aliunde sperat solatium quam à misericordia Domini. Nec statim desperandum, si differtur consolatio: iterum atque iterum redeundum est ad clamorem, non oris, sed cordis. Etenim si nos quod Dominus externè fecit, spiritualiter imitemur: aderit bonus Angelus, qui sudorem sanguineum absterfurus est ab animo nostro: & aut eripiet a discrimine, aut robur addet spiritui, ut mortè fortiter perferamus. Postremo, cum Domino nudi crucem ascendamus oportet, procul ab omnibus terrenis affectibus, ad celestis vita amorem erecti: ut cum B. Paulo dicere possimus: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: atque ibi tribus adfixi clauis, Fide, Spe & Charitate, constanter perseueremus: strenuè depugnantes cum Satana, donec eo deuicto, in eternam requiem presidio gratiaq; D. N. Iesu Christi demigremus.

Luc. 22.

Gal. 6.

Alia ad piè migrandum Institutio.

CAPVT.

XVIIII.

Lud. Blofius.

Quisquis Deum piè colis, dum morbo correptus mortem iam vicinam metuis, vide vt ad felicem exitum sedulo te prepares. Expedi cor tuum à curis & sollicitudinibus huius seculi. Sacramenta pro viatico grata mente suscipe: & animam tuam Deo commenda. Recole Passionem piissimi Redemptoris tui: beatamq; eius Crucem in spiritu amplectere. Osculare rosea illa Vulnera: teq; totum in eis imprime, vt ibi abditus feliciter euadere possis omnes Satanae laqueos & insidias. Roga IESVM, vt suo pretioso sanguine te abluere, vniuersaq; peccata tua abolere dignetur. Pro meritis bonorum

rum

rum Operum, qua tibi desunt, offer Deo patri Merita illius: offer sacratissimam Conuersationem, Passionem & Mortem ipsius: offer Merita dulcissima genitricis Marie, ac Sanctorum omnium. Ita enim fiet, ut tu qui ex te ipso miser, nudus ac pauper es, ornamentis spiritualibus mirifice decoratus appareas. Confide in Domino, innitere ei: omnem cogitatum tuum, omnemq; formidinem, quin & teipsum totum in eum humiliter proijce. Hoc enim illi gratissimum est: hoc abs te summo opere expetit: ob idq; dicit in Psalmo: Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Non te fallat Pater tuus caelestis: non te reijciet tui amantissimus, sed proteget te. Eo autem protegente, nullus iam erit, qui nocere possit.

Psal. 54

Psal. 92

Exomologesis seu Confessio peccatorum
quomodo facienda.

Nihil efficacius ad impetrandam Dei misericordiam, quam humilis peccatorum Confessio. Et quanto magis te accusas, tanto citius absolueris. Secus est in iudicio humano: ubi qui confitetur, damnatur. Porro ne erres, ac tibi iustus falso videaris, sed teipsum penitus cognoscas, & clare perspicias: Dei praecepta in Decalogo comprehensa, ob oculos pone: & videbis te, utcumque fortasse tibi placeas, maximum esse diuina Legis transgressorem. Quaecunque autem in Decalogo mandantur, duobus his Praeceptis includuntur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Et, Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis, inquit Christus, vniuersa Lex pendet & Propheta. Exigit Dei Dilectio veram fidem & fiduciam in Dominum Deum: verum item timorem, inuocationem, & gratiarum actionem, spem, humilitatem, patientiam & perseuerantiam:

CAPVT XIX.

Matt. 22,

E atque

Tob. 4.
Matt. 7.

atque omnino totum requirit hominem, cor, animam, vires omnes, & sensus omnes: ut nihil omnino Deo nostro preponamus: de illo magnifice sentiamus, honorifice loquamur: eumque priuatum & publice colamus & celebremus. Proximi autem Dilectio quid requirat, regulis his duabus exprimitur: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Item: Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hac est enim Lex & Propheta. Nullum opus specialiter hic ponitur: Charitas enim virtus est omnium perfectissima, non habens determinatum opus: quippe quae omnia patitur & facit quaecumque potest. Caterum non est, ut aliunde quam ex teipso, horum verborum (Diliges proximum tuum, sicut teipsum) interpretacionem petas. Si te quispiam contumelia, iniuria, aut damno aliquo affecit, male & iniuste eum tecum egisse indicas. Si esuristi, sitisti, nudus aut oppressus fuisti: denique, si vel in fauam cecidisti, statim aliorum implorans opem, alios te iuuare, tibi que succurere voluisti: fuerat igitur idem tibi quoque vitandum & faciendum. Itaque ne ambiguitas vlla apud te sit, rectene an secus feceris, Conscientia tua adhibe testimonium: ex quo tanquam libro perperam abs te facta manifeste cognosces. Quod quidem Conscientia testimonium tunc magis se prodat, cum ad Decalogi precepta temet diligentur examinaueris. Sunt & flagitia pleraque, septem veluti capitibus comprehensa: ut sunt, Superbia, Gula, Auaritia, Ira, Inuidia, Luxuria, Acedia. Opera autem misericordiae, quae a nobis requiruntur, omnibus hominibus naturaliter nota sunt. Beatitudines vero quas Christus D. N. docuit, ex Evangelio didicimus. Cum in his te diligenter exercueris, & rite tecum cuncta expendaris: totum te conferes ad Dominum Deum tuum, cui peccasti, dicens: Peccavi

a. Paral. 36.

super

super numerum arena maris, Domine Deus meus. Confundor & erubescio lenare faciem meam ad te: quoniam iniquitates meae multiplicatae sunt super caput meum, & delicta mea creuerunt vsque ad caelum. Non intres in iudiciū cum seruo tuo Domine. &c. Remittes, & ex animo, si quis te offendit aut lesit: & si quispiam aliquid aduersum te habuerit, dabis operam omni diligentia, ut ei reconcilieris. Hinc te Sacerdoti, Christi Vicario, cui ille in terris, fide interim cor tuum verè poenitentis purificans, ligandi atque soluendi munus tribuit, ostendes. Neque verò existimabis, cum vulgari homine tibi negocium esse: sed tali, qui legatione Dei fungitur: in quo posuit Deus VERBUM RECONCILIATIONIS. Sicut Apostolus Paulus scribit II. Corinth. v. Atque eam ob causam Absolutionis vocem ab sacerdote, non aliter (modo verè, & ex toto corde te peccatorum tuorum poenitet) expectabis, ac paralyticus ille, qui à Christo Iesu D. N. audiuit: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matthaei ix. O praclarum Dei beneficium hominibus communicatum! Vnde & turba, eodem Euangelista narrante, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Et merito quidem. Qui debitor est Principis alicuius, & prorsus soluendo non est, nequaquam accipit debiti remissionem, nisi ab ipso Principe, vel eius vicariam potestatem habente. Quod si Vicarius ille debitori cognatus sit & faveat: gaudet debitor, nec modicam inde spem concipit, à debito se fore absoluendum: ita omnes homines debitores sumus Dei. In multis enim offendimus omnes: & omnino non sumus soluendo. Nemo autem debitum nostrum relaxare potest, nisi solus Deus. Sed hanc potestatem Pater Christo D. N. concessit: sicut ipse dicit, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: & per eum alijs

Psalm. 142.

Acto. 15.
Matt. 18.
Ioan. 10.Ioan. Ferus
in Matth.
cap. 9.

Iac. 3.

Ioan. 5.
1. Cor. 4.

Ecclesia ministris, & mysteriorum Dei dispensatoribus. Cum itaque Christus frater noster sit, eique omnia tradita sint à Patre: quis desperet? quis non gaudeat? quis non Deum laudet, quòd talem potestatem dederit hominibus? Nam & Christo, & per Christum alijs nostri similibus hominibus data est. Quorum, inquit, remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Non hoc accipi debet, quasi homo proprie remittat peccata, sed quòd ostendat & confirmet à Deo esse remissa. Neque enim aliud insinuant Absolutionis verba, quam ab homine accipis, quàm si dicatur: Fili, confirmo tibi remissa esse peccata: annuncio tibi te propitium habere Deum. & quaecunque Christus in Euangelio suo tibi per Baptismum sibi insito & incorporato promisit, eadem nunc per me tibi annunciat & offert. Huius me testem habebis. Vade in pace. Quid ergo iucundius contingere posset homini, quàm de tanta tamq; magnifica Gratia certum fieri? Quod autem ad preparationem siue premeditationem attinet: sciendum, quòd qui per Confessionem coram Sacerdote Dei ministro, vita sua rationem redditurus est, conscientiam suam seria & diligenti premeditatione examinare, & Davidem imitatus, annuntiaturus iniquitatem suam, de peccato suo prius cogitare debet. Vt autem in uniuersum negligens & igna premeditatio in confessuro reprehensione non caret: ita anxia nimis & morosa, noxia & pernicioza esse solet. Sufficit, ut talis sit premeditatio, qualem in re seria & valde utili adhiberi decet.

IOAN. 20.

Pfal. 37.
Ex institu-
tione ad pie-
tate. Christ.
Concilij
Prouinc.
Moguntini,
an. 1549.
edita.

Quo-

Quomodo ad dignè sumendum S. Eucharistiæ Sacramentum, agrotus semet probare debet: & quid ante, & post, atque in ipsa sumptione cogitandum.

Videndum nunc, quomodo S. Eucharistiæ Sacramentum sit suscipiendum. S. Paulus dicit: Probet seipsum homo. &c. Hac probatio nonnihil exigit à nobis, & ante & post susceptionem: atque etiam in ipsa susceptione.

Ante susceptionem maximè requiritur Pœnitentia: ut scilicet propter peccata nostra pœniteamus, humiliemur, doleamus, confiteamur: & ab eisdem resipiscamus & auertamur: cumque filio prodigo surgamus & reuertamur ad Patrem: & cum Publicano pectus tundamus: cum peccatrice ploremus: cum latrone oremus pro misericordia. Hinc D. N. IESVS CHRISTVS, Pœnitentini, inquit, & credite Euangelio: appropinquauit enim regnum cœlorum. Huc pertinet, quod in lege agnus iubebatur edi cum lactucis agrestibus: item quod in cœna Christus discipulorum pedes lauit. Lauit autem nos Christus sanguine suo, hoc est, meruit remissionem peccatorum: sed ea non aliter impartitur nobis, quàm per fidem, idq; in Baptismo primum, post in Pœnitentia. Studeamus itaq; Deum prius orationibus, lachrymis, elemosynis reconciliare, quàm de mensa eius participemus. Si hominem offenderis, non audes ad mensam eius accedere, nisi reconciliatus: & quod homini prestatas, Deo non facis? Conuertamur igitur ad Dominum mente tota: & Pœnitentiam criminis confessione, & veris doloribus exprimentes, Dei misericordiam comprecemur. Pœnitenti, credenti, operanti & roganti Deus clementer ignoscit. Reuertere, inquit, & suscipiam te. Item: Si conuersus

CAPVT
XX.

Ioan. Petrus
in cap. 3.
Ioan. 1.
1. Cor. 11.

Luc. 15.
Luc. 18. 7.
23.
Mar. 1.
Exod. 12.
Ioan. 13.

Ierem. 3.
Ezech. 18.

E 3 fuerit,

70 DE PRÆPAR. AD S. EVCH. SACRAMENT,
fuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor.

Luc. 22.

1. Co. 11.
Exod. 12.

Rom. 8.

1. Ioan. 4.

Hebr. 9.

Ioan. 15.

Psal. 11.

Esa. 55.

Psal. 8.

In susceptione autem, omnium maxime requiritur, ut Christi recordemur. Ad hoc enim potissimum instituit ipse hoc Sacramentum. Hoc, ait, facite in mei memoriam. Et Paulus: Mortem Domini annuntiabit. Unde etiam in lege preceptum erat, ut sanguinem Agni lintrent in postibus domus: nimirum ut semper pre oculis eum haberent. Cum ergo percipis Sacramentum, omnem intellectum tuum redige in obsequium Christi: omnesq; cogitatus tuos sursum tolle ab omni terrenorum cura: perge ad locum Caluarie, vide que & quanta ibi passus sit Christus. Cogita incomparabilem Dei erga nos dilectionem: ut qui etiam proprio filio suo in nostri gratiam non pepercit, sed in grauissimos cruciatus pro nobis dedit. Non quasi nos dilexerimus eum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Cogita deinde Filii obedientiam: quae bibit eum calicem ad multorum exhaurienda delicta. Imò & ipsius Charitatem erga nos, quae maior esse non potuit: quippe qui animam suam pro nobis dedit. Cogita quantum pro nobis sustinuit dolorem, ut nos redimeret: quomodo factus sit vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Cogita sanguinem eius sudorem, flagellationem, & coronationem: quomodo nulla ei fuerit species aut decor. Cogita quomodo morti obnoxius fueras: & per mortem Christi redemptus sis. Hic mirare, hic crede, hic fide: hic exulta in spiritu sancto, hic mentem in calum leua. Hic pronus procumbe: hic clama, Domine quid est homo, quod memor es eius? Hic exerce tuam fidem, spem & charitatem. Noli dubitare de aliis promissis Dei, quandoquidem in hoc tam arduo non sefellit. Spera ab ipso omnia bona, cuius bonitatem & fidelitatem hic adeo expertus es: cuius tam certum pignus in hoc sacramento habes. Ama eum: qui te tam ardentem

ardenter amavit. Deinde sumpturus hoc dulce & pretiosum Viaticum, humiliter atque ex animo dic: Deus propitius esto mihi peccatori. IESV fili David, miserere mei, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Omnipotens est sermo tuus Domine: Dic ergo verbo, & sanabitur anima mea: pro qua tu Deus Saluator meus CHRISTE IESV, in cruce pati & mori dignatus es. Cuius sanctissima Passionis tue humiliter oro, digneris me, licet indignum, facere participem, in vitam eternam. Esto mihi Domine turris fortitudinis à facie inimici. Da mihi bone IESV gratiam, ut nunc digne te sumam: tuoque, ductu & adiutorio, tandem ex temporali & brevi peregrinatione mea, ex hac valle lachrymarum, perveniam ad patriam caelestem, & requiem sempiternam à te nobis promissam: ubi te laudem, & in aeternum glorificem.

Tandem ubi perceperis hoc sacratissimum Eucharistie mysterium, devotè gratias age Divinae bonitati, pro hoc & omnibus Dei beneficiis: suppliciterque ora, ut eadem Divina bonitas pro sua immensà Misericordia velit tanta eius in te beneficia non fuisse frustra collata: sed tibi cooperari in bonum, & proficere in vitam eternam. Ideo EUCHARISTIA dicitur. Dives & magna hereditas, digna est gratiarum actione: maxime, cum nullo iure, sed mera gratia datur. Gratiam fideiussoris tui ne obliviscaris, ait sapiens: dedit enim pro te animam suam. Agnosce & confitere cum magna gratiarum actione, quod te corpore & sanguine suo, non autem auro & argento Christus ab aeterna morte redemerit. Huc pertinet, quod Christus post institutum Sacramentum huiusmodi dixisse legitur. Deinde etiam imitare Christum pro te passum: sequere vestigia eius. Dic in egritudine

E 4 tua.

Lud. Berus.
de Prap. ad
mort.
Luc. 18.
Matt. 14. 20.
Matt. 8.

Psal. 60.

Eccl. 29.

1. Pet. 2.
Matth. 26.

72 DE DEI ERGA PECCAT. POENIT. AFFECTV,
tua: Domine si tu pro me tanta passus es: cur non ego
quoque patiar acerbiora commertus? Fiat igitur vo-
luntas tua. Paratum cor meum Deus; paratum cor
meum: cantabo & psallam in gloria mea. Quia magna
est super celos misericordia tua: & vsque ad nubes ve-
ritas tua. Da nobis auxilium de tribulatione: quia va-
na salus hominis. De S. Vnctione vide lib. 4. cap. 9.

Matt. 6. &
16.
Psalm. 107.

Christi D. N. interna, & spiritali quodam & arca-
no modo, ad peccatricem quidem, sed pœnitentem
animam Allocutio: qualem se erga peccato-
rem de peccatis suis dolentem & relapscentem
exhibere velit, demonstrans. A doctiss. sanctis-
simoque viro IOAN. Lanspergio conscripta.

In Pharetra
Diuini a-
moris.

CHRISTVS LOQVITVR.

CAPVT

XXI.
Prouerb. 8.
Ioan. 3.

Esa. 53.

Rom. 4.

EGo diligentes me diligo: & delicia mea, esse cum fi-
liis hominum. Sic dilexi mundum, vt in mortem
darem animam meam: ne pereat, sed habeat vitam æ-
ternam, quicunque in me crediderit. Ego, ô anima, pro
te laboravi, esurui, sitiui, contemptum & persecutio-
nem passus sum. Vulneratus sum propter iniquitates
tuas, attritus propter scelera tua: mortuus propter de-
licta tua, resurrexi propter iustificationem tuam. Ad
hac omnia me impulit Amor, quo te diligo, & in filiam
adoptionis adscisco. Itaq; tu respiciens ad amantem re-
uertere: in vulnere meorum sanguine lauare: virtu-
tibus & vita mea meritis vestire. Omnia hac lubens
tribuo: imò vt amantissimus pater hac offerens, tibi oc-
curro in amplexum: ad osculum te recipio, & ad reda-
mandum te inuito. Reuertere filia, & mundare. Præbe
cor tuum mihi: quia præter hoc aliud abs te non desidero.
Porro, quomodo tota ad me reuertaris: quomodo in corde
tuo

tuo mihi delicias prepares: quomodo amorem meum reficias: quo denique modo tu quoque reficiaris, aduerte.

Ei qui ad vitam correctiorem aspirat, qui mihi se totum nititur dedicare: necessarium est, ut vita mala retroacta primum verè poeniteat. Sit itaq, ad minus dolor in iudicio rationis, ut peccando se male fecisse iudicet: optetq, ex toto corde se non fecisse, nolitq, deinceps peccare: nulla re magis carere velit, quàm peccato: nihil minus optet, aut magis excretur, quàm peccatum. Doleat igitur, quia peccauit, quia me offendit: atque damnablem se iudicet, quod peccauerit: & quod non dolet, quantum deberet. Ego enim vestram attendo miseriam, vestram imbecillitatem, vestram paupertatem: nec ullo modo bona voluntati desperandum est, quantamlibet cordis sentiat ariditatem seu frigiditatem, quando vellet se non peccasse: statuitq, propter me posthac nolle peccare. Non ergo tristeris, si fortassis imaginationes patiaris ac phantasias, quasi iratus sim, adeo ut nolim placari, nolim indulgere, nolim te ad gratiam recipere: hac surria sunt diaboli, quibus ad desperationem te nititur pertrahere, mentiens, quod nolim dimittere. Tu autem, o anima, noli credere: quicquid sentias, non consentias desperationi. Optes te non offendisse: statuas nolle peccare. Quod si iterum deliqueris, iterum quoque surge: & de nouo propositum non delinquendi statue. Si tertio deliqueris, tertio resurge. Denique quarto, quinto: & si postremo septuagies septies cecideris quotidie, toties ad me reuertere: & ego suscipiam te. Nonne melius est, ut suscipiam te, quàm amittam: simulq, omnes labores meos & poenas pro tui redemptione toleratas perdam? Nihil ergo, o anima, nihil o filia sanguine meo redempta, te à me auocet: nihil detineat, nihil remoretur. Et si diabolo te tradideris, si me centies negaueris: dole quia fecisti, &

ego dimitto tibi peccatum. Non sit in oculis tuis adeo magnum peccatum, quod spem venia adimat: non adeo multum, quod meam misericordiam posse superare existimes. Nihil refert apud me, à multis an à paucis peccatis redimam: & magnus & parvus peccator aequè egèt misericordia mea: quæ inexhaustibilis omnibus fluit & abundat. Non potest misericordiam meam vincere malitia tua. Quanto plura tu habes peccata, tanto libentius ego ignosco pœnitenti. Inde enim elucet maior gloria mea: quanto maiori peccatori maiorem erogo misericordiam. Non sum durus, non sum maleuolus, non sum parcus: sed totus in te, ô filia liberalis, profusus & prodigus. Nihil minus habeo, si omnia mundi peccata tua sola fecisses, & tibi omnia dimitterem. Mihi ergo te committe: scito hoc mihi præcipuè placere, vt de me sentias in bonitate: & in simplicitate cordis me queras. Sentias me benignum, piũ, compassiuũ, misericordem, optimũ. Confide mihi: Spera in me. Non potes mihi nimis piũ aut misericordem aestimare: modo super misericordiam meam non deliqueris, non potes nimis mihi confidere. Exercitium igitur tuum sit, bene de me sentire, quod nolim te damnare: quia & reuera quemlibet saluari volentem, quemlibet non desperantem damnare nolo. Sufficit, ô filia, quod peccasse doleas: quod peccare etiam demceps nolis. Jam in statu es salutis: quid trepidas? Diues ego sum, & clemens in miserationibus infinitis. Sic me cogita. Inde enim maiore me afficis honore, quàm quod quasi crudellem aut durum me imagineris: aut ita formides, quasi ad hoc solum vigilem, quomodo capiam aut inuoluam homines. Jam vero de Satisfactione pro peccatis, hoc consilium tu amplectere: vt quidquid manus tua potest, instanter opereris: non tamen eo animo aut eo fine, quasi tu peccata tua

Sapient. 1.

Eccles. 9.

patua redimere velis, aut satisfacere queas. Sed age omnia, ut mihi placeas quem offendisti. Me roga potius, & ita mihi confide, ut meritis Passionis & Vna mea sanctissima, tua velim abolere delicta: & pro illis Patri meo satisfacere. Hec humilitas, hacq; fiducia ad me tua, quibus te ipsum operaque tua vilificas, me verò ac Merita mea extollis, omnia satisfactionis tuae opera excellit: & me inclinat ad te, ut Meritorum meorum thesaurum tibi faciam communem. Quandoquidem VNA GUTTA SANGVINIS MEI excellit, & valoris ac satisfactionis plus habet, omnibus meritis humanis: & ideo pro peccatis totius mundi satisfacit. Quapropter hoc sit studium tuum precipuum, ut beneplacitum meum non negligas: ut me continuè cogites, desideres, ames: & quae iussi, siue per me, siue per vicarios meos, imò quacumque volo, diligenter perficias. Et si mille millium peccatorum haberes acervos, omnia tibi sicut vnum peccatum dimitto. Neque enim distat apud me, saluare ex paucis vel ex multis peccatis: vnde mille peccata sicut vnum ignosco. Mirum est quod dicturus sum, certissima tamen indubitaq; fide tenendum. Si totus mundus esset globus igneus, & in medio eius de lini stipula pugillus vnus: hic ex sua naturali inclinatione non tam cito flammaram reciperet incendium, quam recipit abyssus Miserationum mearum peccatorem poenitentem & conuer- ti volentem: quia in illa actione naturali quantulacunque peteretur morula, licet minima, ac fortasse imperceptibilis: hic verò nulla penitus mora inter poenitentem & remittentem, inter gementem & gemitus exaudientem interuenit.

Eius-

Cano. vitæ
spirit. cap. 1.
1. & 38.

CAPVT
XXII.

Psalm. 50.

Eiusdem generis, ad spiritum contribulatum, & cor contritum & humiliatum, (splendida piissimi & eruditiss. viri LVD. Blosij commonefactio: qua nihil excogitari melius potest.

DEum time & ama. Omni diligentia custodi cor tuum: ubique cura, vt illud purum habeas: semper sollicitus esto, ne peccando DOMINVM MAIESTATIS offendas. Veruntamen si peccaueris, de eius misericordia non diffidas. Quantumuis multa atque enormia fuerint peccata tua, nunquã de venia desperaueris. Corruisti? Surge, conuertere ad medicum anima tua: & viscera pietatis eius tibi patebunt. Iterum corruisti? Iterum surge, & gеме, clama: & miseratio Redemptoris tui suscipiet te. Corruisti tertio, & quarto, & sepius? Surge rursus: plange, suspira, humiliare: & Deus tuus non te deseret. Nunquam despexit, neque despiciet unquam cor contritum: nunquam reiecit, neque reiciet unquam confugientes ad se, per veram poenitentiam. Si non desinis surgere, ille non desinet te excipere. Quare etiamsi centies, etiamsi millies, intra vnius horula spatium lapsus fueris, toties cum sancta spe venia resurge, quoties cadis: & resurgens gratias age ipsi Domino, quod te vel grauius corruere, vel in ruina iacere d'utius non permisit. Etiamsi post innumera gratie beneficia accepta, Deum (quod absit) abnegaueris, & eius Sacramenta pedibus conculcaueris: agnosce humiliter culpam, detestare facinus, animo propone non amplius peccare, firmiter statue melius viuere, & de venia securus esto. Neque enim tua malitia aut infirmitas tanta esse potest, vt misericordiam Dei superet: qua modum & terminos non nouit. Deus est OMNIPOTENS: pari facilitate innumeras peccatorum myriadas in momento remittit,

mittit, sicut unum peccatum. Est & BENIGNISSIMVS: omnino vult tibi parcere, vult esse propitius, si vis humiliari: si vis à peccatis abstinere, vitamq; corrigere. Ergo non te conturbet delictorum præteritorum memoria: sed consoletur verba Apostoli, dicentis: Hæc aliquando quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, & in Spiritu Dei nostri. Non potes Bonitati eius nimis fidere: modò non abutaris ea, ad peccandi facilitatem. O si scires, quàm paratus sit ipse Christus Dominus sua innocentia Deum Patrem placare: eiq; reconciliare suos electos, qui ex humana fragilitate peccarunt, & statuunt deinde peccata vitare. Noster est Aduocatus, & loquitur pro nobis: vt malorum pœnitentes, facillimã semper obtineamus veniam. Sic enim Ioannes electus ille discipulus ait: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, IESVM CHRISTVM: ipse est Propitiatio pro peccatis nostris. Itaque dum Christum cogitas, omnem terroris aut amaritudinis conceptum exclude: & ipsum misericordissimo benignissimoq; oculo intueri ea quæ creauit, persuasum habe: qui etiam ita tibi intendit, ita curam tui iugiter habet, quasi tu solus in toto terrarum orbe vineres. Timeant Dei iustitiam ac furorem qui ad Deum non conuertuntur: peccata peccatis cumulant, & dicunt, quid feci? qui nolunt intelligere vt bene agant. Hi enim ad iram eius spectant, quandiu tales permanent. At peccatores qui in se reuerfi surgunt, atque ad Patrem misericordiarum conuersi, ex corde dicunt: Pater peccaui in cœlum & coram te, miserere mei: Hi, inquam, peccatores cõfidant in Domino. Nam ipse procul dubio eos suscipiet, susceptosq; iustificabit, & iustificatos in regnum suum aliquando admittet. Comprehendi non potest quanta charitate, quàm

pater-

1 Cor. 6.

Rom. 8.

1 Ioan. 2.

Luc. 15.

paternis visceribus ubique nostram salutem ipse desideret ac procuret. Nulla unquam mater tam tenerè dilexit filium uteri sui, quàm tenerè nos diligit. Fasciculus stuparum in ignem ingentem missus, non ita repente incenditur, quàm repente Deus peccatis nostris propter ineffabilem pietatem & misericordiam suam ignoscit, dum verè nos poenitet vita male acta: dumq; ad eum humiliter conuersi veniam petimus, integra voluntate stantentes, melius deinceps viuere. Neque enim vult mortem peccatoris, sed magis vult, ut conuertatur & viuat.

Et in quacunq; die, inquit, conuersus fuerit impius ab impietate sua, nò nocebit ei impietas eius. Quid hac Dei promissione liberalius? Non ait: Si biennio, si bimestri, si biduo ante mortem conuersus fuerit: sed in quacunq; die conuersus fuerit, in quacunq; die ingemuerit, saluus erit: modo verè rectèq; ingemiscat. Licet igitur insipiens cogitatio tua obmurmuret atque obstrepat, clamitans vitam tuam talem non fuisse, ut sperare debeas te peruenturum ad eternam illam gloriam: responde cum sancta humilitate & pia fiducia: Scio cui credidi: scio me ineffabili charitate adoptatum esse in filium: licet Domino facere quod vult. Vult autem misereri & parcere: vult saluare: quia sic decet eius Clementiam atque Bonitatem. Non multitudo, nò enormitas peccatorum meorum, non miseria quotidiana fragilitatis meae me terrere potest, dum illius Incarnationem, Passionem ac Mortem memoria repeto. Ipse me redemit, ipse sanguinem sudidit: ac moriendo debitum exoluit. In immensum maior est eius Misericordia, quàm sit aut esse possit mea iniquitas. Sacrosancta illius vulnera testantur me esse reconciliatum: si verè me poenitet iniquitatum: si verè eum diligere concupisco. Beata sua brachia in cruce expandit, ut me peccatorem suscipiat atque complectatur:

ego

Zach. 33.

ego inter illa & vivere & mori desidero. Quisquis pius Dei cultor, & orthodoxus Ecclesia Cathol. filius es: eo modo te sub mortem confirmare debes. Si bona voluntatis es, si Deum amare cupis: in eo dives es, licet in te alioqui pauper admodum ac nudus. Potes enim humiliter tibi usurpare ea quae ille pro te fecit ac pertulit. Tibi homo factus, laboravit, ieiunavit, vigilavit & oravit: tibi persecutiones, iniurias, opprobria, ludibria, flagella, dolores & angustias pertulit: tibi sanguinem sudit & animam posuit: tibi resurrexit & in caelum ascendit. Iam si cum tantis Meritis Dei tui, tua atque adeo omnium hominum uniuersa peccata comparaueris, quid erunt? Haec dicuntur, non ut superbe confidas: sed ne humilis factus dissidas.

Iam ostendendum, Mortem non esse malum quiddam: nempe, ut minori cum molestia, alacres ac lubentes eam, cum aduenerit, subeamus egroti.

Ostensio, quod Mors malum non sit: & ideo hominem Deo libenter se resignare, Mortemque alacriter subire debere.

Nulla potest esse incunditas inter has vitae nostrae amaritudines aut dolores: quae vel ex corporis ipsius infirmitate, vel extrinsecus accidentium incommo- ditatae generantur. Anxij enim semper, & ad ipsa latuitia vota suspensi quodam fluctuamus incerto, sperantes dubia pro certis, incommoda pro secundis, caduca pro solidis: nihil habentes potestatis in arbitrio, firmitatis in voto. At si quid contra voluntatem acciderit, perditos nos putamus: plusque aduersorum dolore frangimur, quam secundorum fructu potimur. Esto tamen, manet inoffensus, immunis a doloribus, perpes in voluptatibus vitae cursus humane: quid tamen commodi consequi potest

CAPVT.

XXIII.

Ex Oratione
D. Ambrosij
de Fide Resurrectionis
Vide eiusdem
lib. de Bone
mortis. cap.
1. & seq.

rest anima in istiusmodi corporis conclusa compaginibus,
 & quibusdam membrorum angustiis coartata? Si caro
 nostra carcerem fugit, si detestatur omne quicquid eua-
 gandi facultatem negat, quāto magis anima nostra cor-
 poreum istud euadere gestit ergastulum, quā motu aëreo
 libera nescimus quō vadat, aut unde veniat? Scimus
 tamen quōd corpori superviuat: & ea iam depositis pro-
 prii sensus repagulis expedita, libero cernat obtutu, quā
 ante sita in corpore non videbat. Quod exemplo dor-
 mientium possumus aestimare, quorum animi velut se-
 pulcto quiete corpore, ad altiora se subrigunt, & renun-
 ciant corpori rerum absentium vel etiam celestium vi-
 siones. Ergo si mors carnis & seculi nos absoluat erum-
 nis, utique malum non est: quā libertatem restituit, &
 excludit dolorem: quā erumnarum omnium malorum-
 que perfugium est, & fida statio securitatis, ac portus
 quietis. Nunquid autem in hac vita non experimur ad-
 uersa? Quas non procellas tempestatesq; perpetimur?
 Quibus non exagitamur incommidis? Cuius parcityr
 meritis? Nam & sanctos legimus viros gratia in hoc
 mundo & multa perpeffos, sine suffragatione merito-
 rum, cum erumna laborum. Proinde S. Iob dixit: Per-
 eat dies illa in qua natus sum. Cognouerat, nasci, malo-
 rum omnium esse principium: & ideo idiem qua natus
 est, perire optauit, vt tollereter origo incommodorum: &
 optauit perire diem generationis, vt resurrectionis acci-
 peret. Et Propheta Dauid ait: Notum fac mihi Do-
 mine finem meum, & numerum dierum meorum qui
 est, vt sciam quid desit mihi. Nouerat non posse id quod
 perfectum est, hic comprehendi: & ideo ad ea quæ sunt
 futura properabat. Nunc enim ex parte scimus, & ex
 parte cognoscimus: tunc autem id quod perfectum est,
 poterit comprehendi, cum reuelata facie nobis speculari-
 de ma-

Genes. 28. 37
 2. Reg. 12. 18
 Iob 3.

Psal. 38.

1. Cor. 13.

de maiestatis aternitatisq; diuina cœperit relucere non
 umbra sed veritas. Nemo tamen festinaret ad finem,
 nisi vita istius fugeret incommoditatem. Et ideo idem Psal. 38.
 etiam Propheta quare ad finem festinet, exposuit dicens:
 Ecce veteres posuisti dies meos, & habitudo mea tan-
 quàm nihil ante te: veruntamen vniuersa vanitas om-
 nis homo viuens. Quid igitur videmur fugere? Vani-
 tatem. Aut quid nos delectat in hoc seculo vanè contur-
 bari, thesaurũ pecuniarum condere, & ignorare cui cõ-
 gregemus heredi? Petamus à nobis amoueri plagas, eripi
 nos, & insipienti seculo carere, de peregrinatione diutur-
 na ad illam redire patriam & naturalem domum. 1. Petr. 1.
 In hac enim terra aduene sumus & peregrini: remigran-
 dum eò unde descendimus: ambiendũ & obsecrandum
 non perfunctorie, sed obnixè, vt à dolis & ab iniquitate
 loquacium liberemur. sicut ille prolongatum sum in Psal. 119.
 gemuit incolatum, & cum peccatoribus & iniquis se ha-
 bitare deplorat. In his verò omnibus, cogitemus, quod
 Balaam dixit: Moriatur anima mea in animis iu- Num. 23.
 storum, & fiat semen meum sicut semen iustorum. Verè
 hoc secundum prophetiam optat. Qui enim viderat or-
 tum Christi, vidit eius triumphalem mortem: vidit in
 eo perennem hominum Resurrectionem, & ideo mori non
 timet resurrecturus. Vnius Christi morte mundus re-
 demptus est: Mors eius Vita est omnium. Omnes pro-
 inde qui sacrosancta Ecclesia copulati, Diuini nominis
 appellatione censentur, prerogatiuam resurrectionis, &
 delectationis aeternae gratiam consequentur: quoniam
 veniet ab oriente & occidente, & ab aquilone & austro, Lucæ 11.
 & recumbent in regno Dei. Et ideo beatus qui custodit
 verba prophetia huius, qua nobis resurrectionem eui-
 dentioribus testimoniis reuelauit, dicens: Et vidi mor- Apoc. 10.
 tuos magnos & pusillos stantes ante sedem, & libros ape-
 ruerunt:

F

ruerunt:

ruerunt: & alius liber apertus est, qui est vita, & indicati sunt mortui de scriptis in libris secundum facta sua. Et dedit mare mortuos qui in ipso erant, & inferi dederunt mortuos qui penes se erant. Ne ergo dubites quemadmodum resurgant, quos inferi reuolunt, mare reddat: accipe etiam quomodo promittatur gratia futura iustorum. Et audiui, inquit, vocem magnam de caelo dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum illis erit illorum Deus. Et delebit omnem lacrymam de oculis eorum: & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor ultra erit. Compara nunc, si placeat, atque contende vitam hanc cum illa vita. Elige si potes perpetuam corporis vitam in labore & ruminaq; miserabili tantarum commutationum, votorumq; tadio, fastidio voluptatum. Nonne si Deus ista perpetuare velit, illa diligeres? Nam si per se ipsa vita fugienda est, ut sit molestiarum fuga, requies arumnarum: quanto magis ea requies est expetenda, cui futura Resurrectionis voluptas perpetua succedet: ubi nulla criminum series, nulla illecebra delictorum? Quis in dolore tam patiens, qui non mortem oret? Quis in infirmitate tam constans, ut non optet mori se potius, quam debilem viuere? Quis in moerore tam fortis, ut non desideret eo se vel moriendo defungi? Quod si ipsi nobis dum viuimus displicemus, cum viuendi finem praestitum esse nouerimus: quanto amplius vita nos taderet istius, si sine fine futuros nobis labores huius corporis cerneremus? Quis est igitur, qui se velit mortis exortem? Aut quid grauius immortalitate miserabili? Si in hac vita inquit, in Christo tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: non quod in Christo sperare sit miserum, sed quia Christus sperantibus in se vitam alteram

Apoc. 11.

1 Cor. 15.

alteram preparauerit. Hæc enim peccato obnoxia est, illa premio reseruata. Vide plura lib. II. sequente, cap. I. II. III. XV. Item libro VI. cap. II. & seq.

Quæ verissima & firmiss. Consolatio, in terrore Mortis: & quod præsentissimum Remedium aduersus omnem mortis metum.

Verissima firmissimâq; Consolatio, ac verè Ancora CAPVT
sacra, in omnibus ærumnose huius vite procellis XXIIII.
& miseris, & in ipsa morte, est Doctrina filij Dei D. N.
Iesu Christi. Sic autem dicit: Omne quod dat mihi Pa- Ioan. 6.
ter, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam
foras, quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem
meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim
voluntas eius qui misit me Patris: ut omne quod dedit
mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo
die. Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me:
ut omnis qui videt filium et credit in eum, habeat Vitam
æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et ite- Ioan. 11.
rum: Ego sum Resurrectio & Vita: qui credit in me,
etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & cre-
dit in me, non morietur in æternum. Hanc cælestem Do- Ioan. 1.
ctrinam filius Dei, qui est in sinu Patris, humano generi
proposuit & enarrauit: ac sua Resurrectione, aliorumq;
mortuorum resuscitatione confirmauit. Nam & Ar- Matt. 9,
chisynagogi filiam in lecto mortuam: & vidua filium Luc. 7.
extra portam Naim mortuum iam delatum: Lazarum
Ioan. 11.
verò sepultum, à morte sua voce excitauit: nimirum ut
ostenderet hanc esse efficacissimam & firmiss. Consola-
tionem, qua humana mentes verè in hac acerba morien-
di necessitate sustentari queant, quam hauriunt ex Re-
surrectione mortuorum: cum filius Dei victor mortis, ex
Dan. 12.
Esa. 25.
Apoc. 7. 21.
terra puluere totum genus humanum resuscitabit: et ab
F 2 oculis

oculis sanctorum omnes lachrymas absterget: eorumque tristitiam in letitiam, luctum in cantum, paupertatem in ubertatem, mortem in vitam commutabit. Qua certe consolatione nihil est dulcius, nihil efficacius: nec quicquam inueniri potest, quod hominis Christiani cor in eo potissimum rerum statu, ita feriat, & in intimos animi sinus tam valide penetret, atque hæc: que latissimum omnium miseriarum & calamitatum portum demonstrat. Debent ergo semper in conspectu esse rationes, tanquam presentissimum Remedium morti opponendum, istæ quæ sequuntur, ex Doctrina filij Dei desumptæ: exhibent enim verissimam & firmissimam Consolationem.

I.
Genes. 1.
Sap. 2.
Rom. 5. & 6

Matt. 10.
Iob 14.

Prima est: Omnibus hominibus, propter peccatum, moriendum est. Et, ut nemo casu nascitur, sic nemo casu extinguitur: Deus enim dat & auferit vitam. Et omnia Deo sciente & permittente nobis eueniunt. Vestri, inquit, & capilli capitis omnes numerati sunt. Et S. Iob ait: Breues dies hominis sunt, numerus mensum eius apud te est: constitisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Cum ergo homines omnes morti, Dei iudicio sint subiecti, quod exempla totius generis humani testantur: iniustum fuerit, atque superba impotentisque arrogantia, inequalitatem appetere: & cum nascendi legem susceperis, moriendi necessitatem omnia ad eundem finem reuocantem, subire nolle. Deinde cum Deus repetat suam, hoc est, animam quam dedit: qua impudentia, imò qua insania est, Dei voluntati repugnare: maximè cum is ex innumerabilibus malis, ad celestis gloria quietem nos transferre expetat? Itaque communem sortem lubenti animo ferre, & Deo cum gratiarum actione obtemperare debemus, cum ille iubet nos ex hac lachrymarum valle, è loco miseria, è terra maledictioni obnoxia, demigrare in terram nouam, in locum
volu-

voluptatis, in ciuitatem caelestem, in qua iustitia habitat, in qua mors non inuenietur: ubi neque luctus, neque clamor, neque dolor ullus erit: ubi dabitur corona pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Ubi victor miles illis hymnicis Angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione canticum de canticis Sion: Nobile perpetua caput amplectente Corona.

Secunda: Si vitam nostram piè institueret, aut malè actam deslere, ac pœnitere curauerimus, nihil nobis obesse mors hac naturalis poterit: propter eum, qui per Osée quondam dixit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Hic est D. N. Iesus Christus: per quem victoriam dedit nobis Deus. In morte namque Christi mors mortua est, quia vita mortua occidit mortem: plenitudo vita deglutit mortem: absorpta est mors in Christi corpore. Unde & nos dicemus in Resurrectione, triumphantes & cantantes: Vbi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Gratius tibi Christe tua agimus creatura, quòd tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris, occidisti. Quid ante miserius homine, qui eterna mortis terrore prostratus, viuendi sensum ad hoc tantum acceperat, ut periret? Sed flammea illa romphea custos paradisi, & presidentia foribus Cherubim, Christi restincta & reserata sunt sanguine. Quia ergo Deus filium suum unigenitum misit in hunc mundum, ut pro nobis moreretur, & mortis acerbitatem mitigaret: mors que prius erat transitus ad infernum, Christi gratia iam porro aditus est ad cali regnum: & qua olim initium fuerat eternorum cruciatuum, nunc accessus est ad fruitionem caelestium gaudiorum.

Tertia: Ex diuinis literis certissimum est, quòd Anima piorum in morte non extinguuntur cum corporibus,

F 3 sed

1. Petr. 3.
Apoc. 21.
Esa. 61.
August. Medit. cap. 27.
Psalm. 136.

II.

Osée 13.
1. Cor. 15.
August.
Tract. 12. in Ioannem.
Hieron in Epitaphio Nepotia.

III.

Esa. 57.
Genes. 25. 35
& 49.
Ex. 3. 3.
Matt. 22.

sed colliguntur & apponuntur ad populum suum. Sicut de Abrahamo scribitur: Congregatus est ad populum suum. Eadem de Isaac & Iacob leguntur. de quibus Dominus dicit: Ego sum Deus Abrahamæ, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Non est autem Deus mortuorum, sed viventium: omnes ergo illi viuunt. Itaq; piorum hominum Anima, etiam si nobis euanescere videantur, tamen non pereunt, sed induta stolis albis, quæ sunt imago latitiæ & immortalitatis: & palmas tenentes manibus suis, quæ victoriam ostendunt: adstant ante thronum in conspectu Agni, Deumq; lata & grata voce celebrant. Si igitur sollicitus es de Anima charissimi patris vel matris, aut coniugis, filij, filie, fratris, sororis, vel cuiuscunque propinqui aut amici, qui pie obiit: an sit amplius: ubi sit: & quid agat: scies eam non extinctam esse cum corpore, sed viuam & exultantem in conspectu Dei delectari in letitia: ac tanta quidem, ut non rediret ad hanc vitam, etiamsi totius orbis terrarum principatum posset obtinere. Idem etiam te gaudium excipiet, eadem tu quoque perfrueris latitiæ: si in timore Dei te continueris: & in Fide, Spe, & Charitate hinc migraueris.

Apoc. 7.

Psalm. 67.

Eccles. 27.

IIII.

Quarta: Non tantum anima post mortem superstes manet, sed Corpus etiam ex puluere terræ resuscitatum suæ Anima dulcissima hospiti coniungetur: ut semper cum Domino viuat. Cuius resuscitationis & resurrectionis modum S. Paulus docet 1. Cor. xv. & 1. Thes. IIII. Feras igitur patienter & constanti animo crucem tibi impositam à Deo: ipse te & omnes homines post modicum temporis ex terræ puluere excitabit: ut liber ab omni dolore, luctu, lachrymis, coelestibus spiritibus coniungaris: ubi non tabescas nec putrescas amplius, nec ultra timebis malum: sed letaberis & delectaberis gaudio, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis

Iob 5.
Esa. 64.
1. Cor. 2.

minis ascendit. Hinc Apostolus Paul. scribit: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod adificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, eternam in calis.

2. Cor. 5.

Quinta: Vehementer animare nos debet & consolari Auxilium IESU CHRISTI: qui infirmitates nostras accepit, & agrotationes nostras portauit. Cuius tanta est potentia, ut facile eos curare possit, de quorum salute spes nulla relinquitur: bonitas tanta, ut quos hinc migrare velit, nunquam deserere possit. Ideo dixerat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Et S. Stephano, cum lapidaretur, calis apertis ostensus est stans a dextris virtutis Dei: nempe ut nos quoque illuc oculos & animum sustollamus, praesidiumq; certissime adfuturum expectemus. Qui ideo etiam participauit carni & sanguini, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Proinde si Christus victor est mortis: utique & suos in ipsa morte sustinebit, misertus infirmitatis humanae, quam ipse quoque portare dignatus est.

V.
Math. 8.

Math. 28.

Act. 7.

Hebr. 2.

Mortem Christianis ex aqua & Spiritu sancto renatis, & Christi cruce ac passione redemptis, non debere esse formidabilem, S. Cypriani Consolatio.

Sermone de
Mortalitate.

MOri timeat, qui ex aqua & Spiritu sancto renatus non est: qui non Christi cruce & passione censeatur. Mors Iudeis & gentibus, & Christi hostibus pestis est. Dei autem seruis salutaris excessus est. Qui ergo spe viuimus, & in Deum credimus, & Christum pro nobis passum esse, & resurrexisse, confidimus, in ipso

CAPVT
XXV.

E 4

manentes,

manentes, & per ipsum, atque in ipso resurgentes, quid ipsi recedere istinc de seculo nolumus: aut nostros recedentes quasi perditos plangimus ac dolemus? ipso Christo Domino & Deo nostro monente & dicente: Ego sum Resurrectio & Vita: qui credit in me, licet moriatur, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in eternum. Si in Christum credimus, fidem verbis eius & promissis habeamus: & non morituri in eternum, ad Christum, cum quo victuri & regnaturi semper sumus, leta securitate veniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur: nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire: non est exitus iste, sed transitus: & temporali itinere decurso ad aeterna transgressus. Quis non ad meliora festinet? Quis non mutari & reformari ad Christi speciem, & ad caelestis gratiae dignitatem venire citius exoptet? Paulo Apostolo predicante: Nostra autem conuersatio in caelis est: unde & Dominum expectamus Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae. Tales nos futuros, & Christus Dominus pollicetur: quando, ut cum illo simus, & cum illo in aeternis sedibus viuamus, atque in regnis caelestibus gaudeamus, Patrem pro nobis precatur, dicens: Pater, quos mihi dedisti, volo ut ubi fuero, & ipsi sint mecum: & videant claritatem, quam mihi dedisti, priusquam mundus fieret.

Quis optimus moriendi modus.

CAPVT.
XXVI.

Esa. 32.

Optime moritur, qui in Fide, Spe, & Charitate moritur. His enim tribus comparatur recta illa constitutio, & hilaris ac bona spe perfusa animi aequitas. Hinc Esaias de pulchritudine pacis, de tabernaculis fiducia, & requie opulenta concionatur. Hinc David

Rex

Rex ait: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Et iterum: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Item Simeon: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Et S. Paulus desiderat dissolui, & mori inter lucra supputat. Quod ergo per omnem vitam meditandum atque exercendum est, id in morte vel maxime prestandum. Excitanda proinde omnibus modis Fides, fulcienda Spes, accendenda Charitas: vt de Scripturis sanctis nihil hesitantes, nullis corporalium passionum procellis fracti, nullis demonum prestigiis circumuenti: sed contra potius impenetrabili scuto Fidei, inuicti animi robore, excluso mortis pauore, & extinctis ignitis Satanae iaculis, procul ab omnibus terrenis affectibus, ad caelestis vitae desiderium erecti, cum certa Resurrectionis spe, cum plena de Misericordia Dei, de Meritis Iesu Christi D. N. deq; gratia Spiritus sancti fiducia, leta securitate obdormiamus in Domino: eiusdem Christi IESV opem assidue implorantes, atque in Dei manibus animas nostras commendantes. Sic S. Stephanus dum lapidibus extinguitur, inlamar: DOMINE IESV, suscipe spiritum meum: vt & nos, cum anima nostra deficit, & à corporis compage diuellitur; nobis diffisi, Christo maxime confisi, eam DIVINÆ committamus FIDEI, & permittamus POTESTATI.

Psal. 4.
Psal. 41.

Luc. 1.

Philip. 1.

Ephes. 6.

Act. 7.

90
LIBER SECVNDVS

SIVE

CAVSÆ POTIORES,
QVR MORS AMARA ET
formidabilis: & contra eas Con-
solationes.

De Vitæ præsentis Dulcedine.

CAUSA I.
CAP. I.



ORVM, que mortem maximè fa-
ciunt amarā & formidabilem, pri-
mum est, DVLCEDO VITÆ PRÆSEN-
TIS, Etenim non est arctior copula, quā
corporis & animæ: ac proinde non est
afflictio maior, & quæ vehementius
pungat, quā Mors: quæ coniunctissima diuidit, nempe
Corpus & Animam. Vnde enim Mors, nisi ex separa-
tione Animæ & Corporis? Unde autem separatio hæc
nisi ex flagellis præsentibus, ex ipsius corporis corruptio-
ne, ex pœna peccati? Merito ergo timet & odit flagellum
caro nostra, quod ab ipsius animæ tam delectabili hono-
rabilique consortio, amarum nimis diuortium patiatur.
Ceterum interim quidem, donec renouetur, velit nolit,
sustineat illud necesse est, Proinde aduersus perniciosam
præsentis Vitæ dulcedinem, cogitare debemus, quantis
amaritudinibus & doloribus referta sit misera hæc &
caduca Vita, Mors potius dicenda quā Vita: utpote,
in qua momentis singulis morimur, per varios mutabi-
litate defectus: diuersis generibus mortis. Mors vitalis,
& Vita mortalis, (ait D. Augustinus) quæ, licet sit
respersa amaritudinibus, proh dolor, quā plurimos
fuit

Bernard.
serm. 10. in
Psalm. Qui
hab.

Lib. Medi-
tation. cap.
21.

suis capit illecebris: & quam multos suis falsis promissionibus decipit. Et cum ita per se sit falsa & amara, ut etiam suos cecos amatores latere non valeat, tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice, quem in manu habet, potat & prorsus inebriat. *Apoc. 17.* *Felices illi, & ipsi rari, qui familiaritatem eius recusant, &c. O tu Vita, quam preparavit Deus his, qui diligunt ipsum: vita vitalis, vita beata, vita secura, vita ignara mortis, nescia tristitia. Ideo quidam sancti & sapientes viri longevitatem peregrinationis huius ingemiscabant, dissolvi & cum Christo esse pulchrius aestimantes: sicut Apostolus Paulus ait, Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Coartor autem è duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et David *Psal. 141.* Rex ait: Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.*

Quid autem corporis nostri status, erectus & spectans in celum, tanquam in patriam: nonne animam in hanc vitam veluti in peregrinationem, aut potius exilium, à Deo egressam demonstrat? In quo quam multa perferat gratia, iniqua, laboriosa, acerba: quis est, vel communem sensum habens, qui ignorare queat? Ut non iniuria philosophorum quidam Corpus hoc Vincula & Carcerem animi appellauerint. In illa autem caelesti patria, quieta omnia, pulcherrima, beatissima erunt, plusquam possumus non eloqui modo, verumetiam optare. Illuc capit anima reverti, & suspirat & clamat: quò si perueniat, expletur desiderium eius: nec potest aliter. Quamobrem si quis secum animo reputaverit, quam calamitosa sit hac nostra omnis vita: quot periculis, quot morbis, quot casibus, quot curis, quot incommodis sit obnoxia: utique sibi gratulabitur, cum Dominus eum hinc aufer-

Ambros. de Bono mortis. cap. 2. Philip. 1.

Ioan. Lud. Viues. de Veritate fidei Christi. lib. 1.

De Bono mortis cap. 2.

auferre vult. Quem enim sana mentis, ait Ambrosius, voluptate corporis, & delectatione vite huius capi posse credemus, & cursus huius consummationem recusare, in quo plus amaritudinis inest, quam voluptatis? Igitur Mors, si maximè misera esset: tamen oporteret boni consulere, quod nulla via corrigi potest. Rursum, si totum extingueret hominem, equius tamen ferenda esset, quod tot vite huius calamitatibus finem imponat. Nunc verò, cum haud dubiè pias animas ex huius vite procellis ad immortalitatis portum transmittat: ac ne pilum quidem hominis perimat, quippe corporibus ad immortalitatem quoque reuocandis: an non magis exultare quam lugere, properare quam detrectare, conuenit, dum ex hoc turbulentissimo pelago huius mundi in tranquillam illam immortalitatis stationem mors transuehere incipit? Itaque rebus visibilibus non delectemur, neque presentibus acquiescamus: sed contra, contemnamus ea que videntur, tanquam caduca: queramus que verè, que semper sunt: atque alterius Vita desiderio exastuemus. Propterea namque Deus laboriosam naturaliter vitam nostram & grauem constituit, ut presenti tribulatione compulsi, futurorum desiderium capiamus.

Chryf. Homil. 6. ad pop. Antioch.

His omnibus adde, quòd itidem obnoxia sit hæc vita perpetuis peccandi periculis: in qua cum Carne, Mundo & Satana, hostibus trunculentissimis, quotidie dimicandum sit: à quibus indefinenter oppugnati, heu sæpè nimium superamur ac prosternimur. Ita fit, ut nullus ferè dies sine nostro peccato transeat: & qui maior est aetate, maior quoque sit iniquitate. Inde est, quod Iacob Patriarcha ad Regem Pharaonem dixit: Dies peregrinationis vite meae centum triginta annorum sunt, parui & mali. Peregrinationem dixit Vitam hominum: quia dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: &

Genes. 47.

2. Cor. 5.

no: & dies malos nominavit, quoniam accessu dierum nobis, ut miseriarum & aduersitatum, ita & malitia incrementa cumulantur.

Quocirca, ut quàm diutissimè viuamus, rarò tamen existimus meliores: nec aliud ex alio peccare desistimus, nisi mortis beneficio. Qui autem mortuus est, ait Apostolus Paulus, iustificatus est à peccato. Et ideo exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per D. N. Iesum Christum. Optanda igitur Mors: quæ ut vita, sic & peccato, & omnibus denique calamitatibus, quibus hac vita plena est, finem imponit: & ad perfectum æterna Beatitudinis statum perducit.

Iam verò, ut detur alicui homini longissimam viuere vitam, totamque ætatem absque ullo mœrore ac dolore, prosperrimo rerum successu peragere: quid tandem magni assecutus fuerit, cùm semel tamen moriendum sit? Infallibile quippe est, quod scriptum est: Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium, quando cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Et maximus annorũ numerus, imò autem totum hoc humani generis æuum, nonne tanquàm momentũ in conspectu Dei reputabitur?

Quoniam mille anni ante oculos eius, tanquàm dies hesternæ quæ præterijt. Syracides scribit, numerum dierum hominum, ut multum, centum esse annos: nec quenquam prospicere posse articulum temporis, quo moriturus est. Et sicut gutta est ad immensas aquas maris, & calculus siue exiguum granulum ad arenas vniuersas: ita esse annos hominum ad æternitatem collatos. Proinde anni illi, quos Mathusalem vixisse legimus, numero quidem plurimi, sed ad æternitatem collati, ut guttula aquæ ad totum mare, & calculus arena ad vniuersum mundum, reuera sunt.

Rom. 6. & 7.

Heb. 9.
Eccles. 12.Psal. 89.
2. Pet. 3.
Eccles. 18.

Genes. 9.

Aduersus vitæ præsentis Dulcedinem : Testimonia
S. Scripturæ.CAP. II.
Iob 7.

S. Iob. Militia est, inquit, vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij, dies eius. Sicut seruus desiderat umbram: & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam: Quando consurgam? Et rursus expectabo vesperam: & replebor doloribus vsque ad tenebras.

Iob 14.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.

Psal. 39.

Dauid Rex & Propheta. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miserie, & de luto fecis.

Psal. 114.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione vinorum.

Eccles. 2.

Salomon Rex. Cuncti dies hominis doloribus & arumnis pleni sunt.

Eccles. 40.

Sirach. Occupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eoru, vsque in diem sepulture in matrem omniu.

Esa. 24.

Esaïas Propheta. Formido & fovea, & laqueus super te, qui habitator es terre.

Ex nouo Testamento.

Rom. 7.

Paulus Apostolus. Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum hoc ago. &c. Infœ-

lix

lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quacunque vultis illa faciatis. Gal. 5.

Confortamini in Domino, & in potētia virtutis eius. Ephes. 6.
Induite vos armaturam Dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in caelestibus.

Petrus Apostolus. Charissimi obsecro vos tāquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, qua militant aduersus animam. 1. Pet. 2.

Pia D. Cypriani Episcopi & Martyris Admonitio.

Meminisse debemus voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere: secundum quod nos Deus CAPVT III.
quotidie iussit orare. Quam præposterum est, quamq̃ peruersum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus, quando euocat nos & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & pernicacium more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia & mærore perducimur, ex-euntes istinc necessitatis vinculo, nō obsequio voluntatis: & volumus ab eo premiis caelestibus honorari, ad quem venimus inuiti? Quid ergo rogamus & petimus, ut adueniat regnum calorum, si captiuitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & petimus, ut acceleret dies Regni, si maiora desideria & vota potiora sunt, seruire istic diabolo, quàm regnare cum Christo? Potius mente integra, fide firma, virtute robusta, parati ad omnem voluntatem Dei simus: pauore mortis excluso, immortalitatem, qua sequitur, cogitemus. Hoc

nos ostendamus esse quod credimus: ut neque charorum lugeamus excessum, & cum accersitionis propria dies venerit, incunctanter & libenter ad Dominum ipso vocante, veniamus. Quod cum semper fuerit faciendum Dei seruis, nunc fieri multo magis debet, corrue[n]te iam mundo, & malorum infestantium turbinibus obsesso. Considerandum est, & identidem cogitandum, renuciass[e] nos mundo: & tanquam hospites & peregrinos hic interim degere. Quis non peregre constitutus properet in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans, ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens & copiosa nos turba desiderat, iam de sua incolumitate securus, & adhuc de nostra sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune letitia est? qualis illic caelestium regnorum voluptas, sine timore moriendi, & cum aeternitate viuendi? quam summa & perpetua felicitas?

De Rerum temporalium seu terrenarum Amore.

CAUSA
II.
CAPVT
I III.

Eccl. 41.

Alterum, quod mortem amarum facit & ingraturam, AMOR EST RERVM TEMPORALIVM, seu TERRENARVM. Nam morte ingruente, in mentem veniunt pulcherrima mundi vernantis species, agri feraces, magnifica ades, horti amoeni, montes vitibus constiti, vestes pretiosa, vasa tum aurea, tum argentea, gemmae, lusus & conuiuia. Vnde in Ecclesiastico dicitur: O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: viro quieto, & cuius via directa sunt in omnibus.

Sed Deus condidit nos prae ditis mente, qua bestiae praestemus: ut quibus caelestis est origo, in ima haec non respi-

respiciamus: neue animos sursum suapte natura sublatis, terrenarum concupiscentiarum mole deprimamus: sed oculos in umbras rerum temporalium clausos, ad vera autem & eterna bona apertos habeamus: & omnium rerum humanarum obliti, cunctisq; que sunt in terra superiores effecti, in calis versemur cogitatione pariter & affectu.

Et Viatores sumus in hoc mundo, non habitatores: in diuersis & tabernaculis peregrinamur, non in patria viuimus: ac tota hac vita nihil aliud est, quam cursus ad mortem. Quemadmodum ergo qui domi non agunt, sed peregrinantur, si quid in diuersis aut in via commodi sese obtulerit, non adiciunt animum, quippe mox relicturni quod delectat: si quid incommodi, facile perferunt: ita nos compositos esse decet, & non aliter que sunt huic vite utilia sumere, quam qua via, necessarium videlicet usum: reliqua vel pratermittenda omnino, vel neglectim possidenda: ut in domum quidem admittas, non in animum: nec sic implicemur atque irretiamur, ut a recta nos via, & a cura reuersionis in patriam abducant.

Quamobrem, ut animus rebus hisce caducis et fluxis nimis affixus, ab earundem amore abducatur: & ad hereditatem illam celestem, incorruptibilem & immarcescibilem, conseruatam in calis, sustollatur: cogitandum, maxime dum sani sumus, quantum adferant curarum & molestiarum opes: que nimirum ne nocte quidem quiescere possessores suos sinunt. Vnde & Socrates, aliiq; philosophi inueniuntur eas, non modo ut inanes & vanas, verumetiam perniciosas & nocituras respuisse. Cum hac serio expenderit sani, fiet ut minus grauatum eas relinquamus agroti.

Ad hac considerandum, quam multis casibus sint

G obno-

1. Timot. 6.
Chryftho
m l. 2. ad
pop. Antioch.

obnoxia: nam frequenter incendiis, sepe bellis, non raro aquarum inundationibus & naufragiis: sed & furum insidiis, & latronum impetu, vita manente incolumi, tolluntur diripiunturque. Ideo Apostolus Paulus, incertas dixit esse diuitias. Diuitibus, inquit, huius seculi praecepe: non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum: sed in Deo uiuo. Presentis seculi diuites appellauit: ut discamus, quod cum presenti vita, & copia pariter dissoluatur: non procedit ulterius, non simul migrat cum possessoribus migrantibus, sed ipsos sapius & ante finem deserit. Sapius enim una hora, & breui temporis momento, velut vento supernè irruente iactabilis puluis, sic ex domo exussantur. Et ut horum nihil fiat: tamen,

Ecce repentina modicæq; occasio febris,

Dissoluit toto quacunque parauimus auro.

Lucæ 11.

Huc pertinet, quod apud Lucam diues ille ait: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. En velut in tabula depictum gloriantem in diuitiis hominè: sed nunquid vere gloriantè? Minimè, Sequitur enim: Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: qua autem paraasti, cuius erunt? Si hac pictura ante oculos sæpè versaretur, certè abduceret animos nostros à spe, quam ex incertis & falsis diuitiis concepimus.

Basilii
Mag in ope-
re Hexa-
congress. 5.

Quod autem de diuitiis dictum est, idem de amicorum copia, sanguine propinquorum, Magistratu, & ciuili aliqua potestate, vel etiam honoribus, ac quibusuis dignitatibus sentiendum est. Quid enim post hac quaeso? Nox una, febriculaq; una, dolor lateris, aut pulmonis vitium, abreptum ab hominibus abducens hominem, vniuersam scenam subito denudat ac dissoluit: gloriaq; illa veluti somnium statim euannit. Quare gloria similitudo

litudo ad debilissimum exiguumq; florem accommodatissime à propheta Esaia videtur esse extructa. Omnis caro, inquit, fœnum est: omnisq; gloria hominis veluti fœni flos est. Ob hanc causam propheta David nobis tanquam præco quispiam inclamat, graves corde appellans, ac mendacium diligentes: hortaturq;, ne rebus ijs que in oculos cadunt, animum nostrum magnopere adiungamus: nec frumenti solum ac vini satietate omnem vitam huius beatitudinem metiamur, dicens: Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Quod, inquit, tanto affectu, tantoque studio sectamini hæc, que sub celo sunt: que reuera aliud non sunt, quam mera vanitas: quam vapor fumi: aut aura tenuis, que euanescit? Vt aptius dici possint vanitas ipsa, quam vana. Que quietem, satietatem & sclicitatem quandam promittunt amanti: sed fallunt, & sunt verè mendaciae quippe que, vt sunt instabilia & momentanea, & tanquam omnino nihil: ita suis possessoribus in hac vita, neque sclicitatem, neque satietatem, neque quietem adferunt, sed multam inquietudinem & molestiam: suis etiam blanditijs homines passim seducentes ad eterne damnationis interitum. Et in alio Psalmo impios, eorumq; sclicitatem, quam illi in fluxis mundi rebus constituuunt, tanquam somnium hominis dicit expergiscientis: quod cum sit inane, tamen dormientem falso delectat. Velut somnium, inquit, surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Primo somnium, deinde imaginem appellat mundi vanitatem: opes, potentiam, existimationem, generis splendorem: quas res, vt imaginem quandam insipientes homines in corde suo depingunt: quibus unice delectantur: quas iuaniter sculptas in animo intuentur: cum nihil a-

Esa 40.
Psal. 4.

Psal. 71.

Sap. 5.

Eccles. 1.

Psal. 16.

Psal. 72.

Psal. 141.

Psal. 23.

Abraham
vocat De-
minum
Deum ex-
cellum POS-
SESSOREM
caeli & terræ.
Genesis cap.
XIIII.
Exod. 23.
Leuit. 24.
Deut. 26.

aliud sint, quam umbra quadam & imagines fallaces: de quibus dicitur in libro Sapientia: Transferunt omnia illa sicut umbra. Salomon quoque ait, ipsa se rerum experientia comperisse, omnia qua sub sole sunt, vana seu inania esse, & fallacia: hoc est, primo aspectu animo quidem applaudere: sed postea frustrari. Quare idem propheta David, etiamsi Rex esset, & nihil earum rerum deesse posset, qua ad beatam in terris vitam facere viderentur: tamen huius mundi bona animum eius explere nequibant, futura vitæ desiderium habentis. Satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. Quid enim mihi est in calo: & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Insuper & hoc cogitandum, quòd aliena sint diuitia ac commendatitia, non nobis propria: quarum villici sumus, vel œconomi, non domini: quas, cum administrationis tempus fuerit exactum, aliis relinquere oportet dispensandas: id quod Cæsares omnes Reges & Principes facere oportuit quamlibet potentes & opulentos. Nam Deus creauit calum & terram: & sicut David propheta ait, Domini est terra, & plenitudo eius: iure igitur Dominus est cali & terræ, & verè proprietarius: quicumque autem terram inhabitant, eius tanquam coloni sunt. Ac ne homines suis laboribus & vomeribus eius fecunditatem tribuerent, nil terra absque cali rore & imbre proferre solet. Propter quod Deus sibi à suis frugum primitias consecrari voluit: quibus se colonos, ipsum verò Dominum profiterentur. Itaque in his temporariis non debemus conquiescere, tanquam propriis perpetuisque bonis: nec ea a quo tantum animo, verum & cum gratiarum actione deponere, ac possessione cedere, quo-

tie seu
Pos
hemen
terre
dere op
solus p
homin
villici
fructu
ration
parab
ferte n
nis &
sed om
mo iuc
Tunc
Redde
cupim
nem al
nostra
merito

Ac

S. I
& nud
David
Dori
nes vir
Salom
Van
nibus v
nere sub

neſcunq̄ue repetit is qui dedit.

Postremo expendendum est & illud, quod etiam uehementius nos mouere debet: nempe, quod & de rerum terrenarum administratione & usu rationem Deo reddere oportebit. Etenim cum Deus, ut ante dictum est, Genef. 13. solus proprietarius sit, solus Dominus tribuens omnia: homines omnino omnes, quo gradu tandem y sint, coloni, villici, ministri: manifestum est, quod quò ampliores quis fructus, ac diutius perceperit, eo maiorem & ampliorem rationem reddere teneatur. Hoc quoque dilucide docet parabola illa Luca xvi. de diuite & dispensatore. Diserte namque adfirmat, neminem, cuiuscunque conditionis & dignitatis, suarum facultatum esse Dominum, sed omnes homines dispensatores esse Dei; cui in extremo iudicio accuratam reddere rationem, necesse erit. Tunc enim unusquisque audiet hanc vocem filij Dei: Redde rationem villicationis tue. Proinde si recte ys frui cupimus: non grauatim earundem usum & dispensationem alijs, Deo sic volente, concedemus: sin eas ad carnis nostrae desideria adimplenda amplius possidere optamus, merito tremendum Dei Iudicium formidabimus.

Aduersus mundi Vanitatem, S. Scripturæ
Sententiæ.

CAPVT

v.

Iob 1.

Psalm. 61.

Psalm. 75.

Prouerb. 11.

Eccl. 1. 2.

Sap. 5.

S. Iob. Nudus egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc.

Dauid Rex. Diuitia si affluant, nolite cor apponere.

Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Salomon Rex. Qui confidit in diuitiis suis, corruet.

Vanitas vanitatum: & omnia vanitas. Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi: & nihil permanere sub sole. Sic dicent impij in inferno gementes: Quid nobis

102 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA II.
nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid
contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam umbra.

Ex nouo Testamento.

Math. 6. IESVS CHRISTVS D. N. Nolite, inquit, thesaurizare
vobis thesauros in terra: vbi erugo & tinea demolitur,
& vbi fures effodiunt & furantur. Theaurizate autem
vobis thesauros in caelo: vbi neque erugo, neque tinea
demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur.

Luc. 12. Videte & caute ab omni auaritia: quia non in abun-
dantia cuiusquam vita eius est ex his qua possidet. Di-
xit autem similitudinem: Hominis cuiusdam diuitis
vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens:
Quid faciam: quia non habeo, quò congregem fructus
meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruam horrea mea, &
maiora faciam: & illuc congregabo omnia qua nata sunt
mibi, & bona mea: & dicam anima mea: Anima, ha-
bes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, com-
ede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac no-
te animam tuam repetunt à te: qua autem paraasti, cu-
ius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in
Deum diues.

1. Cor. 7. S. Paulus. Tempus breue est: reliquum est, vt & qui
habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent,
tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non
gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: &
qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. prae-
rit enim figura huius mundi.

1. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium,
quòd nec auferre quid possumus. Habentes autem ali-
menta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam
qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & la-
queum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua,
que

que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

Divitis huius seculi precipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

Fide Abraham demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Expectabant enim fundamenta habentem civitatem: cuius artifex & conditor, Deus, &c. Confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Heb. 11.

S. Iacobus. Agite nunc divites, plorate, ululantes in miseriis vestris que advenient vobis. Divitia vestra putrefacta sunt: & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum eruginavit: & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Iac. 5.

S. Iohannes. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Et mundus transit, & concupiscentia eius. 1. Ioh. 2.

Ad idem. D. Ioan. Chrysofomi Admonitio.

Chrif. hom.
12. in Ioan.
nem.

Futura igitur quotidie Regna queramus: omniaque presentia, umbras esse prorsus et somnia, indicemus. Neque si Rex terrenus aliquis assumens te pauperem ac mendicum, repente sibi adoptaret in filium, tu iam ad tugurii tui respiceres vilitatem: & certe non grandi hac discrimine separantur: ita nunc igitur nihil presentium putes esse pretiosum. Longe quippe maiora sunt, ad que vocatus es capessenda. Qui enim

CAPVT
VI.

G 4 vocat,

vocat, Dominus angelorum est: ea verò qua conferentur bona, & explicationem sermonis, & cogitationem mentis excedunt. Non enim te à terra trāsponit in terram, vt terrenus iste Rex: sed à terra extollit in calum, & à mortali ad immortalem profectò naturam, atque ineffabilem gloriam: qua tūc solummodo cernenda à nobis erit, quando etiam possidenda. Tancorum igitur particeps futurorum bonorum, noli auri argentiq; curis onerare mentem: ceterisq; huiusmodi umbris atque imaginibus illudere. An fortè non putas omnia ista qua cernimus, comparatione celestis Regni, medicorum paniculis esse viliora?

Conc. 1. de
Dione &
Lazaro.

Eiusdem D. Ioan. Chrystostomi ad contemptum rerum mundanarum, ab exemplo diuitis epulonis, Exhortatio.

CAPVT.
VII.

MOrtuus est autem diues & sepultus. Hic mihi considera mensas argento circumtectas, lectos, tapetia, ornamenta, qua tota in domo sunt omnia, ungueta, aromata, vini meri copiā, eduliorū varietates, ciborum delicias, coquos, adulatores, stipatores, famulos, ac reliquam vniuersam pompam strepitumq; extinctum marcidumq; factum. Vbiq; cinis, vbiq; fanilla & puluis, lamenta & luctus, nemine succurrente, neq; semel egresam animam postea renocante. Tunc declarauit, quid possit aurum: quid possint copiose diuitia. Siquidem eam frequenti famulitio nudus abductus est & solus, nihil ex tanta beneficentia secum ferre valēs: sed desertus, indefensus & neglectus: nullus eorum qui prius auxiliabantur aderat erepturus à pœna & supplicio: sed ab omnibus illis diuisus, solus in se recepit, vt illa non ferenda supplicia sustineret. Verè omnis caro scētū: & omnis gloria hominis tamquā flos graminis: exaruit gramē, & flos

Esa. 49.

& flos decidit: sed verbum Domini manet in aeternum. Venit mors, & extincta sunt illa omnia: perinde quasi in somnis vniuersis illis delirijs fruitus fuisset. Ac post haec supplex factus est diues pauperi: atq; nūc illius eger mēsa, qui dudū esuriebat: illius, qui canum rostris obiectus iacebat. Ita res commutata sunt: vniuersi cognouerunt, vter fuerit diues, vter pauper: quodq; Lazarus quidem omnium fuerit opulentissimus, ille contra omnium pauperrimus. Quemadmodum enim actores in scaena regū ac ducum personas, item mendicorum assumentes ingrediuntur, cum ipsi nihil horum sint: sic sane & in praesenti vita, paupertas & diuitia nihil aliud sunt quam personae. Quemadmodum igitur instante vespere, digressifque qui confederant, vbi fuerint a theatro egressi, habitumq; fabulae deposuerint: qui prius reges & duces videbantur, post apparet id quod sunt: ita sane et nunc, postquam mors aduenerit, theatrumq; dimissum fuerit, cū diuitiarum paupertatisq; personas deposuerint, omnes illic profecti, atque ex solis operibus iudicati, declarant qui vere sint diuites, qui vere pauperes: qui honorati & qui humiles. Itaq; frequenter fit, ut qui hic in diuitum numero fuerit, illic reperiatur omnium pauperrimus: id quod accidit huic diuiti. Nam simul atque incubuerat vespere, hoc est, mors: eaq; praesentis vita theatro egressus est, personamq; deposuit, visus est illic omnium esse pauperrimus: adeo vero pauper, ut ne guttam quidem aquae haberet in sua potestate.

De Amore in coniugem & liberos, aliosque propinquos: & Cura pauperum pro coniuge, & pupil-
lis egenis.

CAUSA
III.

Quin & mortis amaritudinem vehementer auget
coniuux & liberi, ceteriq; propinqui & necessary:
quos

CAPVT.
VIII.

quos deserere durum est & amarum valde. Neque enim ita ullo pacto hominis animum afficere & commovere possunt quacunque res terrena. uti coniunx, liberi, & alij propinqui. In coniugio nanque duo sunt in carne una: & parentum pectoribus naturaliter indita est erga liberos dilectio: similiter & in sanguine iunctis, peculiaris quadam natura vis deprehenditur. Sed maxime pungunt isti aculei mortis eos, qui fortuna sunt tenuioris: quos in sudore vultus panem, quo coniugem et liberos honeste educare et sustentare queant, quarere oportet. Hos, cum hinc discedendum est, perquam vehementer torquet uxoris solitudo, et orbitas egestasque liberorum.

Deut. 31.

In his tentationibus cogitandum est, quid dicat Scriptura: Qui dixit patri suo & matri sua, Nescia vos: et fratribus suis, Ignoro illos, et nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum Domine, & pactum tuum seruauerunt. Et Christus dicit: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non me est dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

Math. 10.

Lucæ 14.

Et rursus: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et ad pauperes dicit Dominus Deus: Relinque pupillos tuos, ego faciam eos viuere: & vidua tue in me sperabunt. Ipse sanè pater orphanorum est, & iudex viduarum: propinquus fortis paruulorum et pupillorum. Itaque qui ea cura angeris, primùm quidem te ipsum maxima fiducia voluntati Dei trade: deinde etiam certa de Deo patre omnium spe concepta, eius tutela coniugem et liberos committe. Nam cum naturaliter solliciti sint parentes pro suis liberis, ille utique affectus nos de Dei

Jerem. 49.

Psalm. 67.

Prouerb. 23.

de Dei bonitate & benignitate commonefacere debet: cui de nobis, suis iam per fidem et adoptionis gratiam filiis, curam esse, & necessaria subministrare, et S. docent litera, & exempla testantur. David Rex non cogitabat secum, Habeo regnum florentissimum, diuitias ingentes, fideles amicos: ergo nihil mihi deesse poterit: sed, Dominus, inquit, regit me, & nihil mihi deerit. Ita singuli fiduciam nostram collocemus, non in diuitiis, non in amicorum beneuolentia, aut industria nostra, sed in Pastore & Rectore Domino Deo: qui facile relictam uiduam unã cum liberis, quantumuis multis, nutrire uult & potest. Potest, quoniam omnipotens est, et dat escam omni carni: uult, quia benignus est, cui cura est de nobis, teste eodem rege: qui ob id audenter dixit, Dominus sollicitus est mei. Plura Exempla paulo post ponemus.

Psal. 286.

Psal. 135.
Psal. 14.
1 Petr. 5.
Psal. 39.

Ab aeterna Vita, in qua pij cum S. Angelis, & Electis omnibus exultantes, mutuò se agniture sunt, Consolatio.

VT aduersum Mortis duritiam, et crudelissimam necessitatem hoc solatio erigimur, quòd nobis dilectos non amisimus sed premisimus, breui uisuri eos, quos dolemus absentes: ita maximam adferi Consolationem, si ab hac uita in meliorem excessuri, cogitemus non emigrare, sed emigrare: & mutare amicos, non relinquere. Nam faelix ille beatorum spirituum ac piorum hominum conuentus, quantam singulis pariet voluptatem, quis enarrare sufficiet? Et unum quidem Angelum aliquando sub hominis tamen figura conspexisse, magni miraculi loco habetur: sed quanti erit aestimandum, non in aliena, sed propria imagine, nec unum aut alterum, sed multa Angelorum millia uidere? Millia millium mi-

CAP. IX.

August. Epist. 6. ad Italicam.
Hieron ad Marcellam: & in Epitaph. Nepotiani.

Dan. 7.

nustra-

nistrabant ei, ait Daniel, & decies millies centena millia assistebant ei: insuper Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim & Seraphim, eorumq; miro ordine disposita ministeria perspicue contemplari? O iucundissimum spectaculum: in quo licebit nobilissimos Spiritus ineffabilis visionis donoclare intueri, & cum eis mirabili iam charitate coniungi, consortioq; eorum perpetuo frui: et una cum ipsis communem Dominum semper laudare. Ad horum autem contubernium anime piorum transeunt: vita hic sanctè peracta. Illuc, ait Psalmista David, ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël, ad confitendum nomini Domini. Ibi ergo primi Parentes nostri, Patriarcha & Propheta, cateriq; veteris legis observatores, non per Legem, sed per gratiam fidei Beatitudinem adepti: Quia Lex per Moysen data est: gratia autem et veritas per IESVM CHRISTVM facta est. Ibi quoque Apostoli & Martyres, Confessores et Virgines: omnes denique Christi serui fideles, qui fidem sinceram, spem firmam, Charitatem veram usque ad finem non deseruerunt. Hi omnes, quoniam unum in Christo sunt, concorditer inter se consortio latantur: paresq; inter se animis ac voluntate, delectantur in multitudine pacis, in requie opulenta. Qui nos quoque maximo desiderio expectant: ad quos, Deo duce, si velimus, nos peruenturos nihil dubitare debemus. O quantum gaudium erit viuos presentesq; cernere, eorumq; familiaritate perfrui in caelis, quorum virtutes predicamus in terris. Sicut audiimus, sic videbimus, in ciuitate Domini virtutum: in ciuitate Dei nostri.

Quòd autem & parentes nostros, & coniuges liberofque nostros, propinquos & amicos, atque etiam omnes patres, omnesq; electos agniture, ac letis animis gratulatio ni-

Psalm. 122.

Ioan. 1.

Matth. 25.

Psalm. 36.

Esa. 52.

Psalm. 47.

tionibꝫ complexuri sumus, Angelorum exemplo discimus, qui se mutuò cognoscunt. Nam apud Daniele, Angelus nominat Gabrielem, eiꝫ loquitur: & paulò post, Michaelem in adiutorium venisse dicit. Sic in Zacharia legimus angelum angelo locutum: & ut ad Zachariam loqueretur, mandasse. Cùm ergo inuicem se nominant, necesse est, mutuam in ipsis esse cognitionem: etiamsi nomina officij sint, non substantiæ. Proinde cùm Dominus dicit futuros nos similes Angelis in celo: consequens est, quòd mutuò nos agniture sumus. Idem quoque perspicue demonstrat ille S. Scripturæ locus: quo Dominum ad Abraham dixisse legimus: Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Unde & de eo scribitur: Plenus dierum congregatus est ad populum suum. Et de filio eius Isaac, ita legis: Appositus est populo suo, senex & plenus dierum. Iacob quoque, diuina attestante Scriptura, ait filiis suis: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis.

Quid est autem: Ire ad patres suos, Apponi populo suo, & Congregari ad populũ suum: nisi ad beatissimam illam Electorum Dei sodalitatẽ adiungi: in qua nulla est tristitia, nulla ignorantia: nemo cæcus aut mutus: sed est eterna eis lætitia, perfecta scientia, & perpetua claritas: qua fulgent sicut splendor firmamenti, & quasi stella in perpetuas eternitates.

Moses quoque & Elias in monte Thabor cum Christo transfigurato colloquentes, à Petro agnoscuntur. & ut ipse Christus resuscitatus Apostolis alijs clarissime conspicitur: ita non dubium est, omnes Sanctos in calis, ipsum Christum, omniaq; eius membra capiti conformia conspecturos, mutuòq; agnituros esse.

Completitur Abrahamus Lazarum: & simul cernit impium epulonem in Gehennæ flammis torqueri. Vicissim

Dan. 8.
Dan. 10.
Zach. 1.

Genes. 15.

Genes. 15.

Genes. 35.

Gen. 49.

Dan. 12.

Matth. 17.
Luc. 9.
Ioan. 20.
Acto. 1.
Luc. 24.

Sap. 5.

cissim impij etiā in extremo die, & ipsum iudicem Christum, & Apostolos, ac alios sanctos quos angustiauerūt, videbunt cum timore horribili, admirantes, & pra-angustia animi gementes. Quare multo magis pi se mutuo cognoscent: sicut Christus Matthaei viii. ostendit dicens: Dico vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob, in regno calorum. Cumq; in hac vita eos, cum quibus familiariter viuimus, agnoscamus: & oculis nostris, alijsq; sensibus, qui sint percipere possimus: multo magis in illa clariore & aeterna luce, multoq; perspicacius cognoscemus eos, cum quibus perpetuo incorruptibiles viuemus, procul ab omni corruptibilis huius corporis defectu: neque ulli natura vitio obnoxij. Certē qui

1 Cor. 13.

Deum ipsum, & filium eius D. N. Iesum Christum, & spirituales essentias S. Angelorum, coram facie ad faciem cernēt, hi multo facilius homines pios agnoscent. Ac ne ulla quidem potest esse gloria, sine aliorum agnitione.

Ioan. 17.

Nota quoque sunt Christi verba: Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Certum est ergo, quod cum Christo degentes, & ipsum cum primis D. N. Iesum Christum, in claritate caelesti, unā cum Patre & Spiritu sancto, ac nos mutuo, nec modo parentes, coniuges, liberos, amicos & notos, verum etiam nunquam à nobis visos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, & totum Martyrum exercitum, cum omnibus Angelorum & Electorum choris, agnoscamus: atque de incomprehensibilibus Dei operibus, & admiranda generis humani redemptione, coniunctis mentibus & vocibus Deū in omni aeternitate collaudabimus. Ideo Apostolus Paulus dicit: Accedemus ad ciuitatem Dei viuētis, Hierusalem caelestem, & multorum millium
An-

Hebr. 12.

Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum,
qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium Deum,
& spiritus iustorum perfectorum.

Ad Pauperes, vt in Deum curas suas proiciant:
consolatoria Exhortatio.

Ex Psalmo LIII.

CAPVT.

REgius ille Propheta Dauid, vt equiore animo si-
mus, Deoq; fidamus, ita nos consolans exhortatur:
Iacta super Dominum curam tuam: & ipse te enutriet. x.
Quem locum Apostolus Petrus eleganter enarrat di- 1 Pet. 5.
cens: Omnem sollicitudinē vestram proicietes in eum:
quoniam ipsi cura est de vobis. Habet autem hac senten-
tia egregiam Doctrinam & Consolationem. Monstrat
quò confugiendum sit in periculis & anxietate: & iubet
curas nostras & angores conijcere in Deum. Consolatio
verò est: IPSE TE ENUTRIET. quo significatur, Deū
nos pro sua benignitate, pio fauore complecti, alere, gu-
bermare ac defendere velle. In Psalmis hac Consolatio
subinde repetitur.

Psalmo xxxii. Ecce oculi Domini super metuentes
eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Ut
eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.

Psalmo xxxiii. Iste pauper clamauit, & Dominus
exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius sal-
uauit eum. Timete Dominum omnes sancti eius: quoniā
non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esu-
rierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur
omni bono.

Psalmo xxxvi. Non vidi iustum derelictum: nec
semen eius querens panem.

Et filius Dei dulcissimè instillat hanc Consolatio-
nem.

Math. 6.

nem dicens: *Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adijcientur vobis.*

Has equidem Sententias, hoc est, praeclarissimas S. Scripturae Consolationes & Promissiones diligenter memoria tenere debemus: eisq; in omnibus angustiis vti. Sed potera verborum superioris versiculi consideranda sunt. Non dicit, *Curam tuam defer ad Dominum*; ubi mora & cunctatio intercedere solet: sed singulari emphasi ait, *Iacta in Dominum*: quae vox celeritatem & impetum concitatioem significat. Vult ergo, ne cura & sollicitudines discutiemus & consiciamus: sed statim id quod nos premit, magno animi impetu in Dominum iactemus: qui & vult & potest ferre auxilium. Funda, & iactus iste, ardens Precatio est, quae miseras nostras perferat ad Dominum: ab eoq; petit & expectat auxilium. Brachium quo funda torquetur & impellitur, Fides est: quae intuetur in Promissionem, prorsus non dubitat Deum velle operari ad ipsum confugientibus: atque ideo committit illi gubernationem, & eventus bonos ab eo expectat. Exemplum extat pulcherrimum in virgine matre Iesu Maria: quae cum in nuptiis cognatorum in medio conuiuii vinum deficeret, curam suam iactat in Dominum, dicens: *Vinum non habent.* Et si autem durius auferret responsum à Christo, non tamen frangitur animo, sed iactare pergit, & ait ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Ecce autem paulo post, iubet eos haurire aquam, et implere hydrias: et facit ex aqua vinum optimum, quo exhilarantur conuiuae. Itaque hoc Christi miraculum tanquam sigillum est, quo Deus suam Promissionem obsignat: seq; obligat subuenturum inopia piorum coniugum. Certè si nos Deo pleno corde confidimus, profecto pro sua clementia & bonitate nequaquam nos deseret: id quod aliis itidem exemplis comprobauit. *Quis Iacobum*

Ioan. 2.

Genes. 32.

patriar-

patriarcham, cum baculo inuixus Iordanem transfret, ac in Mesopotamiam pergeret, enutritus? Quis Iosephum eius filium venditum, & in Aegyptum abductum, tam mirabiliter in terra aliena conseruauit? Quis Tobiam in terra captiuitatis sustentauit? Dei utiq; Benignitas: Qui filios Israël, totos etiam quadraginta annos in deserto pascit: & panem celi eis dedit. Vestimenta quibus operiebantur, nequaquam uetustate defecerunt. Et cum aqua penuria laborarent: petram durissimam eam exhibere iussit.

Genes. 39.

Exod. 6.

Deut. 8.

Exod. 17.

Num. 20.

Coruis quoque praecepit, ut Eliam pasceret, cum ille humana subsidia non haberet: ac postea uidua, qua se filiumq; suum defraudans, partem propheta porrexit, hydria farinae non defecit: nec lechyus olei fuit immixtus. Idem Propheta, cum Iezabelem fugeret, & fame sitiq; fatigatus mori optaret, somno experrectus, reperit ad caput subcineritium panem & uas aquae: & reficillatus est.

3 Reg. 17.

3 Reg. 19.

Abdia propheta uxor uidua, cum à creditoribus ueniret, ideoq; clamaret ad Eliseum, nihil omnino habens in domo, praeter parum olei: iussa est petere mutuum ab omnibus vicinis uasa uacua non pauca: qua omnia Dei benedictione, ab illis olei reliquiis impleta sunt: adeo, ut uendito oleo faceret satis creditori, & haberet insuper unde ipsa cum filiis uiueret. Iacta igitur super Dominum curam tuam, & ipsa te enutriet: non dabit in aeternum fluctuationem in isto.

4 Reg. 4.

De Dei in derelictas Viduas Pupillosque cura,
Testimonia S. Scripturae.

Moses. Dominus, inquit, Deus uester, ipse est Deus uestrorum, Dominus dominantium, facit iudicium pupillo & uiduae: amat peregrinum, & dat ei uictum atque uestitum.

CAP. XI.

Deut. 10.

H David

Pſalm. 19.

David Rex. *Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in oportunitatibus, in tribulatione. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.*

Pſalm. 10.

Dominus in celo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt.

Pſalm. 32.

Ecce oculi Domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat à morte animas eorum, & alat. eos in fame.

Pſalm. 36.

Inimor sui, etenim senni: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem.

Pſalm. 54.

Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Qui dat escam omni carni.

& 135.

Pſal. 145.

Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet.

Tob. 4.

Tobias. *Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.*

Ierem. 49.

Ieremias Propheta. *Hæc dicit Dominus Deus: Relinque pupillos tuos, ego faciam eos viuere: & vidua tua in me sperabunt.*

Ex nouo Testamento.

Matth. 6.

IESVS CHRISTVS D. N. *Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gætes inquirunt. Scit enim pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei: & hæc omnia adyccuntur vobis.*

Luc. 12.

Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri dare vobis regnum.

Ioan. 14.

Philip. 4.

1 Tim. 4.

Non relinquam vos orphanos.

S. Paulus. *Dominus prope est: nihil solliciti sitis.*

Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens

vita.

vita, qua nunc est, & futura.

Sint mores sine auaritia: contenti presentibus. Ipse Heb. 13. enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor.

S. Petrus. Omnem vestram sollicitudinem projicietis in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. 1. Pet. 5.

Ab exemplo volatilium, maximè autè Coruorum, Christi Iesu D. N. Consolatio. Ex Matthæi cap. 6. & Lucæ cap. 12.

Respiciite volatilia cali, quoniam non serunt neque CAP. XII. metunt, neque congregant in horrea: & pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum: & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis?

Christus ut ad fiduciam nos erigeret, mirum in modum Dei misericordiam proponit, & providentiam commendat: non modò erga homines, sed etiam quaslibet creaturas, minimas quoque & abiectissimas. Pater, inquit, pascit, Pater vestit, Pater scit quod omnibus his indigetis. Cur hæc ita inculcat, nisi ut fiduciam nobis addat? Respicite, ait, volatilia cali: considerate coruos. Oculi omnium in Deo sperant: solus homo diffidit. Quid Psalm. 144. verò hesitamus?

ELUCIDATIO.

Cùm amantissimus Pater noster celestis, nihil volatilibus cali deesse patiatur, sed provideat omnia quæ sunt illis necessaria: quis putet eum de nostra salute, quos longè chariores habet, pro quorum utilitate condita sunt omnia, non vehementer esse sollicitum? Quid verò coruus vilis & abiectus? Corui autem deserere scribuntur pullos implumes albicantes, donec nigrescant. His ergo

fame percundem eset, nisi Deus ita ordinasset, ut vel ro-
re cali, vel ex cadaverum carnibus, & reliquo cibo in-
nidus congesto, innatis vermiculis pascerentur: quibus
tantisper aleretur, donec adolecant & plumas accipiant.
Ideo S. Iob dicit: Quis preparat coruo escam suam, quan-
do pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quod non
habeant cibos? Respondet propheta David: Magnus
Dominus noster: qui dat iumentis escam ipsorum, & pul-
lis coruorum inuocantibus eum. Ergo Deus, cum tam sit
opulentus, ut det escam omni carni: tam benignus, ut
etiam vilissima animalcula pascat: non utique commit-
tet, ut charissimis filiis desit alimentum aut tegumentum.

Iob 39.

Psalm. 146.

Psalm. 145.

Homil. 41.
in 1. epist. ad
Cor.

CAPVT

XIII.

Psalm. 67.

Ad Viduas, D. Ioannis Chrysostrami Admonitio.

HOc doles, quod sola sis, careasq; rectore. Hoc non
est cur dicas: amittere rectorem Deum non potes.
Quantisper hunc habes, coninge, patre, filio, affini quo-
uis prestabit: ut qui superstitibus etiam his faciebat om-
nia tamen. Hec tu cogita: & exemplo Davidis sic dicas:
Dominus illuminatio mea, protector meus, quem time-
bo? quando tu pater orbis, index viduis es. Huius tibi
presidium deuince: magisq; prospicientem tibi senties,
quam prius, quando scilicet in difficultate consistis. Sed
filium amisisti: amisisti ne dicas. Somnus ea res est, non
mors: transitus, non interitus: peregrinatio ab humiliori
loco ad altissimum suscepta. Cave irrideas Deum, sed
propitium tibi redde.

CAUSA

III.

CAPVT

XIII.

De horribili mortis imagine: Et quod per Chri-
sti mortem victa est, vnde homini Christiano opta-
da potius quam timenda.

ET horribilis illa gelide Mortis imago, ita omnium
ferè hominum corda percellit, ut nihil sit quod eque
ex-

admodum, inquit, desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Comparavit voluntati suae terrena praemium caeleste, quod accepturus est: vidit quid ibi sibi servaretur, & cogitans & aestuans in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, non dixit: illud aut illud mihi est in celo, sed quid mihi est in celo? Quantum est? Quale est? Quid est? Seruus tu mihi divitias immortales, te ipsum. Unde etiam ait: Adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. Item: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Proinde bene D. Augustinus, Domine, inquit, fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Optime sane dictum. Erectus quippe est animus hominis & sublimis, ascendens per gradus rerum inferiorum, nec quiescens (nisi rebus caducis altissime immersus) donec ad caelestia & divina pervenerit: non est contentus rebus quibuscumque terrenis, non celo, non sideribus, non Angelis: ad Deum ipsum pervenit, ibique demum consistit & quiescit. Ex motu itaque & quiete animi nostri manifestum fit, quis sit nobis locus naturalis, & quod bonum nostrum: nimirum ipse Deus, idque in aeterna illa beatitudine.

Psalm. 72.

August. in

Psalm. 72.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Psalm. 15.

Psalm. 16.

Confes. li. 1.

cap. 1.

Phil. 1.

Iac. 1.

Vides hic, ad quem modum hominis Christiani animus compositum esse decet, hinc migraturi: ut non modo non exhorrescat, sed ardentissimis votis dissolvi, & esse cum Christo desideret? Quod ut expeditius fiat, sint in conspectu praesentis vitae miseria, tentationes, pericula: & vicissim aeterna vitae exuberantissima gloria, corona vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Cygnos cum cantu & voluptate mori aiunt: tanquam cygni, ergo nos

exhorreant: qua effectit, ut etiam sanctissimi quidam viri, imo ipse filius Dei, morte ingruente, exhorruerint. Quantum autem triste sit morientium spectaculum: quamlibet horrida mortis imago: tamen si non tam quid secundum externam speciem esse videatur, quam quid piis hominibus prodesse credatur, cogitauerimus: utique mox gratiosior apparebit. Christi namque beneficio factum est, ut feriat quidem Mors, sed non interimat: rapiat, sed hominem detinere nequeat: quin potius ad sempiternam felicitatem dimittere oporteat: nec separet, sed Deo propius iungat. Quid autem causamur, quod Christi membra audeat inuadere, cum ipsum Christum omnium electorum caput furibunda peruasit? Peruasit utique immunem, sed non immunis euasit. Impegit in vitam mortem, & inclusit intra se vita mortem: & absorpta est mors a vita. Hamum sibi deuorans, inde teneri coepit, unde visa est tenuisse. Nunc igitur moderante eo, qui imperium habet vita & mortis, mors ipsa dilectis Domini Somnus refrigerij est: attestante Propheta, qui ait: Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini. Et in alio Psalmo ait: Pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Pretiosa plane, tanquam finis laborum: tanquam victoria consummatio, tanquam ianua vita, & perfecta securitatis ingressus.

Quamquam ergo haud secus, ac si plane interitura sit, mortem exhorrescat natura: tamen per mortem non aboletur, sed ad meliorem & perfectiorem statum transfertur. Quo autem pacto hoc fiat, Christus dulcissimis

Bernard.
Serm. de
transitu Ma-
lachia.

Psal. 116.
Psal. 115.

Ioan. 6.

hisce verbis indicat: Hac est voluntas eius, qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Cum igitur anima excessura ex hac vita, inuoluit se in hac Christi verba, eisq; inhaeret: hic Christus dux eius per umbram

mortis transfert eam in Vitam aternam: ad conspectum
& consuetudinem Dei. Postea & corpora nostra exci-
tabit: & induet immortalitate. Ideo quippe surrexit
tertia die, vt demonstraret se esse Resurrectionem &
vitam nostram: nimirum spem nobis faciens certissimam,
fore, vt corpora nostra renouiscant in nouissimo die.

Ioan. 11.

Ergo non est quod eripidemus mortem aggredi, cum
non sit quod extrinsecus apparet: & non pereant mo-
riendo corpora nostra, sed mutantur in melius. Tan-
quam vestimentum enim corpus animae circumdatum
est: & hoc breui per mortem deponentes, clarius iterum
resumemus.

Chrys. Ho-
mil. 1. ad
pop. Antioch.

CAPVT. Aduersus mortis horrorem, Consolatoriae S. Scri-
pturae Sententiae.

XV.

Psalm. 39.

Dauid Rex. Expectans expectaui Dominum, &
intendit mihi. Et exaudivit preces meas, & eduxit me
de lacu miseriae, & de luto fecis. Et statuit supra petram
pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os
meum canticum nouum, darden Deo nostro.

Psalm. 114.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Do-
minus bene fecit tibi. Quia eripuit animam meam de
morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.
Placebo Domino in regione viuorum.

Psalm. 117.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.
Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradi-
dit me. Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas
confitebor Domino. Vox exultationis & salutis in ta-
bernaculis iustorum.

Ex nouo Testamento.

Ioan. 6.

IESVS CHRISTVS D. N. Haec est voluntas Pa-
tris mei qui misit me: vt omnis qui videt filium, & cre-
dit in eum, habeat vitam aeternam. Et ego resusci-

tabo eum in nouissimo die.

Ego sum Resurrectio & Vita: qui credit in me, etiam Ioan. 21.
si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in
me, non morietur in aeternum.

S. Paulus. Si in hac uita tantum in Christo sperantes 1. Cor. 25.
sumus: miserabiles sumus omnibus hominibus. Nunc
autem Christus resurrexit a mortuis primitia dormien-
tium: quoniam quidem per hominem mors: & per ho-
minem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam om-
nes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur.
Sed dicit aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quali
autem corpore uenient? Insuper, tu quod seminas non
uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non
corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum,
uiputa, tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem
dat illi corpus sicut uult: & unicuique seminum pro-
prium corpus, &c. Oportet corruptibile hoc induere
incorruptionem: & mortale hoc induere immortalita-
tem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem:
tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in ui-
ctoria. Ubi est mors uictoria tua? ubi mors stimulus
tuus? Deo gratias: qui dedit nobis uictoriam per Do-
minum nostrum Iesum Christum.

Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius 2. Cor. 5.
habitationis dissoluatur, quod adificationem ex Deo
habemus, domum non manufactam, aeternam in celis.

Saluatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Philip. 3.
Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre, con-
figuratum corpori claritatis sue, secundum operationem
qua etiam possit sibi subicere omnia.

S. Ioannes. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum 1. Ioan. 2.
apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit,
similes ei erimus: quoniam uidebimus eum, sicuti est.

CAPVT. Carnem nostram perire non posse, quòd Christi Iesu, qui Vita est, Corpore & sanguine nuttiatur: dulcissima D. Irenæi Sententia.

XVI.
Iren. lib. 5.
contra Hæ-
ref.

Ephes. 5.

Luc. 24.

Quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, qua est Vita eterna, qua Sanguine & Corpore Christi nutritur, ut membrum eius? Quemadmodum & Apostolus ait: Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius & de ossibus eius: non de spiritali aliquo & inuisibili homine dicēs hæc. Spiritus enim neque ossa neque carnes habet: sed de ea dispositione, qua est secundum hominem, qua ex carnibus & nervis & ossibus consistit: que de calice qui est Sanguis eius nutritur, & de pane qui est Corpus eius augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terra, suo fructificat tempore: & granum tritici decidens in terram, & dissolutum multiplex surgit, per spiritum Dei qui continet omnia, qua deinde per sapientiam in usum hominibus veniunt, & sanguis Christi: sic & nostra corpora ex ea nutrita & reposta in terram & resoluta in ea, resurgent suo tempore, verbo Dei resurrectionem eis donante, in gloriam Dei patris. Qui huic mortali immortalitatem circumdat, & corruptibili incorruptelam gratuito donat: quoniam virtus Dei in infirmitate perficitur.

CAUSA V.
CAPVT

XVII.
Lactan. li. 3.
cap. 18.

De Aditu ad mortem: seu Angore,
mortis causa.

Accessum ad mortem natura etiam, & maxime quidem exhorret: quòd iter ad mortem durius sit quam ipsa mors. Veruntamen qui horrorem illum & imaginationem mortis excusserit, animumq; ad patientiam obsirmauerit: iam magnam mali partem sibi detra-

maxerit. Et quicquid est cruciabile, vel in agropatione, vel in morte, longè tolerabilius redditur, cum quis totum se committit ac submittit voluntati divina: Neque enim Dominus fideles suos unquam deserit, qui se totos in illius fidem tradiderunt, sed custodit eos ut pupillam oculi. Ego ergo, inquit, murus ignis in circuitu. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Hinc Prophetia David confidenter ait: Si ambulauero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et ut nos de auxilio suo per quam certos reddat, subinde id nobis in Scriptura sacra pollicetur: atque ad se inuocandum sedulo hortatur, dicens: Inuoca me in die tribulationis: et tuam te & honorificabis me. Ac rursus: Clamauit ad me, & exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Quin & Angelis suis mandauit de nobis, ut custodiant nos in omnibus uis nostris.

Zach. 2.

Psal. 121.

Psal. 49.

Psal. 94.

Ad hac dolores omnes facile nos perferre posse, certum est: Si cogitemus quanto acerbiora Christus pro nobis pertulerit: qui in Ieremia dicit: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Neque enim est seruus maior domino suo: ipse dicente Christo: Qui etiam tanquam caput Ecclesie sua perpetuo adest membris suis laborantibus: Probatum hoc exemplo S. Stephani, qui vidit calos apertos, & IESUM stantem à dextris virtutis Dei: nempe paratum ad opem ferendam in terroribus mortis. Ideo ipse discipulis dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

Thren. 1.

Ioan. 15.

Acto. 7.

Matth. 28.

H s De

De prompto, omnibusque exposito Dei auxilio, in doloribus mortis, & alijs: Testimonia S. Scriptura,

CAPVT
XVIII.
Iosue 1.

Locutus est Dominus ad Iosue, dicens: Surge, & transi Iordanem istum tu & omnis populus tecum in terram quam ego dabo filius Israël. Ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Confortare, & esto robustus.

Psal. 32.

Dauid Rex & Propheta. Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat à morte animas eorum. Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est.

Psal. 33.

Iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Multa tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. Redimet Dominus animas seruorum suorum.

Psal. 36.

Salus iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos.

Psal. 144.

Prope est Dominus omnibus innocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit Dominus omnes diligentes se.

Ecl. 2.

Sirach. Respicite filij nationes hominum: & scitote, quoniam nullus sperauit in Domino, & confusus est. Protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

Ecl. 34.

Oculi Dei in diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius.

Esa. 12.

Esaïas Propheta. Ecce Deus saluator meus, fiducia-liter agam & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

Esa. 41.

Hac dicit Dominus Deus: Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines,

elines, q
sum tibi

Ego i
dicens q
mis lac
tibi, dicit
Dixit S
tus est n
sum,
fuerit, e
meis de

Iere
uenient
eos per t
gent in

IES
habebit

In E

nte non

tecum e

ris in ig

Vult di

guinem

sed in m

pericul

S. P
tatione

Quod
ficul

possi

NO

NU

elines, quia ego Deus tuus: confortavi te, & auxiliatus sum tibi.

Ego Dominus Deus tuus apprehendens manū tuam, dicensq; tibi, Ne timeas, ego adiunxi te. Noli timere vermis Iacob qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & Redemptor tuus sanctus Israël. Dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est me. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non mereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, in manibus meis descripsi te.

Esa. 49.

Jeremias Propheta. Hec dicit Dominus: In fletu venient: & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentem aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israël pater.

Ierem. 31.

IESVS CRISTVS D. N. In mundo pressuram habebitis: Sed confidite, ego vici mundum.

Ioan. 16.

In Esaia dicit: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: Meus es tu. Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Vult dicere: Ego qui te tanto pretio emi, qui pro te sanguinem fudi: nunquam derelinquam. Ideo ne timeas, sed in me spem tuam firmiter colloca: quoniam ego te in periculis omnibus seruabo.

Esa. 43.

S. Petrus Apostolus. Nouit Dominus pios de tentatione eripere.

2. Petr. 2.

Quod Dei praesentiam, in maximis praecipue difficultatibus, certo nobis ad futuram confidere possimus, Exempla S. Scripturae.

CAPVT.

NOE iustitiae praecone Dominus custodivit, diluuium mundo impiorum inducens.

XIX.
Genes. 7.
2. Petr. 2.

ABRA-

Gen. 12. 15.
17. 18.
Genef. 19.
Gen. 28. 31.
32.

ABRAHAM egressus de terra sua, ducem habuit Deū adiuantem se & consolantem. LOT mirabiliter ereptus est de subuersione Sodoma. IACOB cum proficisceretur in Mesopotamiam Syria, audiuit Dominum dicentem sibi. Ero custos tuus quocumq; perrexeris. Et in omnibus periculis suis Dei praesentia recreatus est.

Gen. 17. 19.
45. & 48.
Exod. 2.
1 Reg. 21.
Psalm. 17.

IOSEPH in angustia sua saepe, morte ob oculos versante, seruatus est. MOSES internecioni destinatus, mirabiliter quoque substractus est.

1. Reg. 17.

DAUID REX, quam saepe expertus est Dei praesentiam in periculis & arumnis? Ideo cecinit Domino verba cantici huius, & dixit: Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus: & sperabo in eum, &c. ELIAS dum fugeret à facie Achab, consternatus adeò ut peteret animam suam, ut moreretur: maximo miraculo sustentatus est.

Ban. 6. 14.
Ion. 2.

DANIELI adfuit Deus in lacu leonum, ne à bestiis deuoraretur. IONAM in vêtre piscis illesum seruauit.

Hac exempla, etsi quadam latius patent, tamen hoc nos docere debent, videlicet Dominum Deum cum in omnibus difficultatibus, tum maxime in summo illo mortis discrimine, iuxta suam promissionem praesto esse, ac liberationis beneficium ad salutem benignè impendere.

Psalm. 90.
Bernar. ser.
12. & 17. in
Psalm. Qui
habitat.
Rom. 8.

Cum ipso sum, inquit, in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Quid igitur cunctamur: quid refugimus caminum hunc tribulationis? Dominus nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscum, quis contra nos? Et si ille eripit, quis est qui rapiat de manu eius? Cuius etiam summa maiestas Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te. Quid sub tantis custodibus timeamus? Fideles sunt, prudentes sunt, potentes, sunt: quid trepidamus? Tantum

Ioan. 10.

tum sequamur eos, adhaeremus eis: & in protectione
Dei celi commoremur.

Videamus de his quoque S. Scriptura Exempla.

De S. Angelorum circa nos custodia & Cura,
Exempla S. Scripturae.

IACOB in itinere ex Mesopotamia, cum pericula ma-
igna occurrerent, vidit agmina Angelorum sanctorum,
& dixit: Castra Dei sunt haec. Israëlitico populo
exeunti de Aegypto, ac deinde in deserto agenti, Angeli
ad fuerunt inter pericula. ELISEVM Prophetam
turma S. Angelorum, specie flammantium equitum, cō-
tra regem Syria defendunt. Et Propheta firmiter ac-
quiescens in Dei praesentia, & S. Angelorum custodia,
ait ad puerum trepidantem: Noli timere, plures enim
nobiscum sunt quam cum illis. Angelus Domini descen-
dit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit
flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis,
quasi ventum roris flantem. Angelus Raphaël co-
mes fuit iuniori Tobia peregrinanti: & bene disposuit
omnia, qua circa eum geri debebant: ita ut cum gaudio
reuerteretur. Angelus de celo apparuit D. N. Iesu
Christo, in passione, confortans eum.

CAPVT.

XX.

Genes. 32.

Exod. 14. 23.

& 32.

4. Reg. 6.

Dan. 3.

Tob. 5.

Lucz 11.

Lucz 16.

Exod. 23.

Psalm. 34.

LAZARI animam Angeli in sinum Abrahae portant.
Hanc cōsolationem de Angelorum custodia & cura,
animis debemus insigere, fidemq; exercere: & cogitatio-
ne Angelica custodia in trepidatione nos confirmare:
praesertim cum Dei Verbum & Promissionem habeamus,
dicentes, Ecce ego mitam Angelum meum, qui praece-
dat te, & custodiat in via: & introducat in locum, quem
preparavi tibi. Et in Psalmo dicitur: Immittet angelus
Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.

Itaque danda nobis est opera, ut ad Patientiam ob-
firmata

Ecl. 1.
Heb. 2.

firmato animo, ad omnem tentationem parati inueniamur: confisi illi, qui ipse passus & tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari: quiq; nos Angelico nunquam defraudabit ministerio.

Ad Patientiam in ærumnis & doloribus, ac Mõrtis angustiis, cohortatoriæ & consolatoriæ S. Scripturæ Sententiæ.

CAPVT
XXI.
1. Par. 20.

IOSAPHAT Rex inclytus, cum congregati fuissent Moab & Ammon, ut pugnarent contra eum: ille timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum. Cum ignoremus, inquit, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Leuites autem super quem factus est spiritus Domini, ait: Hæc dicit Dominus: Nolite timere, nec pæneatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state: & videbitis auxilium Domini super vos. O Iuda & Hierusalem, nolite timere, nec pæneatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. Et stans Iosaphat, dixit: Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera.

1. Par. 16.

Hæc præclarissima verba in conspectu esse debent, dum cum spiritibus nequam congregandum erit, in supremo illo certamine. Oculi enim Domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Ideo & Regius ille Propheta Dauid nos admonens dicebat: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. Vnde ipse quoque gloriabundus, In Deo, inquit, salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.

Psalm. 61.

Debent & illa Sententiæ, quæ sequuntur, perpetuo ab oculis

oculos versari, ut ad patientiam atque in Deum fiduciam nos inflamment.

S. Iob. Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Iob 1. & 2.

Beatus homo qui corripitur à Deo: increpatione ergo Domini ne reprobet. Quia ipse uulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Iob 5.

Etiamsi occiderit me in ipso sperabo. Et ipse erit saluator meus. Iob 13.

Salomon Rex. Disciplinam Domini, fili mi, ne abicias: nec deficias cum ab eo corripieris. quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio cõplacet sibi. Prouerb. 3.

Sirach. Usque in tempus sustinebit patientis, & postea reddio incunditatis. Eccl. 1.

Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines uero receptibiles in camino humiliationis. Eccl. 2.

Ex nouo Testamento.

IESVS CHRISTVS D. N. Qui non accipit crucem suam & sequitur me: non est me dignus. Math. 10.

Capillus de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Luc. 21.

Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum: & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Ioan. 16.

S. Paulus. Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spes, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Rom. 5.

Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod Rom. 8.
sunt

128 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA V.
sumus filij Dei. Si autem filij, & heredes: heredes quidem
Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut
& conglorificemur. Existimo enim, quod non sunt con-
digna passiones huius temporis, ad futuram gloriam qua
reuelabitur in nobis.

1. Cor. 10. Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra
id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouen-
tum, ut possitis sustinere.

2. Cor. 4. Licet is qui foris est noster homo, corrumpitur: ta-
men is qui intus est, renouatur de die in Diem. Id enim
quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis
nostra, supra modum in sublimitate aeternum glorie pō-
dus operatur in nobis, non contemplantibus nobis qua
videntur, sed qua non videntur. Quae enim videntur,
temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt.

3. Tim. 2. Si commortui sumus: & conuinemus, si sustinebimus
& conregnabimus.

Heb. 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis cer-
tamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem
IESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Reco-
gitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus
semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animi
vestris deficientes.

Ibidem. Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem om-
nem filium quem recipit. In disciplina perseverate. Tan-
quam filii vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem
non corrigit pater?

Apo. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in re-
gnum Dei.

Iac. 1. S. Iacobus. Beatus vir qui suffert tentationem: quon-
iam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam
repromisit Deus diligentibus se.

Iac. 5. Exemplum accipite fratres laboris & patientia, Pro-
phetas:

phetas:
canus
& suen
& mise
S.

varius
pretiosu
laudem

Chr
plum, v

Com
reuelat

Irag
fidei cr

Deu
gloriam
confirm

cula sec

A

V
q

fi comm

siones e
rearis.

perpet
quod la

propter
quia cr

mune c
Eius, &
Dei, ha

pro te r

phetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis: quod misericors Dominus est, & miserator.

S. Petrus. Modicum nunc si oportet contristari in variis tribulationibus: ut probatio vestra fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloria & honore, in reuelatione Iesu Christi.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.

Communicantes Christi passionibus, gaudete, ut in reuelatione gloria eius gaudeatis exultantes.

Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas.

Deus omnis gratia, qui vocauit vos in eternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Ad patientiam D. Ambrosij Admonitio.

Vide quomodo te hortatur Dominus, ne amittas quod accepisti. Coheres Christi es: si compatiare, si commoriare, si consepeliare. Cum Christo suscipe passiones eius: ut supra passiones eius cum eodem esse merearis. Breuis huius laboris est meta, & corona fructus perpetui: tolerabilis passio, merces inestimabilis. Quid, quod labor tibi communis est cum omni creatura, quia propter te mundus ipse seruitutem tolerat corruptionis: quia cum sanctis tibi laboris huius & expectationis commune consortium est? Sed vereris dubios vite anfractus, & aduersarij insidias, cum habeamus auxilium Dei, habeas tantam eius indignationem, ut filio proprio pro te non pepercerit?

I De

CAPVT.

X XII.

Ambrosij de
S. Iacob, &
vita beata
lib. 1. cap. 6.

Rom. 8.

De fidei imbecillitate.

CAUSA

VI.

CAPVT

XXIII.

Cyprian.
Serm. de
Mortalitate.

Ioan. 16.

Praterea, quod sic pleriq; mortem horremus, Fidei
sepe imbecillitas in causa est: de qua D. Cyprianus
sic scribit: Regnum Dei esse cepit in proximo, premium
vita, & gaudium salutis aeterna: iam terrenis caelestia,
& magna paruis, & caducis aeterna succedunt. *Quis*
hic anxietatis & sollicitudinis locus est? quis inter haec
trepidus & maestus est, nisi cui Spes & Fides deest? Chri-
stus nos instruit & dicit: Amen amen dico vobis, Quo-
niam vos plorabitis & plangetis, sed tristitia vestra in
laetitia veniet. Quis non ad laetitia ire festinet, qui
non tristitia carere optet? Quando autem in laetitia
veniet tristitia, Dominus denuo declarat dicens: Iterum
videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium ve-
strum nemo tollet a vobis. Cum autem videre Christum,
gaudere sit, nec possit esse gaudium nostrum nisi cum ve-
derimus Christum, quae cecitas animi, quaeue dementia
est, amare pressuras & poenas & lachrymas mundi, &
non festinare potius ad gaudium quod nunquam posse
auferri? Hoc autem fit, quia fides deest, quia nemo credit
vera esse, quae promittit Deus qui verax est, cuius sermo
credentibus aeternus & firmus est. Si tibi vir grauis &
laudabilis aliquid polliceretur, haberes utique pollicenti
fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem statim
in sermonibus atque actibus suis scires: nunc Deus tecum
loquitur, & tu mente incredula perfidus fluctuas? Deus
tibi de mundo recedenti immortalitatem pollicetur, atque
aeternitatem, & tu dubitas? Hoc est Deum omnino no-
nosse: hoc est Christum credentium Dominum & Mag-
strum peccato incredulitatis offendere: hoc est in Ecclesia
constitutum, fidem in domo fidei non habere.

Psalm. 41.

Recte Dauid ille Rex & Propheta affectus fuit. *Quis*
admi

admodum, inquit, desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Comparavit voluntati suae terrena praemium caeleste, quod accepturus est: vidit quid ibi sibi servaretur, & cogitans & aestuans in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, non dixit: illud aut illud mihi est in celo, sed quid mihi est in celo? Quantum est? Quale est? Quid est? Seruus tu mihi divitias immortales, te ipsum. Unde etiam ait: Adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. Item: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Proinde bene D. Augustinus, Domine, inquit, fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Optime sane dictum. Erectus quippe est animus hominis & sublimis, ascendens per gradus rerum inferiorum, nec quiescens (nisi rebus caducis altissime immersus) donec ad caelestia & divina pervenerit: non est contentus rebus quibuscumque terrenis, non celo, non sideribus, non Angelis: ad Deum ipsum pervenit, ibique demum consistit & quiescit. Ex motu itaque & quiete animi nostri manifestum fit, quis sit nobis locus naturalis, & quod bonum nostrum: nimirum ipse Deus, idque in aeterna illa beatitudine.

Psal. 72.

August. in

Psal. 72.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Psal. 15.

Psal. 16.

Confes. li. 1.

cap. 1.

Phil. 1.

Iac. 1.

Vides hic, ad quem modum hominis Christiani animus compositum esse decet, hinc migraturi: ut non modo non exhorrescat, sed ardentissimis votis dissolvi, & esse cum Christo desideret? Quod ut expeditius fiat, sint in conspectu praesentis vitae miseria, tentationes, pericula: & vicissim aeterna vitae exuberantissima gloria, corona vitae, quam repromisit Deus diligentibus se. Cygnos cum cantu & voluptate mori aiunt: tanquam cygni, ergo nos

quoque cum voluptate & cantu moriamur: puritatem
vite candidi, omnibusq; mundi vanitatibus, tanquam
defluentibus aquis supernatantes, erecto in calum ani-
mo, quasi extento longius collo, in sublimia illius civitatis
atria semper intenti, atque propinqua nostra sentientes
funera, transacta in hac lachrymarum valle seminati-
one, messes facturi, ac manipulos cum exultatione colle-
cturi, leti ac gesticentes gaudio psallamus Deo in cordi-
bus nostris.

De æterna Vita, ad quam pij per mortem, Deo du-
ce, transeunt, testimonia Scripturæ sacre.

CAPVT.
XXIII
Psalm. 30.
Psalm. 35.

DAVID Rex & Propheta. Quam magna multi-
tudo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti ti-
mentibus te.

Inebriabuntur ab ubertate domus tue, & torrenti
voluptatis tue potabis eos. Quoniã apud te est fons vite:
& in lumine tuo videbimus lumen.

Psalm. 83.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula se-
culorum laudabunt te.

Psalm. 117.
Esa. 35.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.
Esaïas Propheta. Et redempti à Domino cõuertentur,
& venient in Sion cum laude, & letitia sempiterna
super caput eorum: gaudium & letitiam obtinebunt, &
fugiet dolor & gemitus.

Esa. 49

Non esurient neque stient, & non percutiet eos aestus
& sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes a-
quarum potabit eos.

Esa. 51.

Gaudium & letitia inuenietur in Sion: gratiarum
actio & vox laudis.

Esa. 60.

Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas
& contritio in terminis tuis: & occupabit salus murum
tuos, & portas tuas laudatio.

A seculi

A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus nō vidit Deus absq; te, qua preparasti expectantibus te. Apostolus Paulus addit: Nec in cor hominis ascendit, qua preparavit Deus iis qui diligunt illum.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Hac dicit Dominus: Ecce ego creo Hierusalem exultationem: & populum eius gaudium. Et exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur in eo ultra vox fletus & vox clamoris.

Esa. 65.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalē consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabūt.

Esa. 66.

Ezechiel Propheta. Ecce ego ipse requiram oves meas, dicit Dominus: & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersa fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & cōgregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israēl, in rinis, & in cunctis sedibus terra. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israēl erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israēl.

Ezech. 34.

Eldrā dicit Dominus: Nuncia populo meo, quoniam dabo eis regnum Hierusalem: & dabo eis tabernacula aeterna, qua preparaveram illis. Lignum vite erit illis in odore unguenti: & non laborabunt neque fatigabuntur. Ite & accipietis. Jam paratum est vobis regnum: vigilate. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos.

4. Eldr. 7.

Parati estote ad premia regni: quia lux perpetua lucebit vobis per aeternitatem temporis. Fugite umbram seculi huius: accipite iucunditatem gloriae vestrae. Incun-

Ibidem.

134 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VI,
damini: gratias agentes ei, qui vos ad caelestia regna
vocavit.

Ex nouo Testamento.

Matth. 23. IESVS CHRISTVS D. N. Cum venerit filius homi-
nis in maiestate sua & omnes angeli cum eo, tunc sedebit
super sedem maiestatis suae: & congregabuntur ante eum
omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor
segregat oves ab haedis: & statuet oves quidem a dextris
suis, haedos autem a sinistris. Tunc dicit rex his qui a
dextris eius erunt. Venite benedicti Patris mei, possidete
paratum vobis regnum, a constitutione mundi.

Ioan. 14.

In domo Patris mei mansiones multa sunt. Si quom-
minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et
si abiero, & preparauero vobis locum: iterum venio, &
accipiam vos ad me ipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis.

Ioan. 16.

Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos,
mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini,
sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum
parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem
pepererit puerum, iam non meminit pressura propter
gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur
nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo
vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum ne-
mo tollet a vobis.

Apoc. 21.

S. Ioannes. Et absterget Deus omnem lachrymam
ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus,
neque clamor, neque dolor erit ultra, quae prima abierunt.
Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia.

CAPVT

XXV.

Ambrosij de
bono mortis
cap. 12.

Vt intrepidè pergamus ad Redemptorem nostrum,
D. Ambrosij Admonitio.

His igitur freti, intrepidè pergamus ad Redempto-
rem nostrum IESVM: intrepidè ad Patriarcharum

con-

concilium, intrepide ad Abraham patrem nostrum, cum
 dies aduenerit, proficiscamur: intrepide pergamus ad
 illum sanctorum coetum, iustorumque conuentum. Ibimus
 enim ad patres nostros: ibimus ad illos nostra fidei pre-
 ceptores: ut etiamsi opera desint, fides opituletur, defen-
 datur hereditas. Ibimus eo, ubi serualis suis Dominus Ioan. 14.
 IESVS mansiones parauit: ut ubi ille est, & nos simus. Sic
 enim voluit. Quae sint illae mansiones, audi dicentem: In
 domo Patris mei mansiones multae sunt. Quae sit volun-
 tas: iterum, inquit veniam, & accerso vos ad meipsum:
 ut ubi ego sum, & vos sitis. Sed dices, quia solis discipu-
 lis loquebatur: quod ipsis solis sponderit multas man-
 siones. Igitur undecim discipulis tantum preparabat?
 Et ubi est illud, quod ex omnibus mundi partibus ve-
 nient & recumbent in regno Dei? Unde voluntatis di-
 uinae dubitamus effectus? Sed Christi velle, fecisse est.
 Denique demonstrauit & viam: demonstrauit & locum,
 dicens: Et quo ego vado, vos scitis, & viam scitis. Locus
 apud Patrem est, via Christus est: sicut ipse ait, Ego sum
 Via, Veritas, & Vita, Nemo venit ad Patrem, nisi per
 me. Ingrediamur hanc viam: teneamus veritatem: vi-
 tam sequamur. Via est, quae perducit: Veritas est, quae
 confirmat: Vita, quae per se redditur. Et ut sciamus ve-
 ram voluntatem: addidit in posterioribus, Pater, quos Ioan. 17.
 dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut
 videant claritatem meam. Sequimur te Domine Iesu,
 sed ut sequamur accersi: quia sine te nullus ascendit. Tu
 enim via es, & Veritas, & Vita: possibilitas, fides, pra-
 mium. Suscipe nos quasi Via: confirma quasi Veritas,
 viuifica quasi Vita.

CAPVT.
XXVI.

Pfalm. 26.
Pfalm. 83.
Basilii
Mag. Con-
stit. exerci-
toriarum.
cap. 1.
Sap. 11.

1. Pet. 1.
Rom. 8.
Galat. 4.
2. Tim. 4.

Ioan. 10.

2. Paral. 16.

EXpecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor
tuum, & sustine Dominum. Misericordiam &
veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Do-
minus. Magnificentissimus Rex est, pariterq; munifi-
centissimus: indignatur, si quis exigua illum petat: ma-
nult magna dare quàm parua. Et bonitatis est infini-
te, ac diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fe-
cit: qui amat animas. Ita fit, vt non tam desiderare tu
queas aternam Beatitudinem: quin multò cupidius eam
dare desideret. Quid ni confidas eam te obtenturum? Vt
esses beatus, ex nihilo creauit te: & perditum per mor-
tem vnigeniti filij sui restaurauit ad vitam: redemptum
autem non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso
sanguine agni immaculati, celestium bonorum, iure ad-
optionis, fecit esse heredem. Hæc quidem immensa bona,
spe nunc possides, paulò post reipsa adepturus: & si bonũ
certamen certaueris, percepturus coronã iustitiæ, quam
reddet tibi Dominus Deus noster. Si te fugientem &
contemnentem tanto studio quæsiuit Dei filius D. N.
IESVS CHRISTVS, ac tam magno pretio coëmit, nimirũ
vt à summo bono non excideres: quanto magis insequen-
tem & anhelantem eius faciet compotem? Animo re-
uolue dulcissimam eius vocem: Ego veni vt vitam ha-
beant, & abundantius habeant. Ego sum Pastor bonus:
& cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, & ani-
mam meam pono pro ouibus meis. Et rursum: Ego vi-
tam aternam do eis: & non peribunt in æternum, & nõ
rapiet eas quisquã de manu mea. Quid his verbis sua-
nius? Proinde crede Deo. Oculi enim Domini contem-
plantur vniuersam terram: & præbent fortitudinem
his, qui corde perfectò credunt in eum.

Pro

Pro obtinenda aeterna Beatitudine, S S. Augustini & Bernardi fiducia.

CAPVT

XXVII.

August. Manual. cap. 22. & 23.

Bernard. Sermon. 3. de septem panib.

Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini mei. Mors eius Meritum meum, refugium meum, salus, vita & resurrectio mea. Meritum meum Misericordia Domini. Non sum meriti inops, quando ille misericordiarum Dominus non defuerit. Et, si misericordia Domini multe, multus ego sum in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum: tanto sum ego securior. Peccaui peccatum grande, & multorum sum mihi conscius delictorum: nec sic despero, quoniam ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat Deum esse misericordem. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est, negat Deum habere CHARITATEM, VERITATEM, & POTESTATEM, quibus tota spes mea consistit: scilicet in Charitate adoptionis: in Veritate promissionis: & in Potestate redditionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea, dicens: Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria: quibusue meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo: Scio cui credidi, & certus sum: quia in charitate nimia adoptauit me in filium: quia verax in promissione: quia potens in exhibitione: licet enim ei facere quod voluerit. Tria igitur haec sic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propria vilitatis, nulla aestimatio celestis Beatitudinis, ab altitudine Spei deicere possit in ea firmiter radicatum. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur: quem nobis a patria nostra in hunc carcerem usque demissum firmiter tenemus.

Rom. 6.

Eccl. 4.

I 5

ncamus,

neamus, ut ipse nos subleuet, ipse nos trahat & pertrahat usque ad conspectum gloria magni Dei: qui est benedictus in secula.

Alia D. Bernardi fiducia.

CAPVT. XXVIII. **F**ateor, non sum dignus ego: nec propriis possum meritis Regnum obtinere caelorum. Caterum duplici iure illud obtinens Dominus meus IESVS CHRISTVS, hereditate scilicet Patris, & merito Passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi vendicans, non confundor.

Vitz Bernardi lib. 1. cap. 12.

De Spe, Meditatio eiusdem D. Bernardi: ad versiculum Psalmi 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, &c.

CAPVT.

XXIX.

Serm. 15. in Psalm. Qui habitat.

Psalm. 21.

Ecc. 2.

Psalm. 61.

Deut. 11.

Dulcissima liberalitas, in se sperantibus non deesse. Hoc enim totum hominis Meritum, si totam spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fecit. In te sperauerunt Domine patres nostri: sperauerunt, & liberaasti eos. Ad te clamauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi. Quis enim sperauit in te, & confusus est? Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in aeternum. Quemcunque, inquit, locum calcauerit pes vester: vester erit. Pes noster, utique Spes nostra: quantumcunque illa processerit, obtinebimus: si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, & non turbetur.

CAPVT.

XXX.

August. 83. Quest. ca. 61

De eadem Spe, dulcissima D. Augustini Sententia.

Christo duce ab oneribus & laboribus huius peregrinationis nostrae, tanquam ab Aegypto libera-

mur: & persequentia nos peccata sacramēto Baptisma-
tis, nobis euadentibus, obruuntur. Et quando in spe su-
mus eius promissionis quam non videmus, tanquam per
deserta ducimur, consolante nos in sanctis Scripturis
Verbo Dei: sicut illos Manna de calo. Et eodem ipso du-
ce in Hierusalem celestem, tanquam in terram pro-
missionis, introduci nos posse presumimus: & in aeternum
ibi regnante ipso & custodiente seruari.

Vita & Beatitudinis aeternae umbratilis descriptio:
ad inflammandum aegroti animum.

EST autem Vita & Beatitudo aeterna, fruitio Sum-
mi Boni, videlicet ipsius Dei, uberrimi fontis &
thesauri omnium bonorum: in qua omnes pii homines,
qui in vera & viua fide & innocatione filij Dei ex hac
vita decesserunt, resuscitati ex mortuis, & penitus ab
omni malo liberati, caestorum Angelorum ac totius Ec-
clesiae caelestis collegio coniuncti, Deum Patrem, & Filium,
& Spiritum sanctum, non iam per speculum & in ani-
gmate, sed facie ad faciem intuebuntur: & expertes om-
nium calamitatum, arummarum, morborum, laborum
& dolorum, laeti uiuent: & ineffabili gaudio Deum in
omni aeternitate celebrabunt. Mundus hic nihil est a-
liud, quam vallis lachrymarum: & tota hac mor-
talis hominum vita plena omni genere miseriarum:
sed has omnes absterget in futura vita ac poeni-
tus tollet filius Dei, absorbens mortem in victoria:
& auferens opprobrium populi sui de vniuersa terra.
Intanta felicitate iusti in perpetuum uiuent: accep-
to iam Regno decoris, & Diademate speciei de ma-
nu Domini. De quo Apostolus Paulus: Per multas,
inquit, tribulationes oportet nos intrare in Regnum
Dei: cuius haeredes filij excelsi omnes, procul ab omni

CAPVT.
XXXI.

1. Cor. 13.
Apoc. 7. 22.

Psal. 83.

1. Cor. 15.

Esa. 25.
Sap. 5.
Act. 14.

Psal. 81.

con-

Iob 5.
Sap. 5.

contagione peccati, & ab omni Dæmonum impugnatione securi, nullum ultra timebunt malum: etenim dextera sua Dominus reget eos, & in brachio sancto suo defendet illos.

Psal. 83.

Hoc Regnum caeleste, Tabernacula sunt & atria, de quibus Psalmista canit: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Quia melior est dies vna in atris tuis super millia. Hac Tabernacula sanitatis & securitatis: & Paradisus, cuius fructus incorruptus perseverat: in quo est securitas & medela. De ysaie in Esaia dicit Dominus: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta. Hoc pasqua illa vberissima: Pasqua pinguis, montium excelsoꝝ Israë: in quibus requiescet Christi ouicula in herbis virentibus, &c.

4 Esdr. 7.

Esa. 31.

Ezech. 34.

Psal. 26.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Psal. 64.

Psal. 35.

Hoc regnum, Terra est illa viuentium: in qua credimus nos visuros tot ac tanta Bona Domini, expectantibus & diligentibus ipsum preparata, qua nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: quorum non modo replebimur vbertate, sed & inebriabimur plane, sicut scriptum est: Filij hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue, & torrente voluptatis tue potabit eos. Quoniam apud te est fons vite, & in lumine tuo videbimus lumen.

Apoc. 21.

Hoc, Civitas sancta Hierusalem: de qua S. Ioannes in Apocalypsi sic loquitur: Platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Et Civitas non eget sole neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam: &

lucer-

lucerna eius est Agnus. Ac rursum: Et nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucerna, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt in secula seculorum. Apoc. 22.

De hac sancta Civitate propheta Esaias dicit: & faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiae: pinguium medullatorum, vindemia defecata. Per montem hunc intellige montem Sion: id est, caelestem Hierosolyman, in qua exhibebit Dominus omnibus in uniuersum fidelibus electis conuiuium exquisitissimum & delicatissimum: cuius lautitia in iis rebus sita erunt, in quibus vita aeterna: nepe non in cibo aut potu, sed in fruitione summi boni, quod Deus ipse est: quo beati illi, in aeterna illa Hierusalem, sempiterno auro fruuntur. Vnde regius ille Propheta David canit: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Item: Adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. Psal. 16.
Psal. 15.

Nimirum hoc est Conuiuium illud, ad quod Angelus in Apocalypsi nos inuitat: dicens: Venite & congregamini ad cenam magnam Dei. Apoc. 19.

O gloriosum conuiuium: o sedes illas caelestes, aeternaque domicilia: in quibus beatorum mentes diuinis oblectationibus repletae, caelestium bonorum copia redundant. Et coronis adornati, celebresque cantantibus Angelis regio throno assistent, quicumque hic bona fecerunt: quiq; digni fuerunt reperti aeterna vita. Quodq; omnium est maximum, continua fruuntur conuersatione cum Christo, una cum Angelis, cum Archangelis, cum superioribus Potestatibus. Etenim Conuentus est illic, non hominum solum, sed eorum qui homines antecellunt, Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatum, Potestatum: qui exuperat omne pretium. Chryl. epist. 5. de repa. lapsi.

pretium auri, lapidum pretiosorum, radiorum solis, & omnis visibilis forma. De Rege ipso nihil satis idoneum dici potest: adeo sermonem & mentem omnem excedit eius pulchritudo, formositas, splendor, gloria, maiestas magnificentia. Petrus dixit: Bonum est hic nos esse. Si Petrus, qui vidit obscuram quandam in monte imaginem futurorum, omnia continuo reiecit ab animo propter voluptatem inditam anima à tali aspectu: quid dicemus, quando rerum veritas aderit: quando regis cubiculis adaperitis contueri licebit ipsum Regem, non per anigma, nec per speculum, sed facie ad faciem?

Matth. 17.
Luc. 9.

1. Cor. 13.

Pfalm. 45.
Pfalm. 35.
Pfalm. 22.
Apo. 14.
Apo. 7.

O gloriosa Civitas Dei, quam latificat fluminis impetus, voluptatis torrens, calix inebrians quam praeclarus: in qua cum Christo gaudent Sancti Dei, amicti stolis, sequentes Agnum quocumque ierit. Et cantant Domino, cum S. Angelis: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & Agno, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum Amen. Quo cantico in gloria Gratiae Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto illi incundius civitati.

August. de
Civit. Dei.
lib. 2. c. 39.

De eadem Vita & Beatitudine aeterna, D. Cypriani Episcopi & Martyris sententia.

CAPVT

XXXII.

Serm. de Ascensione
Domini.

EXultabunt sane Sancti in gloria: videbunt Deum, & gaudebunt, letabuntur, & delectabuntur, & fruuntur gloria: & in felicitate incundabuntur aeterna. Ibi non gustabunt, quae suavis est Deus, sed implebuntur & satiabuntur dulcedine mirifica: nihil eis deerit, nihil oberit: omne desiderium eorum Christus praesens implebit. Non senescunt, non tabescent, non putrescet amplius: perpetua sanitas, felix aeternitas, beatitudinis illis sufficientiam confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris: non

ulla

illa exurget rebellio carnis: sed totus hominis status pudicus & pacificus: sana ex integro natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erit denique omnia in omnibus: & illius presentia omnes anima & corporis implebit appetitus: cessabuntq; de cetero consummatis omnibus ministratorij angelicarum virtutum discursus. & impleta ordinataq; omnino Ciuitate Dei, nec inuouabitur nec mutabitur ultra fixa & consummata Beatitudinis status. Ei igitur ante cuius tribunal stabimus, qui nunc vultus Dei apparet pro nobis, cui de nobis tanta cura fuit, ut pro nobis vellet nasci & mori, in presenti quasumus, ut sit cura curandi nos, & nobis auctoritatem & potestatem iudicandi nosmetipsos & corrigendi concedat: ut in illo terribili iudicio suo inter electos suos congregati, liberiq; a seruitute & captiuitate, caelestibus ciuibus coniungamur: & fruamur bonis, quae ipse diligentibus se reppromisit: quae nec oculus vidit, nec auris audiuit.

2. Cor. 1.
Heb. 9.

Esa. 64.
1. Cor. 2.

Ab historia Transfigurationis Domini in monte Thabor: Consolatio. Ex Matthaei Cap. 17. Lucae Cap. 9.

Historia Transfigurationis D. N. Iesu Christi in monte Thabor, proponit nobis letam imaginem lucis, splendoris, maiestatis & gloria: qua omnes in Christum credentes, pieq; viuentes, per vocem filij Dei, & extremam tubam, ad immortalitatem ex terra puluere resuscitati, a Deo in aeterna vita exornabuntur. Vt enim Christus presentibus Mose & Elia, & tribus discipulis suis Petro, Iacobo & Ioanne, transformatur: & facies eius induit formam, splendorem & claritatem, qualis est fulgor radiorum solis: color autem vestimenti eius albus & resurgens, seu, ut Marcus Euangelista

CAPVT
XXXIII.

Ioan. 6.
1. Theff. 4.

habet

Mat. 9.

Philip. 1.

Mat. 13.
1. Cor. 13.

Pfalm. 83.

Apoc. 19.

habet, candidus nimis velut nix: Sic piorum corpora à filio Dei in extremo iudicio resuscitata, & animabus suis rursus iuncta, ab omnibus peccatorum & mortalitatis sordibus defecata, atque corpori Christi glorioso conformia facta, eodem splendore & claritate fulgebunt. Ac, ut Petrus intuens maiestatem glorificati corporis Christi, & audiens inter se suauissime colloqui Christum, Moysen & Eliam, pra immenso gaudio lata voce exclamavit: Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum: ita & nos, qui per Christum aeterna vita haeredes erimus in caelo, ineffabili gaudio exultabimus: ubi Deum, ac sanctos Angelos, & copiosam illam multitudinē beatorum hominum clarificatorum, & sicut Sol fulgētium, facie ad faciem videbimus: & dulcissima eorum consuetudine, suauissimoq; colloquio perfruemur. Tunc praletitia inenarrabili exilientes, exclamabimus cum Propheta David, Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Et in vocem illā, quae de throno Dei exiit, exultabundi prorumpemus: ALLELUIA. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro est. ALLELUIA. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum pusilli & magni. ALLELUIA: quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens, Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae Agni.

CAUSA VII.

CAPVT. XXXIII.

Rom. 1.

De Conscientia scelerum, ac metu Iudicij Dei, & Gehennae ignis.

Postremum, quod mortem maximè amarum facit & formidabilem, & vehementius pra alijs omnibus mentem hominis concutit, Conscientia scelerum est: cuius meminit Apostolus Paulus ad Romanos sic scribens: Tribu-

Tribula
rantis m
illis conf
cum ad
accusat.
torum m
petratog
illa tam
re. Ipsa n
quiescit:
& dormi
florum e
nitatem
iungunt,
Iudicium
Non intr
Dolores i
mani fest
nusquisq
malum. E
quod locu
Iudicij. E
vite: qui
ibunt hi i
Adue
pia vita:
ter obser
fuis dicit:
stabit mo
non peccet
test. M
Dei Verb
peccato ad

Chrysoft. in
Genes. in
Hom. 17.

Psal. 42.
Psal. 17.
2. Cor. 5.

Matt. 22.
Ioan. 5.
Matt. 25.

Ioan. 8.
3. Reg. 8.
Ecel. 7.
Prouerb. 10.
Heb. 4.

Tribulatio & angustia in omnē animam hominis operantis malum. Et paulo post: Testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Quippe index incorruptus, cum aduersus hominem exurgit, clara voce clamat & accusat. Et ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinē. Et licet quis admissio peccato perpetratoq; aliquo facinore illicito omnes homines calet, ab illa tamen accusatrice Conscientia non potest delitescere. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nūquam quiescit: sed & domi, & in foro, & in tēplis, & in mensa, & dormientem, & surgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obq; oculos proponit & delictorum gravitatem & subsecuturam poenam. Huic statim se adiungunt simulq; pungunt & excruciant tremendū Dei Iudicium, & Gehenna ignis merus. Sicut David dicit: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Item: Dolores inferni circumdederunt me. Omnes autem nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonū siue malum. Et Christus D. N. dicit: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddēt rationem de eo in die Iudicij. Et procedēt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Et ibunt hi in supplicij aternū: iusti autē in vitā aternam.

Aduersus ea mala non est efficacius remediū, quāmpia vita: qua in eo consistit, ut Dei voluntatem diligenter obseruemus, & alacriter perficiamus. Sicut Christus dicit: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Sed quia non est homo qui non peccet, ut Scriptura dicit: nec quisquam dicere potest, Mundum est cor meum, purus sum à peccato: ideo Dei Verbo peccatoris confirmandus est animus, ut se à peccato ad gratiam subleuet: & ad thronū gratia Dei

K

6477

146 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VII,
cum fiducia accedere audeat. Qui non modo paratus
est peccatorem verè ac seriò pœnitentem suscipere: ve-
rumetiam dulcissimis verbis ad se inuitat; & firmissi-
mis promissionibus ad pœnitentiam pronocat.

Serm. 181.
de Tempore.

Apoc. 1.

1. Ioan. 1.

Ioan. 13.

Matth. 6.
Luc. 11.
Luc. 24.

Lud. Berus
de Prepar.
ad mor.

Primum itaque attentè considerandus est Fidei no-
stra articulus, de Remissione peccatorũ: quia hoc vnum
est Remedium, ait D. Augustinus, quod humanum ge-
nus à sententia perpetua mortis absoluat. Dicimus au-
tem: Credo Remissionem Peccato-
rum. Est enim Christus dilexit nos, & lauit nos à
peccatis nostris in sanguine suo: tamè quamdiu veterem
hunc hominem, carnem peccatricem gestamus, sine pec-
cato vivere non possumus. Sic namque Ioannes Aposto-
lus scribit: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est &
iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos
ab omni iniquitate. Ideo D. N. Iesus Christus ad Pe-
trum dicit: Qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet.
Pedes hominis quantumvis loti ac mundati, facile coin-
quinantur: ita quoq; Christiani hominis animus, etiamp;
in Baptismo purificati, peccatorum tamen sordibus, pro-
pter vitiosos illos affectus, quibus ad peccandum incli-
natur, in pedum nomeclatura significatos, facillimè pol-
luitur. Et in Oratione Dominica iubemur semper ora-
re: Dimitte nobis debita nostra, hoc est, peccata nostra.
Ergo quoniam in Ecclesia Christus semper peccatori
habet: semper vult predicari in nomine suo pœnitentiam
& remissionem peccatorum in omnes gentes.

Deinde ad confirmandum hunc Fidei nostre articu-
lum, de Dei Misericordia & Bonitate hoc pacto cogi-
tandum est & credendum. Nulli hominum quãtumvis
enormibus peccatis & sceleribus grauato, de salute con-
sequenda desperandum est, toto hoc tempore huius vitæ:
quod est tempus Gratia & Misericordia. Ecce, inquit
Apostolus

*Apostolus, nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salu- 2. Cor. 6.
luis. Nam in infinitum maior est Dei Misericordia, quam omnia omnium hominum peccata. Et ut infinita est divina Misericordia: ita incomprehensibilis est Dei Bonitas, & omnino immensa: ad quam cuilibet peccatori penitenti tutissimum est asyllum. uti sequenti Capite docebitur.*

Vide quæ habentur infra, libro 7. vel ultimo. Cap. 6.

Quomodo Peccatoris animus, verè tamen penitentis, ex diuinæ Misericordiæ & Bonitatis consideratione sustentari debet & roborari.

IN felix ille Cain, cum fratrem occidisset, Dei voce **CAPVT**
dicentis, Ubi est Abel frater tuus? ad penitentiam xxxv.
benignè pronocatus, contumaciter respondit: Nescio. Genes. 4.
nunquid custos fratris mei sum ego? Et amplius increpatus, contumeliosè ita ad Deum locutus, imò mentitus est: Maior est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.
Respondet S. Bernardus, Absit, absit. Maior enim est eius Pietas, quàm quænis iniquitas. Vis cognoscere, quàm illa omnibus verè penitentibus parata sit atque exposita? Audi Prophetam David. Dixi, inquit, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Nondum confesso, sed tantum meditantem confessionem occurrit Dei Misericordia. Itaque qui Dei Benignitatè experiri desiderat, qui ad ipsum confugit, non tã citò penitendine duci poterit, nõ ita de peccatis seriò ingemiscere, quin anteuertat illũ Bonitas & Clemètia Dei. Nec sustinet benignissimus ac clemetissimus Deus eiusmodi opinionè de se haberi, ut hominis cõuersio, aut cõuertendi voluntas remorã aliquam patiatur ex defectu Gratia sua: magnitudo bonitatis & charitatis, qua hominem prosequitur, nequaquam hoc permittit. Propterea & Christus non polli-

Serm. 11. super Cantica.

Psal. 31. August. de saluta. Documentis. cap. 56.

Lud. Berus.

cerur tantum peccatorum remissionem & gratiam suam, sed eam offert etiam: nosq; blandissimis verbis ad se inuitat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos: Propterea & non rogatus diuertit in domum Zachari principis publicanorum, desiderantis duntaxat videre eum transeuntem, adfirmans illius domui factam salutem: quodq; filius homini venit querere & saluum facere quod perierat.

Math. 11.

Luc. 19.

Psal. 88.

Psal. 106.

Psal. 144.

Ezech. 18.

2. Cor. 1.

Psal. 144.

Nec ullam in Deo virtutem vsque adeo pradicant S. Litera, vt eius Misericordiam & Bonitatem. Quocirca Dauid Rex exultans, Misericordias, ait, Domini in aeternum cantabo. Ac rursum: Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Item: Suavis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Qui nullum excipit peccatorum genus vel numerum, sed quotquot peccata, quantumuis graua commiserimus, etiam post illorum frequentissimam remissionem, si respiscimus, denuo remittit, & recipit in amicorum numerum: omniumq; iniquitatum obliuiscitur. Nullius malitia aut infirmitas tanta esse potest, vt Misericordiam Dei superet: qua modum & terminos non nouit. Est Deus omnipotens: pari facilitate innumeras peccatorum myriadas in momento remittit, sicut vnum peccatum. Recte igitur in diuinis literis Deus pater dicitur misericordiarum: item, Misericors & misericors: ob excellentem nimirum Misericordiam magnitudinem, vt qui post maximorum beneficiorum collationem, & frequentissime concessam peccatorum veniam, toties reuerteratis vicibus a nobis spretus desertusque, nos nihilominus tolerat, atque ad poenitentiam inuitat: poenitentes vero benignè suscipit: & commissorum omnium nihil recordatus, in aeterna nos Regni sui caelestis hereditate constituit, tanquam filios & haeredes.

Eiusdem

Eiusdem
tum, quod
est summi
trum A
vt horum
nie reliq
scribit: E
Christus
uos facer
diam con
fius Iesu
qui credi
templis l
vt ad pec
firmen:
erga omni
neant. Q
eodem ex
cum Pet
lachrym
nertere a
calu, & c
Et haec
quoque d
ritate dic
Quomo
tens,
num c
mari o
EX in
E Don
tempecc

Eiusdem est Misericordia & Bonitatis argumen-
tum, quod nostra saluti consulens Dominus Deus, passus
est summos & probatissimos, ut Prophetâ David, Pe-
trum Apostolum, & alios, in graviora crimina prolabi:
ut horum exemplo consolaretur & erigeret ad spem ve-
nie reliquos peccatores. Sicut S. Paulus de semetipso
scribit: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod
Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores sal-
uos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericor-
diam consecutus sum: ut in me primò ostenderet Chri-
stus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum
qui credituri sunt illi in vitam eternam. Atque ideo in
templis leguntur & recitantur lapsus sanctorum, non
ut ad peccandum nos inuitent, aut in peccatis nos con-
firmant: sed ut de Pœnitentia, & Dei Misericordia
erga omnes peccatores pœnitentiam agentes nos admo-
neant. Quamobrem si peccasti cum Davide, dic cum
eodem ex toto corde tuo: Peccavi Domine. Si deliquisti
cum Petro & Paulo, cum Maria Magdalena: funde
lachrymas cum eisdem: ede ingenuam confessionem: re-
uertere ad Dominum Deum, dicens: Pater, peccavi in
causâ, & corâ te. & Misericordia Domini circumdabit te.
Et hæc quidè de Dei Misericordia & Bonitate. Nunc
quoque de diuinarum Promissionum certitudine ac ve-
ritate dicendū. Vide quæ infra habentur, lib. 7 cap. 6.

1. Tim. 1.

2. Reg. 11.

Luc. 22.

1. Tim. 1.

Luc. 7.

Luc. 15.

Psal. 31.

Quomodo Peccatoris animus ad Deum se conuer-
tens, in Dei Verbo, diuinarumque Promissio-
num certitudine ac veritate, erigi atque confir-
mari debet.

EX inexhausto illo diuina Bonitatis fonte, iuxta quâ
Domini misericordia plena est terra: nec vult mor-
tem peccatoris, sed magis ut conuertatur & viuat: pro-
fluxerunt

CAPVT.

XXXVI.

Psal. 31.

Ezech. 18. 33

K 3

fluxerunt

fluxerunt tot insignes ac suaves Promissiones, in diuinis
 literis consignatae: qua de Dei erga nos voluntate testi-
 ficantur. His omnino peccatoris animus ad Deum se
 conuertentis ac vere penitentis, erigi ac confirmari de-
 bet. Quaecumq; enim scripta sunt, ait Apostolus Pau-
 lus, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patien-
 tiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.
 Ac de diuinarum Promissionum certitudine ac verita-
 te sic dicit: Quotquot promissiones Dei sunt, in illo est:
 hoc est, ratae sunt ac firmae. Itaque quisquis putat Deum
 magnitudine peccatorum victum seu multitudine, non
 posse ignoscere vel remittere: detrahatur illi Omnipoten-
 tiam. Si non velle existimat, quod potest: mendacem
 eum facit & vanum, qui nolit praestare quod toties per
 Prophetas ac seipsum, etiam iuramento promisit. Quod
 vel cogitare saltem, scelus est. Sic autem in libro Sapientie
 legitur: Tu Dominator virtutis cum tranquillitate
 iudicis, & cum magna reuerentia disponis nos: SUB-
 EST ENIM TIBI, CVM VOLVERIS, POSSE; Et bona
 spei fecisti filios tuos, quorum parentibus iuramenta &
 conventiones dedisti bonarum Promissionum. De Dei
 autem in promissis VERITATE, Propheta David sic
 canit: In eternum Domine Verbum tuum permanet
 in caelo. In generatione & generationem Veritas tua.
 Ac rursum: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis:
 & sanctus in omnibus operibus suis. Et vniuersa S.
 Scriptura testatur Deum esse veracem. De hominibus
 autem vere dicit Propheta David: Omnis homo mendax.
 Et reuera sio est. At aliter affectus est Deus, qui est
 verax, imo VERITAS IPSA. Ipse neminem fallit: ne-
 minem decipit, nec sua spe & expectatione quenquam
 frustratur: non est vanus polliciator, aut promissor inani-
 nis: more hominum, qui rumpunt foedera, rescindunt
 pacta,

Rom. 15.

2 Cor. 1.

Sap. 12.

Psal. 118.

Psal. 144.

Psal. 115.

pacta, po-
 buntur:
 nemo tut-
 sunt alie-
 magis fid-
 ob id sum-
 vota spes-
 cit: Deu-
 timini ac-
 Deus, &
 de ore me-
 Jeremia:
 illud. Q-
 homo, vt
 Dixit er-
 Ad eum
 terna pro-
 possibile
 Valia
 TIONES,
 sua spe:
 firmam
 maus, si
 Domine,
 in humil-
 neris De-
 propitiat
 mine. Su-
 ma mea
 Regis Io-
 Deo vest-
 sancta c-

pacta, pollicitis vafricie quadam se eximunt, atq. elabunur: qui sunt omnino leues, fraudulentis, infidi: ut nemo tuo possit illis fidere. Quae vitia à Dei Maieftate sunt alieniffima; fed est constans, stabilis, firmus: summaq. fide praestat & exoluit, quod est pollicitus. Cui ob id summa fiducia inmitendum: in quem omnia nostra vota, spes, desideria transferenda. Ideo ipse in Esaia dicit: Deus iustus & saluans non est praeter me. Conuer-
 timini ad me, & salui eritis omnes fines terra: quia ego Deus, & non est alius. In memetipso iuranti, egredietur de ore meo iustitia verbum, & non reuertetur. Et in Ieremia: Vigilabo ego, ait, super Verbo meo, ut faciam illud. Quapropter Bulaam dixit: Non est Deus quasi homo, ut mentiat: nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? Ad eundem modum & S. Paulus ait: Spem vitam aeterna promissit, qui non mentitur Deus. Et iterum: Im-
 possibile est mentiri Deum.

Esa. 45.

Ierem. 7.
Num. 23.Tit. 1.
Hebr. 6.

Validum igitur Dei VERBUM, eiusq. POLLICITATIONES, exhibent Consolationem, ut potiamur propria spe: quam sicut ancoram habemus anima tutam ac firmam. His semet Propheta Dauid erexit & confirmavit, sicut dicit: Memor esto Verbi tui seruo tuo Domine, in quo mihi spem dedisti. Hac me consolata est in humilitate mea. Et iterum: Si iniquitates obserueris Domine, Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in Verbo eius: speravit anima mea in Domino. Proinde in conspectu sit semper, pijs Regis Iosaphat admonitio: Credite, inquit, Domino Deo vestro, & securi eritis: credite Prophetis eius, & cuncta cuenient prospera.

Ibid.

Psal. 118.

Psal. 129.

2. Par. 20.

De certò promissa verè pœnitentibus peccatorum
venia; Testimonia S. Scripturæ, Dei viui & veri
Verba referentis.

HÆC DICIT DOMINVS DEVS.

CAPVT
XXXVII.
Exod. 10.

EGO sum Dominus Deus tuus, faciens misericor-
diam in millia his qui diligunt me, & custodiunt
præcepta meâ.

Esa. 1.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix de-
albuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut
lana alba erunt.

Esa. 30.

Si reuertamini & quiescatis, salui eritis.

Esa. 43.

Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas pro-
pter me, & peccatorum tuorum non recordabor.

Esa. 44.

Seruus meus es tu Israël, non oblitiscaris mei. De-
leui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam pec-
cata tua: reuertere ad me, quoniam redemi te.

Esa. 45.

Nunquid non ego Dominus, & non est ultra Deus
absque me? Deus iustus & saluans non est præter me.
Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terra.

Esa. 54.

Sicut in diebus Noë istud mihi est, cui iuravi ne in-
ducerem aquas diluuij ultra supra terram: Sic iuravi,
vt non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim
commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia
autem mea nõ recedet à te, & fœdus pacis meæ non mo-
uebitur. Dixit miserator tuus Dominus.

Esa. 55.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus co-
gitationes suas: & reuertatur ad Dominum, & misere-
bitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad
ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes
vestræ: neque via vestra, via meæ. Quia sicut exaltan-
tur cali à terra, sic exaltata sunt via meæ à vijs vestris,
& cogitationes meæ à cogitationibus vestris.

Vulgo

Vulgo dicitur, Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nūquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Reuertere auerſatrix Iſraël, & nō auertam faciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, & non irascar in perpetuum.

Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras.

Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi ut facerem ei.

Ego ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos: cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem & patientiam. Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos.

Ecce dies veniēt, & ſeriā domui Iſraël & domui Iuda ſedus nouū, &c. Dabo legem meā in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deū, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognosce Dominum. omnes enim cognoscent me, à minimo eorum uſque ad maximum: **QVIA PROPITIABOR INIQUITATI EORVM, ET PECCATI EORVM NON MEMORABOR AMPLIVS.**

Nunquid voluntatis mea eſt mors impij, & non ut conuertatur à viis ſuis, & uiuat? Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiците à vobis omnes prauaricationes veſtras, in quibus prauaricati eſtis, & facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum: & quare moriemini domus Iſraël? Quia nolo mortem morientis,

Ezech. 20. Et scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus

Ezech. 33. Israël.

Dic ad eos, ait ad Ezechielem: Viso ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua, & uiuat. Conuertimini à viis vestris pessimis: & quare moriemini domus Israël?

Misericordiam volui, & non sacrificium.

Osee 6. Osee 11. Non faciam furorem ira mea: non conuertar ut disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo.

Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu & planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multa misericordia, & prestabilis super malitia.

Zach. 1. Zach. 8. Conuertimini ad me: & conuertar ad vos.

Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum ad iracundiam pronocassent patres vestri me, & non sum misertus: sic conuersus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam domui Iuda & Hierusalem: nolite timere.

Alia S. Scriptura loca, de Dei erga peccatores patientes Bonitate & Misericordia testificantia.

CAPVT
XXXVIII.
Exod. 34.

Moses ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multa miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui auferis iniquitatem, & scelera, atq. peccata, nullusq. apud te posse innocens est. Obsecro ut auferas iniquitates nostras atque peccata, nosq. possideas.

Psal. 24. Dauid Rex & Propheta. Vniuersa via Domini, misere-

miserico
& testin
Spera
Re
fide. Di
Domini
Mise
ratione
in ore m
adificab
Disposu
meo. Si
in iudic
prophan
stabo in
cata eor
gam ab
phanab
labiis m
Mi
multa
misertu
gnouit
pulis
agri sic
Ap
redem
Mi
tum m
tionis
omnes
Q
rum.

*miser cordia & veritas, requirētibus testamentum eius
& testimonia eius.*

Sperantem in Domino misericordia circundabit. Psal. 31.

Psal. 32.

*Rectum est Verbum Domini, & omnia opera eius in
fide. Diligit misericordiam & iudicium: misericordia
Domini plena est terra.*

Psal. 88.

*Misericordias Domini in aeternum cantabo. In gene-
ratione & generationem annuntiabo veritatem tuam
in ore meo. Quoniam dixisti, In aeternum misericordia
aedificabitur: in calis preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis, Iuravi David seruo
meo. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, &
in iudiciis meis non ambulauerint: Si iustitias meas
prophanauerint, & mandata mea non custodierint: Vi-
sistabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus pec-
cata eorum. Misericordiam autem meam non disper-
gam ab eo; neque nocebo in veritate mea. Neque pro-
phanabo testamentum meum, & quae procedunt de
labijs meis non faciam irrita.*

Psal. 102.

*Miserator & misericors Dominus, longanimis &
multū misericors. Quomodo miseretur pater filiorum,
miseratus est Dominus timentibus se: quoniam ipse co-
gnouit fomentum nostrum. Recordatus est quoniam
pulsus sumus, homo sicut foenum dies eius: tanquam flos
agri sic efflorescit.*

Apud Dominum misericordiar: & copiosa apud eum Psal. 119.
redemptio.

Psal. 144.

*Miserator & misericors Dominus: patiens & mul-
tum misericors. Suavis Dominus vniuersis: & misera-
tiones eius super omnia opera eius. Alleuat Dominus
omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.*

Psal. 146.

*Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eo-
rum. Beneplacitum est Domino super timentes eum, &
in*

in

Sap. 11.

Salomon Rex: *Misereris omnium, quia omnia potes Domine: & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. Diligis enim omnia quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti: nec odians aliquid constituisti aut fecisti. Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. O quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus.*

Sap. 12.

Sirach. *Respicite filij nationes hominum: & scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & desepxit illum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.*

Eccl. 2.

Miseratio hominis circa proximum suum: misericordia autem Dei super omnem carnem.

Eccl. 18.

Isa. 30.

Elaias Propheta. *Propterea expectat Dominus ut misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus. Beati oēs qui expectant eum.*

Mich. 7.

Michæas Proph. *Quis Deus similis tui, qui auferit iniquitatem, & transfert peccatum reliquiarum hereditatis tuae? non immutet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra.*

2 Reg. 14. *Non vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.*

2. Paralipomenon 30. *Pius & clemēs est Dominus Deus: & non auertet faciem suam à vobis, si reuerſi fueritis ad eum.*

4. Elctæ 2. *Misericors sum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos (populus meus) vsque dum venio*

venio, & praestem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.

Tobias. Cum iratus fueris, misericordiam facis, & in Tob. 3.
tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te.

Conuertimini peccatores, & facite iustitiam coram Tob. 13.
Deo, credentes, quod faciat vobiscum misericordiam suam.

Ex nouo Testamento.

IESVS CRISTVS D. N. Oportebat Christum Lue. 24.
pati, & resurgere a mortuis tertia die: & predicari in
nomine eius paenitentiam, & remissionem peccatorum
in omnes gentes.

S. Petrus. Huic omnes Prophetae (Christo Iesu D. N.) Acto. 10.
testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere
per nomen eius omnes qui credunt in eum.

Patienter agit Dominus propter vos, nolens aliquos 2. Petr. 3.
perire, sed omnes ad paenitentiam reuerti.

S. Paulus. Non est distinctio Iudaei & Graeci: nam Rom. 10.
idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant
Ioc. 2.
illum: Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini,
saluus erit.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quod Chri- 1. Tim. 1.
stus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos face-
re, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam con-
secutus sum: ut in me primo ostenderet Christus Iesus
omnem patientiam, ad informationem eorum qui credi-
turi sunt illi in vitam aeternam.

Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitio- 1. Tim. 2.
nem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & media-
tor Dei & hominum, homo CHRISTVS IESVS: qui de-
dit redemptionem semetipsum pro omnibus.

Non

Non satis esse, credere quòd Deus peccata remittat & donet: sed hoc addendum, vt & hoc credas, quia per ipsum **TIBI** peccata donantur: & generales Dei Promissiones ad te quoque priuatim ac propriè pertinere. Egregia D. Bernardi Sententia.

CAPVT
XXXIX.
Serm. 1. de
Annunciât.
Mar.

Necessè est primò omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse. Postremò quòd eternam Vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur & illa. Quis enim potest facere mundum de mundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? Vtique quòd factum est, non potest non fieri: ipso tamen non imputante, erit quasi non fuerit. Quòd propheta quoque considerans, ait: *Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.* De operibus verò bonis, certum omnino est, quòd nemo hac habeat à seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra: quanto minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Jam verò de eterna Vita scimus: quòd non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam: nec si vnus omnes sustineat. Neq. enim talia sunt hominū merita, vt propterea Vita eterna debeatur ex iure: aut Deus iniuriam faceret nisi eam donaret. Nam vt taciam quòd merita omnia Dei dona sunt, & ita homo magis propter ipsa Deo debitor est quàm Deus homini: quid sunt Merita omnia ad tantam gloriam? Denique quis melior est propheta, cui Dominus ipse tam insigne testimonium perhibet dicens: *Virum inueni secundum cor meum.* Veruntamen & ipse necesse habuit dicere Deo, *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.*

Psal. 31.

Rom. 8.

3. Reg. 11.

Psal. 142.

S. S.
mine. V
cium: se
rum fide
posse del
rum no
das: qui
testimon
ctus, die
buratur
dem. Ita
nisi per
num Sp
Sic & d
Spiritu
TVRV
rina: &
monia i
sione qu
mentum
quidem
sanguin
sionem o
peccata
caciore
malum
minus e
resurre
spe Prae
quia as
tria in
cui non
tus vir
quem el

mine. Verum hæc quæ nunc diximus, non omnino sufficiunt: sed magis initium quoddam, & velut fundamentum fidei sunt habenda. Ideoq; si credis, peccata tua non posse deleri, nisi ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum nõ cadit, bene facis: sed adde adhuc, ut & hoc credas: quia per ipsum **TIBI** peccata donantur. Hoc est testimonium quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus, dicens, Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus gratis iustificari hominem per fidem. Ita de Meritis quoque si credis non posse haberi, nisi per ipsum, non sufficit: donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis: quod **HABES** ea per illum. Sic & de Vita eterna habere necesse est testimonium Spiritus: quod ad eam diuino **SIS** munere **PERVENITURVS**. Ipse enim peccata condonat: ipse donat Merita: & Premia nihilominus ipse redonat. Porro testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nam de Remissione quidem peccatorum, validissimum teneo argumentum, **DOMINICAM PASSIONEM**. Vox siquidem sanguinis eius inualuit multo plus, quam vox sanguinis Abel: clamans in cordibus electorum remissionem omnium peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra. Nec dubium quin potentior & efficacior sit Mors illius in bonum, quam peccata nostra in malum. De bonis autem Operibus argumentum nihilominus efficax mihi est, **RESURRECTIO** eius: quia resurrexit propter iustificationem nostram. Porro de spe Præmiorum testimonium, eius est **ASCENSIO**: quia ascendit propter glorificationem nostram. Hæc tria in Psalmis habes, dicente Propheta: *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum. Et alibi: Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Item alibi: Beatus quem elegisti & assumpsisti: habitabit in atriis tuis.*

Vide Rom. 3. & 4.

Heb. 12.

Rom. 4.

Rom. 5.

Psal. 11.

Psal. 33.

Psal. 64.

P A R A

PARABOLAE PRAECIPVAE A FILIO DEI
producta, ad declarandam immentam Dei erga
peccatores Misericordiam.

Parabola de Rege rationem ponente cum seruis
suis. Matthæi 18.

CAPVT.
XI.

I Deo assimilatum est Regnum calorum homini Regi
qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum
cœpisset rationem ponere, oblatu est ei vnus, qui debe-
bat ei decem millia talenta. Cùm autem non haberet
unde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, &
uxorem eius, & filios, & omnia qua habebat, & reddi.
Procidens autem seruis ille orabat eum, dicens: Patien-
tiam habe in me: & omnia reddam tibi. Misertus au-
tem Dominus serui illius, dimisit eum: & debitũ dimisit
ei. Egressus autem seruis ille, inuenit vnũ de conseruis
suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffoca-
bat eum, dicens: redde quod debes. Et procidens conser-
uus eius rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, &
omnia reddam tibi. Ille autem noluit, &c.

PARABOLAE ELVCIDATIO.

Corn. Ianse-
nius in Cõ-
cord. Euãg.

Intentio Domini est, hac Parabola ostendere Deum
Patrem misericordissimum quidem esse erga peccantes:
in eosdem tamen esse seuerissimum, si nolint illi vicissim
benigni esse erga peccantes fratres & conseruos. Enim-
vero, Deum Patrem Regem ac Dominum omnium, ra-
tionem quidem requirere factorum ab hominibus: sed
tanta esse benignitatis, ut si quis debitum suorum pec-
catorum, etiamsi maximum sit & plurimũ, cui soluendo
nulla ratione par esse possit, agnoscens sese humiliet, &
eius benignitatem & longanimitatem precetur: ex sola
illius Misericordia maiorem sit consecuturus benigni-
tatem, quàm petere aut sperare ausus fuisset: vnuerſo
illi

illi debito penitus dimisso. Sed rursus detestandā summam ingratitude[m] & crudelitatem eius, qui inopinabilem clementissimi Domini benignitatem expertus in remissione maximi debiti, quo quisque certe Deo est obstrictus, paruum recusat debitum in se admissarum iniuriarum conseruo remittere. Ostendit ergo hac Parabola indulgentissimam celestis Patris clementiam in supplices seruos: si vixissim illi remiserint, unusquisque fratri suo, ex cordibus suis.

Parabola de Publicano. Luc. 18.

Publicanus à longe stans nolebat nec oculos in calum CAPVT.
 leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus XLI.
 propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic
 iustificatus in domum suam.

PARABOLÆ ELUCIDATIO.

Publicanus nihil aliud quàm Misericordiam petit. Nulla preatendit merita: nullas adfert excusationes in peccatis: Sed libere se peccatorem confitetur. Et dum sibi Dei implorat propitiationem, hoc est, placabilitatem: significat id maxime animum ipsius torquere, quòd Deum offensum haberet: nil magis optare, quàm habere eum placatum & amicum. Ad eundem ferme modum precatus est & David, dicens: Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Deinde D. N. Iesus Christus, Dico, inquit, vobis: descendit hic iustificatus in domum suam: hoc est, Dei gratia iustus effectus. In hac autem Domini sententia hoc obseruandum: quanta sit Dei benignitas, qui tam breui oratione, tamque parua pœnitentia superatus, mox pœnitentem in gratiam recepit. Neque enim Deus verba tantummodo audiuit, verumetiam animum inspexit: quem cum humiliatum contritumque comperiret, misertus benignissime egit.

L Para-

Cornilansenius.

Psal. 24.

Parabola de duobus Debitoribus. Lucae 7.

CAPVT
XLII.

Duo debitores erant cuidam foeneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit utrisque, &c.

PARABOLÆ ELUCIDATIO.

Declarare volens D. N. Iesus Christus, quàm sit omnibus peccatoribus, ad exemplum mulieris peccatricis penitentibus, clemens & benignus: profert in medium illustrem illam similitudinem, de duobus Debitoribus quibus non habentibus vnde redderent, Creditor donauit utrisque, & omne debitum remisit. Debitores autem sunt omnes homines, Creditor verò Deus: qui nobis sua dona distribuit, vt eis ad gloriã ipsius, & proximi utilitatem vtamur. Sed nos quicumque sumus, siue multum siue parum acceperimus, donis tamẽ Dei saepe abusus esse fateri oportet: quo factum est, vt ingens debitum contraxerimus: adeo vt alij denarios quingentos, alij quinquaginta debeamus: nemo tamen sit, qui nihil debeat. Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei, teste Apostolo Paulo. Nec est quisquã, qui etiam pro minimo Decalogi praecepto neglecto, ex se potest satisfacere. Si iniquitates obseruaueris Domine, ait sanctus Propheta David, Domine quis sustinebit? Cum igitur non simus soluendo, condonat nobis omnia delicta, debiti nomine significata, piissimus Dominus: & omnia peccata remittit. Quoniam, vt idem Propheta testatur, apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Rom. 3.

psalm. 129.

Para-

Parabola de Oue perdita. Luc. 15.

ERant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oves: & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintano-
CAPVT XLIII.
 um in deserto, & vadit ad illam que perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico vobis: quòd ita gaudium erit in celo, super vno peccatore pœnitentiã agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentiã.

PARABOLÆ ELUCIDATIO.

Hac Parabola Christus calamitatē & periculum, in quod se coniciunt peccatores, declarat & exprimit: tum quanto studio ipse hominis peccatoris salutem desideret: ad hæc, quanta lætitiã afficiatur, cum homo verè & ex animo pœnitens ad Deum conuertitur. Vt enim ouis ab reliquo grege decerrans, vagatur tâtis per, donec fiat præda lupis: sic qui peccatis consentiunt semel, quotidie sunt deteriores: & ex vno delicto in aliud rursus. Quos sine pœnitentiã si inopinata mors oppresserit, diabolus rapit et deuorat. Singuli sumus ouis errans. Esaiã
 LIII. Omnes nos quasi oves errauimus: vnusquisque in viam suam declinavit. Sed vt pastor anxius perditam querit ouem, & inuentam humeris suis imponit, tamq; latus domum desert; & amicos vicinosq; conuocat, atque ad lætitiã cohortatur: ita Christus Pastor humani generis querit peccatorem: quem inuentum po-
 L 2 nit

Esa. 53.

nit super humeros suos, hoc est, super naturam humanam, quam pro nobis assumpsit: in quam onus nostrum transtulit. sicut in Esaiâ quoq. dicitur: Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Ita gestat et perfert Christus onem perditam ad gregem suum. Lætus autem convocat amicos & vicinos: angelos nimirum, eisq. nunciat se inuenisse peccatorem, qui exultantes de penitentia hominis peccatoris, haud dubiè leta voce canunt: Gloria in excelsis Deo. Significauit ergo Christus, se singulariter venisse in hunc mundum, ut peccatorum lucrum faceret: nec indignari oï errabunda ob pristinorum errores, sed singulari dilectione prosequi, nec se tantum ob eius salutem gaudere, sed una cum ipso omnes celestes spiritus sibi amicos & vicinos. Quid autem hoc

Luc. 1.

Parabola dulcius homini peccatori, qui errauit sicut ouis qua perit? Nempe habet Pastorem suum Christum: qui in hunc mundum venit peccatores saluos facere: sicut ipse dicit: Venit filius hominis saluare quod perierat.

e. Titim. 1.
Matth. 18.

CAPVT Parabola de Drachma perditâ & inuenta. Luc. 15.

XLI III.

Qua mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, et querit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.

PARABOLÆ ELUCIDATIO.

Corn. Ianfenius.

Per Drachmam perditam idem significatum est, quod per onem perditam. Per hoc quod mulier accendit lucernam, & euerrit domum, & quarit diligenter donec inueniat eam: significatum, diuinam Sapientiam per

per assumpti
nimitatis
dum vel
per ciuit
sum mund
ditum pecc
gulari &
sionem: Ita
lii Dei sup
fais decla
ditam se n
ita accipie
redire pos
innocentia
dam affe
gratissima
vult mori
vuar. Et
cere, quoc
Pa
ET ai
E adole
substanti
Adolesce
stantiam
abuit, &
in villam
ventrem
nemo illi
mercenar
autem bi
& dicam
per

per assumptam humanā naturam, quam luce sua Di-
 uinitatis impleuit, fugasse tenebras huius mundi, et mū-
 dum veluti domum suam repurgasse: & circumuendo
 per ciuitates & vicos, mittendog, discipulos in vniuer-
 sam mundum, diligenter quassisse vnumquemque per-
 ditum peccatorem: deq, eius salute cum suis angelis sin-
 gulari & magno affici gaudio. Ideo adiecit illam conclu-
 sionem: Ita dico vobis, quia gaudium erit coram ange-
 lis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente: quo
 satis declaratur, per vnā ouem aut drachmam per-
 ditam se notasse vnumquemuis peccatorem. Neq, hoc
 ita accipiendum est, quasi Deo & Angelis gratius sit
 redire post lapsum ad pietatem, quā citra lapsum in
 innocentia perseuerare: sed scriptura loquitur secun-
 dum affectus humanos, illud testatum esse volens, Deo
 gratissimam esse peccatorum conuersionem. Non enim
 vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur &
 viuat. Et venit filius hominis querere & saluum fa-
 cere, quod perierat.

Ezech. 18. 21
 Lucæ 19.

Parabola de Filio prodigo. Lucæ 15.

ET ait: Homo quidam habuit duos filios: & dixit **CAPVT**
 adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionē **XLV.**
 substantiæ qua me contingit. Et diuisit illis substantiā.
 Adolescentior filius peregrè profectus dissipauit sub-
 stantiam suam viuendo luxuriose. Et cepit egere. Et
 abiit, & adhefit vni ciniū regionis illius. Et misit illum
 in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere
 ventrem suum de filiquis quas porci manducabant: &
 nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Quanti
 mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego
 autem hic fame pereco! Surgam, et ibo ad patrem meum,
 & dicam ei: Pater, peccavi in celum & coram te: iam

L 3

noxi

166 PARAB. AD DECLARAND. DEI MISERIC.
non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unū de
mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrē suum. Cum
autem adhuc longē esset, vidit illum pater ipsius, & mi-
sericordia motus est: & accurrens cecidit super collum
eius, & osculatus est eum, &c.

PARABOLÆ ELUCIDIATIO.

Corn. Ianse-
nius.

Superioribus Parabolis significatur, quanta cura
requirat Dominus peccatorem: hac verò, quanta be-
nignitate respicientem & reuertentem suscipiat: &
qualis esse debeat vera peccatoris pœnitentia, quanta
huiusmodi pœnitentia sit vis apud Deum. Et primus
quidem filius azotus in se reuersus dixit: Quanti mer-
cenarij in domo patris mei abundant pambus: ego autem
hic fame pereō! Hic primus erat ad salutē gradus: re-
misi sciunde deciderat, et quò reciderat. Deinde ex cō-
sideratione clemētiæ paternæ sp̄ bonā cōcipiens, sic apud
se proposuit & consultauit: Surgam, & ibo ad patrem
meum, & dicam ei: Pater, peccavi in calum & coram
teriam non sum dignus vocari filius tuus. Reperto au-
tem hoc salutari consilio, supererat ut mox exequi stu-
deret, quod illi recte in mentem venerat. Itaque sur-
gens, venit ad patrem suum. Iam mihi vide immensam
Dei erga peccatorem cōuersum benignitatem. Cum ad-
huc longē esset, inquit, vidit illum pater ipsius, & mi-
sericordia motus est: & accurrens cecidit super collum
eius, & osculatus est eum. Non est ardentior amor,
quàm est parentum erga liberos: sicut nullus dolor accu-
bior, quàm is qui ex turpitudine oritur & infelicitas
liberorum. Sape ergo parentes omnino constitunt libe-
ros duriter castigare, aut etiam ob delicti magnitudi-
nem exheredare: sed victi amoris magnitudine, &
misericordia erga ipsos, facile offensionem remittunt, &
in gratiam eos recipiunt. Vehementer autem latant
si emendationem conspiciunt: Ita Deus ardens amor

generis humani, & motus misericordia erga peccatores, facile offensionem remittit, & gratia sua occurrit. Osee xi. Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est penitudo mea. Non faciam furorem irae meae. Cum igitur necdū peruenisset filius iam in se reuersus, ad ades paternas, & adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, nec iusta ira permotus refugit ab eo, sed mox ad aspectum misericordiae eius, misericordia motus est: iustam iram scilicet ad misericordiam. Nec misericordia simplici motus est: sed tanta, ut non expectato filii aduentu, ipse non tantum procederet obviam venienti, sed etiam accurreret: & necdū filii auditis precibus in collū irrueret, ipsumque oscularetur: non abhorrens sordes eius contingere.

Hac tametsi erant excimia argumenta propensi ad ignoscendum animi, ac benignitatis, quam prius sperare non potuit filius: non tamen ob id meditatam illam a se orationem plenam humilitate, intermisit: quamquam integram non est elocutus, quod pater mox illius orationem abruperit: in quo maior adhuc, quam in predictis, obseruanda benignitas proponitur. Siquidem non solum non sauis intonat verbis, nec minatur verbera aut abdicationem, sed omnium iniuriarum immemor, filio seipsum damnate, ipse absoluit: cumque seipsum filius abdicaret, ipse pater restituit in pristinam dignitatem. Versus enim ad famulos ait: Citò proferte stolam primam: non quamlibet, sed primam, id est pristinam. Iubet & annulo ornari manus: et pedes nudos calceamentis. Quibus significatur, quod Deus adeo delectatur humili peccatoris confessione, ut quia homo sese indignū reputat, ipse ei pristinam gratiam & dignitatem restituat. Quin & pra nimio gaudio mandat e stabulo vitulum adduci: non quemuis, sed vitulum saginatum: illum pinguem, illum insignem. Quo sine dubio D. N.

Ioan. 1.

IESVS CHRISTVS, quem Deus Pater in vitam pro salute nostra dedit, significatus est. Sicut Christus ipse ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Vnde & S. Paulus dicit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.

2. Cor. 5.

Rom. 3.

1. Ioan. 1. 2.

Quem proposuit Deus PROPITIATOREM per se dem in sanguine ipsius. Et S. Ioannes, Sanguis, inquit, Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Et ipse est PROPITIATIO pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Imprimamus igitur animis nostris has tres eximia Parabolas, & praeter ceteris elucens: quas Euangelista Lucas vno capite simul comprehendit: quo quidem capite Christus Iesus D. N. omnem suum amorem in peccatores poenitentes effundit: & clementissimum atque mitissimum Saluatorem se ipsis offert & declarat, dulcissimis Verborum blandimentis atque illecebris; illustribus Exemplis; & suauissimis Picturis. Dulcissimis Verbis quidem, dum affirmat angelos in caelo letari de salute peccatoris, poenitentiam agentis. Dico nobis, ait, quod gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente. Et iterum: Dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente. Exemplis voluntatem suam erga peccatores indicat, dum Publicanos & peccatores in gratiam recipit. Illustribus Picturis eandem voluntatem declarat, dum significat suum erga peccatores animum tale esse, qualis est pastoris erga perditam ouem; qualis mulieris erga amissam drachmam; qualis patris erga filium suum. Querit pastor ouem perditam: querit mulier amissam drachmam: occurrit pater filio prodigo, vitam & mortem

Luc. 15.

emendat

emandanti: Sic venit filius hominis querere & saluum
facere quod perierat. Et ut Apostolus Paulus dicit: Je-
sus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos
facere. Cogitemus impænitentes procul esse à Deo, à mi-
sericordiâ Dei, à vita æterna: imò mortuos esse, quâdiu
in peccatis perseverant. Contra pœnitentiam agentes,
reversere, & inveniri à Deo. ut hic scribitur: Hic fi-
lius meus mortuus erat, & renixit: perierat, & in-
ventus est.

Luc. 19.
1. Tim. 2.

Ad prædictas Parabolas, Ovis erraticæ, Drachmæ
perditæ, & Filij prodigi: aurea Diui Ambrosij
Verba.

CAPVT
XLVI.
Ambrosij
cap. 1. Luc.

GAudeamus igitur: quoniam ovis illa qua perierat
in Adam, lenatur in Christo. Humeri Christi,
crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui: in illa pa-
ribuli nobilis ceruice requieui. Ovis illa genere est vna,
nō specie. Vnū enim corpus sumus, sed multa membra.
Et ideo scriptum est, Vos corpus estis Christi, & mem-
bra ex membris eius. Venit itaq. filius hominis saluum
facere, quod perierat. Omnes scilicet, quia sicut in Adā
omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabun-
tur. Dives igitur Pastor: cuius omnes nos centesima
portio sumus. Habet angelorum, habet archangelorum,
aliorumq. innumerabiles greges, quos in montibus de-
reliquit: qui hominum redemptione latantur. Et tu igitur
esto angelis letitia: gaudeant de reditu tuo. Non
ociosum etiam quod mulier illa drachma letatur in-
uenta. Non mediocris hac drachma est: in qua princi-
pis est figura. Et ideo imago regis, census Ecclesia est.
Oves sumus: oremus ut super aquam refectiois nos col-
locare dignetur. Drachma sumus: habeamus pretium.
Filij sumus: festinemus ad patrem. Nec vereamur quia

1. Cor. 12.
Luc. 19.
1. Cor. 15.

Psal. 22.

L 5 acce-

acceptum spiritualis patrimonium dignitatis terrenis prodegit voluptatibus. Quod pater in filium quem habebat thesaurum contulit, fidei census nunquam exinanitur, licet totum dederit, totum habet, qui quod donauerit non amittit. Nec verearis ne te non recipiat, non enim delectatur in perditione vinorum: iam occurrens uementi tibi cadit supra collum. Dominus enim erigit elisos. Osculum dabit: quod est pignus charitatis & amoris. Stulam, annulum, calciamenta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriam metuis: ille restituit dignitatem. Tu supplicium vereris: ille osculum defert. Tu conuictum times: adornat ille conuiuium.

2ap 11.
Psal. 146.

EXEMPLA INSIGNIVM PECCATORVM ET peccatricum, in quibus Deus, verè & ex animo pœnitentibus bonitatem & misericordiam ostendit.

CAPVT Vfus Exemplorum, pœnitentium peccatorum & XLVII. peccatricum.

Proprium Deo est, misereri Creatura quam condidit: qui facile remittit & ignoscit peccata, verè & ex animo pœnitentibus: ardentissimique affectus est ad iuuandum eos, qui serio conuertuntur: longanimis & tardus ad iram: patienter agens propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Id multa insignium Peccatorum & Peccatricum testantur exempla veteris ac noui Testamenti. Est autem magna consolatio afflictis conscientis, scire Deum esse clementem, benignum, bonum: & habere in conspectu eos qui Deo clementiam, benignitatem, & bonitatem experti sunt. Horum iam aliquot enumerabimus: ut quos imitari simus peccando, itidem sequamur pœnitendo. Et primus quidem peccatorum omnium, primo ponemus loco. Hic est Adam,

2. Pet. 3.

est Adam, per cuius delictum mors pertransit in omnes homines: in quo omnes peccauerunt. Reliqui deinde, insigniores tamen, & in 8. Scriptura notati, ordine sequuntur: ut sicut in eis abundasse delictum cognouimus: ita & superabundasse Dei gratiam per Iesum Christum intelligamus.

Rom. 5.

ADAM PRIMVS PECCATOR.

Tanto decoratus ADAM regno, cum omnibus terrestribus nullo ex merito, sed sola diuina benignitatis gratia prelatatus esset, improbum demonem, & perfisurum sue salutis inimicum, Domino & Tutore, cui merito adherere debebat, digniorem duxit: eiq; magis quam Creatori suo auscultauit. Postquam ergo deceptus esset, videamus quomodo ipsum tale operans crimen Deus tractarit. Nunquid ipsum omnino perdidit? Et quidem iustitie ratio exigebat tantam beneuolentiam consecutum, mox à primordiis laescientem de medio tolli, & funditus deleri: sed non hoc fecit Deus, nec abominatus est, nec eum auersatus qui se tam ingratum in benefactorem exhibuit: sed ad ipsum venit, sicut ad egrotum medicus. Et noli simpliciter dictum percurrere charissime: sed cogita quale est, nec angelum nec archangelum, nec ullum alium illius seruorum misisse: sed ipsum met Dominum ad collapsum descendisse, & iacentem erexisse. Quod enim ex magna fecit hoc charitate, ipsa verba que ad ipsum dixit, demonstrant. Principio enim ipsum vocare, magna & ineffabilis est misericordia: tum ob benignam interrogationem, qua erubescens, & neque os aperire, neque linguam mouere audentem nominabat. Non enim dixit, sicut par erat iniuriam passum dicere, O scelerate & scelestissime: sed prorsus e contraria. A prima enim voce ipsum statim erexit, & iacen-

CAPVT

XLVIII.

Ex Chryf.
Homil. 17. in
Genes. &
Homil. 7. ad
pop. Antio-
chenum.

& iacentem, & timentem, & tremantem considerare fecit, prior eum vocans ipse: quinimo non tantum prior vocans, sed etiam ex suo ipsum nomine appellans & dicens, Adam ubi es? quod legitima amicitia indicium esse manifestum est. Inimicis etenim in quospiam dispositi, nec nomina eorum, qui se laesere, tolerant commemorari. Nominine itaque vocat occultatum, ut vocationis mansuetudine animetur, & timore mortuus cogitationes respuellabundas assumat. Adhuc mihi sermone communicat? adhuc voce me dignatur? adhuc me ut pater aduocat, & ut prauaricatore non perdit iniudicatum? Ita diuina Bonitas se in omnia secula & populos effundit.

Chrys. Serm.
de Adā, So-
do. Achab,
& pœnit.

POPVLVS ISRAEL IDOLOLATRÆ.

CAPVT

XLIX.
Chryso-
stomus.
eodem Ser-
mone.

Mansuetus est Dominus, & etiam inimicis misericors. Et alicubi prior etiam occurrit, ut conciliet inimicos: & ut ament hi qui impegerant, studet artibus quibusdam efficere. Ex multis autem vnā hanc narrabo. ISRAELITAS electos variis miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnibus monstrabat: omnem (ut ita dicam) creaturam propter illos alterans, & elementorum mysteria mutans, transiri faciens nauigabilia, desluam ostendens petram, præparans terram in absorptionem, retrocedere faciens Solem ad occasum festinantem, regulas naturæ nouas præscribens: eaq; omnia in gloriam ingrati Israelis. Cum verò Idoli seruire cœperunt, pessime retribuentes Deo, habuit quidem ad ultionem fulmina, sed natura ad multitudinem vergebat. Abstinebat quidem ab ultione omnium, sed curabat ut amaretur ab his qui offenderant. Ieremiam mediatorem facit. Vade, inquit, & lege sermones illos, & dices eis: Convertere ad me peregrinatio Israel, & non irascar vobis in æternum. Promittit per mediato-

Jerem. 3.

vim & donum, si obtēperent, ut secum pacem habeant.
Tantum apud illum est Misericordia pelagus.

DAVID ADULTER ET HOMICIDA.

DAVID ad Bethsabee uxore Vria Ethas ingres-
sus, & à Nathan prophetante correptus, respon-
dit: DECCA VI. Statimq; meruit audire: & Dominus
abs te abstulit peccatum. Adulterio enim iunxerat ho-
miciidum: & tamen conuersus ad lachrymas, Misere-
re, ait, mei Deus, secundum magnam misericordiam
tuam. Et secundum multitudinem miserationum tua-
rum, dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum
magna indigebit misericordia. Unde iungit & dicit:
Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo
munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco,
& delictum meum contra me est semper. Tibi soli pec-
caui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermoni-
bus tuis, & vincas cum iudicaris. Concluserit enim Deus
omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Tantumque
profecit, ut dudum peccator & pœnitens transierit in
magistrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas: & im-
pij ad te conuertentur.

CAP. L.

Hic. on. ad

Rusticum.

1. Reg. 11. 12.

Psalm. 50.

Rom. 11.

ACHAB IMPIISSIMVS.

ACHAB Rex impiissimus, vineã Nabutha cruo-
re possedit: & cum Iezabel non tam coniugio sibi,
quã crudelitate coniuncta, Elia increpatione corripit-
tur: Hæc dicit Dominus: Occidisti, & possedisti. Et
iterum: In loco in quo lixerunt canes sanguinem Na-
butha, ibi lingent sanguinem tuum: & Iezabel canes
comedent ante muros Iezrael. Quod cum audisset
Achab, scidit vestimenta sua, & posuit saccum super
carnem suam: ieiunauitque, & dormiuit in cilicio. Fa-
Et usque

CAP. LI.

Hieron. ad

Rusticum.

1. Reg. 18.

Et usque est sermo Domini ad Eliam, dicens: Quoniam reueritus est Achab faciem meam: non inducam malum in diebus eius. Vnum scelus Achab & Iezabel: tamen conuersus ad penitentiam Achab, pena differtur in posteros: & Iezabel in scelere perseverans, presenti iudicio condemnatur.

MANASSES OMNIUM PECCATORUM MAL.

CAPVT
LII.

4. Reg. 21.

2. Paral. 33.

Adam. Saf.
hout. Hem.
in Dom. 2.
Quadrag.

MANASSES Rex abominaciones fecit pessimas, super omnia qua fecerunt Amorrhæi ante eum. Insuper & sanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleret Hierusalem usque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam ut facerent malum coram Domino. Atque hic tantus peccator, postquam catenis & compedibus vinculus abductus esset in Babylonem, orauit Deum suum, & egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum: deprecatusque est eum, & obsecrauit intente: ea profecto fiducia, ut gratiam Deo planè sibi vendicaret, sic orans: Indignum saluabis me, secundum magnam misericordiã tuam. Quid est gratiam Dei sibi vendicare, si non hoc est? Et unde huic fiducia hac? Certè ex promissionis diuina consideratione: id enim indicat Orationis ipsius contextus. Tu, inquit, Domine secundum bonitatem tuam promissisti penitentibus remissionem peccatorum. Hac promissione inuitatus flecto genua cordis mei: facio quod requirit promissio: quare saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, id est, secundum Bonitatem qua misericorditer promissisti penitentibus remissionem peccatorum. Exaudiuit autem orationem eius Dominus: & reduxit eum in Hierusalem. Hunc peccator, quisquis es, penitendo imitare: attende diligenter Promissiones diuinas: in his serio mentè exerce, ut concipias fiduciam.

VIRI

POSS di
nas à
VITIS in
agentibus
in penitenti
cretum re
ommutabil
ipsum pãd
mus: qui
dissipasset,
Dominus,
meta, domi
aduersus r
illud. Si p
locutus su
super malo
de gente &
De hac N
tio dicit: V
tione ista,
egerunt in
PETRVS
T Mag
stus filius
stremò,
urare, qu
minus resp
re. Mirè h
tanta cons

VIRI NINIVITÆ.

POST dies quadraginta subuertendam Niniuem 70- CAPVT
 Nas à Domino iussus prædixerat: & tamen NINI- LIII.

VITIS in cilicio & cinere, atque ieiuniis pœnitentiam
 agentibus ignoscitur. Et quoniam illi peccati superbiam
 in pœnitendi humilitatem conuerterant, diuinum de-
 cretum renocatur: nimirum ea pœnitentia vis est, vt
 incommutabilis Dei mutare possit sententiam. Nec Deum
 ipsum prædet figulo se comparare. sicut in Ieremia legi-
 mus: qui vas lutæum fingens, cum rota currente forte
 dissipasset, rursum illud in eandem faciem refecit: & ait
 Dominus, ecce, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu
 mea, domus Israel. Repente loquar aduersum gentem &
 aduersum regnum, vt eradicem & destruam & disperdam
 illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod
 locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam
 super malo quod cogitavi vt facerem ei. Et subito loquar
 de gente & de regno, vt adificem & plantem illud, &c.
 De hac Ninivitarum pœnitentia, Christus in Euange-
 lio dicit: Viri Ninivita surgent in iudicio cum genera-
 tione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam
 egerunt in prædicatione Iona.

Ierem. 18.

Matt. 12.

PETRVS APOSTOLVS CHRISTI NEGATOR

TER negavit PETRVS Christum Dominum & CAPVT
 Magistrum suum: cui antea dixerat, Tu es Chri- LIIII.

stus filius Dei viui. Nec simpliciter negavit: sed po-
 strémò, vt Scriptura testatur, cœpit detestari &
 iurare, quia non nouisset hominem. Et conuersus Do-
 minus respexit Petrum: qui egressus foras fletit ama-
 re. Mirè hic commendatur Domini benignitas: quòd in
 tanta constitutus despectione, Petri qui iam in ipsum
 tam

Matt. 16.

Matt. 16.

Euseb. Emif.
senus. Hom.
in Domin.
Palmarum.

tam grauer deliquerat, curam suscepit. Tenebatur
turbis, trahebatur & flagellabatur, & tamen discipul
memor, respectu eum consolatur & sanat, & sui vultu
illuminatione ad spem venire inuitat. Cognoscit igitur
Petrius reatum suum, cognoscit & voluntatem Domini
sui: dolet & pœnitet, egreditur foras, flet amarè, certissi
mè intelligens, quia sacrificium Deo spiritus contribu
latus, cor contritum & humiliatum Deum non sperna.

Psal. 56.

Hic est pœnitentiæ modus: peccasti, quiesce, dole, & la
chrymare, & discè eum Apostolo flere amarè. Eodem
inquit Ambrosius, momento, eodem tempore respiciet in
Christus. Respice Domine I E S V: vt sciamus nostrum
deslere peccatum, lanare delictum.

Ambros. in
Lucam.

PAVLVS CHRISTI PERSECVTOR.

CAPVT

LV.

Bernard. ser.
de Cœuerf.
Paul.

Historiam persecutionis & conuersionis S. PAULI
habes in Actis Apostolorum, cap. ix. Quis dispe
ret ultra pro magnitudine cuiuslibet criminis: quando
quidem Saulum audiat adhuc spirantem minarum &
cædis in discipulos Domini, subito factum vas electio
nis? Quis dicat iniquitatis pondere pressus, assurgere
iam ad studia meliora non valeo: quando in ipso itinere,
quo sanguinè sitiens Christianum, dirum toto pectore virum
efflabat: persecutor crudelissimus in fidelissimum repen
mutatus est predicator? Magnificè siquidè in hac vna
conuersione & misericordia magnitudo, & gratiæ effu
sionis commendatur. Hinc S. Paulus ipse ad discipulum
suum Timotheum sic scribit: Fidelis sermo, & omni ac
ceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mun
dum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum.
Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo
ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informa
tionem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.

1. Tim. 1.

M A T.

MATTHÆVS TELONIARIVS.

CAPVT

LVI.

Beda.
Rom. 1. & 9.

Mat. 9.

Legimus Apostolo dicente, Quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificati gratis per gratiam illius. Qui & iterum inestimabilem gratia eiusdem magnitudinem commendans ait: Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia: quia nimirum quanto grauiorem Dominus in electis suis peccatorum languorem curauit, tanto ampliorem cunctis gratia medentis potentiam monstrauit. Vnde sedentem in telonio MATTHÆVM, ac temporalibus curis intentum repente miseratum Dominus vocauit: & de publicano iustum, de telonario discipulum fecit: quem etiam proficientibus eiusdem gratia incrementis, de communis discipulorum numero ad Apostolatus gradum promouit. Quod ob id utique providentia superna fieri disposuit, ut nullum enormitas suorum aut numerositas scelerum, à speranda venia renocaret: cum hunc tantis mundi vexibus absolutum conspiceret.

ZACHÆVS PUBLICANORVM PRINCEPS.

CAPVT

LVII.

Chryf. de
Patre, &
duobus filiis.

Beda,

ZACHÆVS Publicanorum princeps quarebat videre Iesum, quis esset: ac propterea cum statura pupillus in arborem ascendisset, à Domino conspicitur & vocatur: & ilico in domo eius ad conuiuandum ipse declinaturum se esse promittit. Solicito onem perditam requirit aspectu: & venire cunctantem vocat, & venientem tanquam humeris suscipit: & non audentis imitare Dominum, desiderantis tamen salutiferam benedictionem, peccatoris domum ingreditur, conuiuioque participat. Et ait Iesus ad eum: Hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahe. Filium Abrahe vocat Zachæum, non quod de eius stirpe esset generatus

M

ratus

ratus, sed eius fidem imitatus: ut sicut Abraham terram, cognationem, domumq; paternam, ob spem futura hereditatis Domino iubente deseruit: ita et ille, quo thesaurum in celo acquireret, bona sua pauperibus partienda reliquit. Dixerat enim: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus. & si quid aliquem defraudari, reddo quadruplum. Et pulchre dicit, ET IPSE: ut non solum eos qui iuste perseuerant, sed & eos qui ab iniustitia respiscunt, ad filios promissionis pertinere declaret. Et claudit Christus hanc historiam dulcissima sententia, Venit filius hominis querere & saluum facere quod perierat. Hoc est quod alibi dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Pius sane magister, qui murmurantibus turbis sua mysteria non dedignatus exponere: adeo scilicet peccatorum poenitentiam non esse respuendam, ut ipse Dei filius ob hanc maxime querendam sit destinatus ad terras. Qui ut pietatis sua nobis dispensationem inculcet, sapissime se filium hominis appellat: commendans solliciti nobis, quod factus est benigne pro nobis.

MARIA MAGDALENA PECCATRIX.

CAPVT

LVIII.

Mat. Marul.
Euangel. lib.
1. cap. 1.

Nunquam veniam desperabis o peccator: si & istorum iam commemoratorum crimina, & Domini erga ipsos benignitatem & misericordiam recte mensuraueris. Sed fortasse dices, Non solum graua & horrenda sunt peccata mea: verum etiam plurima & innumerabilia. Igitur ne multitudo criminum spei tua detrimentum faciat: respice mulierem illam, cui quotidiana delicta PECCATRICES cognomen indiderant. Videntes tot flagitiorum se premi tam infeliciter, accessit ad IESVM: lachrymis pedes eius lauit, capillis deterisit, vultu perfudit: & statim mortifero fasce lenatur, &

dimit-

domittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Spera itaque & tu in Domino: ora cum Propheta & dic: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam: ut misericordia magnitudo magnitudinem peccatorum, & miserationum multitudo, multitudinem tollat delictorum.

Psal. 50.

MULIER ADULTERA.

CAPVT

LIX. Ioan. 8. Leuit. 20.

Adducunt ad Iesum Scribae & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magister, hac mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illa lapide mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem, unus post unum exiebant, incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei. Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnavit? Quae dixit. Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. O quam es in misericordia diues, quam magnificus in iustitia, in gratia quam munificus Domine Deus noster? non est qui similis sit tibi. Gratis respicis humiles: iuste indicas innocentes: misericorditer saluas etiam peccatores. Nec ego te condemnavo, inquit: vade & amplius noli peccare. O vox misericordia: o auditus letitiae salutaris. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi Domine. Sola nimirum spes apud te

Bernard. ser. 1. de Anunciat. Mat.

Psal. 142.

M 2 misera-

miserationis obtinet locum: nec oleum misericordie, nisi in vase fiducia ponis. Hac autem vera hominis fiducia, a se deficientis, & innitenti Domino suo. Hæc vera fiducia, cui misericordia non denegatur: Propheta attestante, Quonia beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.

Pl. 2. 146.

LATRO IN CRUCE.

CAPVT

LI.

Cyprian.
Sermon. de
Passio. Christi.

Luc. 23.
Idem. Sermon.
de Cena
Domini.

Iudicati sunt Egyptii, cum in redeuntibus super se maris subditibus inuoluerentur: iudicati Sodomites, cum subuersis eorum urbibus, flammis sulphureis cremarentur. Sed si in eisdem subuersionibus generent penitentes, temporalis pœna æternalis non succederet pœna: sed esset eis pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum: nec contritos corde æternum contereret & aggravaret iudicium. Sic in cruce LATRO confitens, non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, premissus est in paradysum: & factus est particeps regni per confessionem, factus collega martyri. Hodie, inquit Christus, mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat & supplicium: sed contritum pœnam mutavit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem. & statim consummatu civis sanctorum & domesticus Dei, premissus est in regnum, reconciliationis humana privilegium secum ferens ad superos: quod Deo patri, tanta legationis sancti honore, in seipso scriptura huius experimentum continens, libero & securo aditu penetrans presentavit. Sic in eodem articulo temporis, cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerserit, penitentia clementissimi Dei benignitas non aspernatur: nec ferum est, quod verum: nec irremissibile, quod vuln-

lana.

lunatium: & quacunque necessitas cogit ad penitenti-
nem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec
hora extremas, si vera contritio, si pura fuerit volun-
tatum mutatio, excludit à venia: sed omni tempore
Dei gratia recipit penitentes.

De fiducia diuinæ Clementiæ habenda, etiam in
maximis peccatis, D. Ioannis Chrysostomi Sen-
tentia.

Manifestum est ergo, peccatorem, quantumvis
peccauerit, licet totam etiam in maximis scel-
eribus absumpserit vitam, si penitentiam egerit, saluari
maxime. Rogas unde constet? Ex Domini clementia.
Ne tua confidas penitentia: tua namque penitentia
tanta nequis peccata delere. Si sola foret penitentia, in-
re timeres: sed postquam cum penitentia commiscetur
Dei misericordia, confida: quoniam vincit tuam nequi-
tatem. Multum est enim misericors Deus: & tantam ele-
mens, ut neque filio pepercit, ut ingratos seruos redi-
meret. Nec mihi dicas: Numquam peccavi: & quomodo
possum saluari? Tu non potes, tuus potest Dominus: &
ita delet peccata, ut nec eorum maneat vestigium. Ne-
que dicas: Numquam peccavi: nec Deum rogare possum
indignantem. Nam si iudicem illum, neque Deum ti-
mentem, nec homines verentem, vidua flectere potuit,
multo magis bonum assidua conciliabit deprecatio. Ita-
que licet amicus non sis: licet indebita pascas: licet pater-
na deuoraueris & absumpseris bona: & longo tempore
procul ab aspectu fueris: siue succensentem, siue indi-
gnantem petieris, siue tantum velis redire: & omnia re-
cipies, & iram & damnationem statim extinguēs.

M 3 De sum-

CAPVT

LXI.

Chryf. Ho-
mil. 30. ad
pop. Anuoc.

Luc. 18. 27

Luc. 15.

De summa summi ac potentissimi Regis, ac omnium Domini, Misericordia & Bonitate, CLOTHARIi Francorum Regis morientis Sententia: atque item Ambrosij.

CAPVT LXII.
VAH, vah: quàm magnus est Rex ille coelestis, qui sic humiliat sublimes terræ Reges. Iste cum sit immortalis, melior est quouis orbis terrarum principis mortali. Quod si melior, & potentior: & si potentior, ergo & misericordia largitor. Qui non, ut multi hominum, mortibus delectatur reorum: Sed misericors ac miserator poenitentiam amplectitur peccatorum. Illius igitur Clementia munus totis est exoptandum affectibus: deque eius miseratione nunquam desperandum. **AMBROSIVS** agrotus aiebat ad suos, Non ita visum inter vos, ut pudeat me vivere: nec mori timeo, quoniam **DOMINVM BONVM** habemus. Hanc sententiam D. Augustinus in extrema sua aegritudine recitavit.

Paulinus in vita D. Ambrosij.
 Possidon. in vita D. Augustini.

Ad eos qui longo tempore malè vixerunt, ut vel in fine ad cor redeant, nec pereant, Admonitio.

CAPVT LXIII.
TV qui multum temporis peccando consumpsisti, & Teratam ad bene agendum datam, in delictis, in luxuriis, in obscenitatibus, turpiter contrivisti, quò excederis cogita: & vel in fine de regione longinqua incipere redire ad patrem, quem reliquisti. Consule salutem tuam dum licet. Serum est, dicitis: at etiam nouissimis datum denarius, sicut primis. Et mulier duodeniginti annos inclinata ad caelestem medicum tandem accedens exierit dorso eriguntur: quoniam eum qui mortuos ad vitam excitat, suam etiam infirmitatē quamvis diuturnam curare, & posse credidit, & velle speravit. Nunquam seruum

serum est, salutem quarere, cum semper spes impetrandi suppetat, donec in corpore datur spirandi facultas. Ipse enim per Prophetam, non esse sua voluntatis, asseuerat, ut moriatur peccator: sed ut conuertatur & uiuat. Omnia etiam facit, ut saluti tuae consulat: atque huc tendit, quod promittit, quod minatur, quod flagellat: quod delinquentem non statim perimit: quod aliquando etiam beneficium ad poenitentiam prouocat: demum ut peccatoribus uitam daret, filium suum unigenitum morti obtulit. Cuius quidem SANGVIS, quem admodum tunc omnes Adae filios a peccato lauit, ut qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus sit: ita nunc singulos emundat, quoties nos Deo peccasse poenitet. Vere tandem tanta erga te Dilectionis beneficio, dum licet: dum tempus est: dum uita suppetit: si sine illo decesseris, quis miserebitur? Quare Domuum dum inueniri potest: inuoca eum dum prope est.

Ezech. 33.

Ioan. 3.

Mich. 28.

Esa. 58.

Ad Desperantem, consolatoria Exhortatio: nulla esse crimina tam immania, quae poenitenti, ueniamque petenti, ac Misericordiae Dei innitenti, non remittantur.

NUNC ad te conuertor, magni atque ingentis criminis conscie: qui te nullo modo ueniam posse mereri existimas: nec perpendis, quod Dei Misericordia maior sit multo omnibus peccatis. Quale autem & quam magnum esse potest scelus tuum, quod te ad desperationem remissionis peccatorum queat compellere, & de Deo non recte sentire: nempe, ut tibi poenitenti parcere omnino nolit: cum nunquam ad poenitentiam conuersis, & in ipsum confidentibus non ignoscat? Si adulterium, si homicidium perpetrasti: utrumque Dauidi, cum se peccasse doluisset, est remissum. Si fauore & usuris rem

CAPVT

LXIIII.

Idem euang.

lib. 2.

cap. 14.

2. Reg. 12.

M 4

quasi:

Matth. 9.
Luc. 19.
1. Tim. 1.
Luc. 22. 14.
2. Paral. 33.

quasi: hoc Mattheo Zachaëque fuit condonatum. Si
persecutus es Ecclesiã Dei: de hoc facta est gratia Pau-
lo. Si negasti filium Dei: de hoc Petro fuit venia data.
Si stellas adorasti: si diis alienis templa arasq; posuisti:
si observasti somnia, maleficisq; credidisti: si in seruis
Dei cadibus es grassatus: ista omnia Manasses fecerat.
& tamen cum eum penitisset, veniamq; orasset, exan-
ditus est, hostiliq; iugo liberatus, regnum recuperavit
quod amiserat. Nullum ergo iam immane facinus
committi potest, quod Misericordia non ignoscat divina.
Et cum ita sit, nonne stultissimum est, id desperare
quod plurimis concessum esse non ignores? Caterum,
neque penitentia peccati quicquam prodest veniam
desperanti: cum hæc ipsa desperatio peccatum tale sit,
ut omne penitudinis meritum euacuet. Nihil profuit
Caino fraticide, quod à Domino coarctatus doleret:
quia Clementia divina derogavit, dicens: Maior est in-
iquitas mea, quam ut veniam merear. Nihil Iudæ pro-
ditorem iuvis suis pro commisso scelere dolor: neq; con-
fessio, cum diceret, Peccavi, tradens sanguinem iustum.
Quonia cum de Dei misericordia desperasset, tristitia
superatus, laqueo mortis sibi consciuit. Penitenti igitur
& petenti venia datur: desperanti vero neq; in hoc seculo
neq; in futuro parcitur. Quid nã igitur te ultro perdis
desperado, cum ita certo scias esse locum veniæ, si veniam
poposceris penitendo? Cur non potius cum Davide pec-
catum suum lugente exclamas: Misere mei Deus, se-
cundum magnam misericordiam tuam. Et secundum
multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem
meam. Magna misericordia, magnum delet crimen. &
miserationum multitudo multitudinem remittit pecca-
torum. Dominus clamat: Nolo mortem peccatoris, sed
ut convertatur & vivat: & tu mori manus quam con-
verti:

Genes. 4.
Matth. 27.

2. Paral. 30.

Ezech. 18. 33

verti: &
flant comp
tiro pecc
clis non
vico san
nã. N
fecimus? q
menier di
peccatum
re? sed qu
diu elenar
tiam abun
Iniquitate
onus grau
Domine n
corripias n
peradi qu
pos factus
simus ido
Si laueris
rub, mac
tamen, ne
inquit, ven
reverti no
natione, e
Zacharia
est excidi
nitione q
peravit r
clementia
ta confite
nente de s
lum post l
verti:

arti: & veniam desperare quam poscere? Dominus ^{Psal. 146.}
 sicut compeditos, Dominus erigit elisos: & tu tam mor-
 tifero peccati vinculo non vis absolui? tam graui casu
 elisus non curas erigi? medico, qui omnes in se confidentes
 curat sanas, verbo, diffidus? Graue est, inquis, peccatum
 meum. Nunquid grauius istorum quorum modo mentionem
 fecimus? quibus tamen quod nequiter deliquerant, ele-
 menter dimissum constat. Nunquid etiam grauius est
 peccatum tuum, quam celum, quam terra, quam ma-
 re? sed qui potuit creare ista, non poterit sceleris tui pon-
 dus eleuare? & ubi abundauit delictum, ibi quoque gra-
 tiam abundare facere? Nonne ille quoque qui dicebat, ^{Rom. 9.}
 Iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut
 onus graue grauatae sunt super me: precatus est, dicens,
 Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua ^{Psal. 37.}
 corripias me? Haud ita orasset, nisi spem habuisset im-
 perradi quod orabat? Speraui & orauit: & voti com-
 positus est. Nonne etiam Hierosolyma urbi grauis-
 simum idololatriae crimen exprobrans Deus, dixerat: ^{Ierem. 4.}
 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Bo-
 rith, maculata es in iniquitate tua coram me? postea
 tamen, ne de peccati remissione diffideret, Veruntamen,
 inquit, reuertere ad me, & ego suscipiam te. Sed cum
 reuerti noluisset, ag grauaissentque scelus mentis obsti-
 natione, eorum impietatem plumbi massa onerari vidit
 Zacharias propheta: Dominusque, ulciscente urbs passa ^{Zach. 2.}
 est excidium, & illi captiui ducti in Chaldaeam. Inter-
 uentione quidem deleri merebantur, sed Dominus tem-
 perauit iram: ut postea ostenderet etiam in obstinatos
 clementiam. Postquam enim eos paenitere cepit: pecca-
 ta confitendo, misericordiamque Dei implorando, ipso fu-
 nte de seruitutis iugo liberati, atque ad patriam so-
 lum post liminibus reuersi, in staurata ciuitate, temploque
 erecto,

erecto, sortis pristina statu frui ceperunt. Jam ergo
des, quia nulla est prorsus tanta delicti alicuius magni-
tudo, tanta grauitas, quam Dei Misericordia à pœni-
tentibus requisita nō minuat, non eleuet, non denique
nihilū redigat. Soli hanc consequi nequeunt, qui de
desperant. Licet igitur te peccasse pœniteat, nisi etiā
caui veniam desperasse pœnituerit, cum impœnitenti
computaberis. Quamobrem festina deponere demerita
istam animi, ut flagitij tui magnitudine, diuina Cle-
mentia immensitatem putes inferiorem. Deus pater
Misericordiarum est: miserationum eius non est numerus.
Spera in illo: sperantem enim in Domino misericordia
circundabit. Dum te pœnitent, dum speras, dum precaris,
etiam sancti pro te orant: angeli vota tua offerunt. De-
Christus ipse pro te Patrem interpellat, dicente Iohanne
Apostolo, Aduocatum habemus apud Patrem, IESUM
CHRISTVM in sum: & ipse est PROPITIATIO pro pec-
catis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam
pro totius mundi. Desperantium vero, Christus non
Aduocatus est, sed Index. Considera igitur, utrum
sit utilius & melius, veniam sperare, ut Christi patri-
cinio subleueris: an desperare, ut eiusdem iudicio con-
demneris, & in aeternum pereas.

2. Cor. 1.
Psal. 31.

1. Ioh. 2.

LIB

CON

FIDE
& Sal
eiusq
Bapti
Morte
nem,

Quomod
in Cor
dus fit
Iesum
leuatis



LIBER

districum
& Ignis C
gerat & p
fimus: atq
Dei sine i
nere solet
vi de ven
da Ira d
winur

LIBER TERTIVS.

SIVE

CONSOLATIONES, EX

FIDE AC FIDV CIA IN DOMINVM
& Saluatorem nostrum Iesum Christum:
eiulque S. Incarnationem, Natiuitatem,
Baptismum, Doctrinam, Passionem &
Mortem, Resurrectionem & Ascensio-
nem, atque etiam Spiritus S. missionem.

Quomodo aduersus Satanæ insidias & tentationes,
in Conscientiæ pressura, Dei Verbo obfirman-
dus sit animus: magna fide oculis ad Christum
Iesum Dominum & Saluatorem nostrum sub-
leuatis.



NON est dubium, quin Satan ille, qui CAP. I.
iuxta D. Petrum, tanquam leo ru- 1. Petr. 5.

giens circuit quarens quem deuoret:
in agone mortis hominem cum primis
aggrediatur, vt eum ad desperationem
adigat. In hanc rem suggerit vtiqve

districum Dei Iudicium, Condemnationem aternam,
& Ignis Gehenna poenā nunquam extinguendi. Exag-
gerat & peccata nostra, quæ per omnem vitam commi-
sumus: atque vt sanis & bene valentibus misericordiam
Dei sine iustitia, quò tanto confidentius peccent, propo-
nere solet: ita morientibus iudicium sine misericordia,
vt de venia desperent, ob oculos statuit. Sed & horren-
da Iræ diuinæ exempla ipsum proferre probabile est:
vtrum vt peccator de Salute sua actum putet, & pe-
reat. Co-

reat. Conatur & labefacture, ac, qua potest, excutit
fidens a grati in Deum, & scrupulos inicit, praesertim
de diuinarum Promissionum certitudine ac veritate.
Itaque Dei Verbo, contra omnes Satanae insidias
tentationes, valde obfirmandus est animus: Vtrius enim
Dei est, in Salutem omni credenti. Et toto pectore ora-
ndus est Deus, ut auget nobis fidem: nostraeque fidei
becillitati succurrere velit. Porro ante omnia, moue
oculos in IESVM CHRISTVM, D. N. leuare
oportet: perinde atque illi, qui serpentibus ignis per-
cussis, Serpentem aeneum in stipite conspicientes serua-
sunt: non utique (sicut in libro Sapientiae dicitur) per
hoc quod uidebant, Sed per omnium Saluatorem: nem-
pe D. N. IESVM CHRISTVM. Cuius historia
meminit Saluator noster ipse in Euangelio Ioannis, di-
cens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita
exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in
ipsum non pereat, sed habeat vitam eternam. Iste cer-
uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est
propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super
eum, & liuore eius sanati sumus. Ideo Apostolus Petrus
dicit: Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super
lignum. Et S. Paulus, Eum, inquit, qui non nouerat
peccatum, pro nobis peccatum fecit: (id est, hostiam pro
peccato) ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Enimu-
ro, misericors Pater, cum nulla reperiretur efficax facti
hostia ad abolenda generis humani scelera, misit filium
suum, Agnum omnis expertem maculae: hac uere pueri
uictima mundum reconcilians sibi. Quare in S. Scri-
ptura dicitur, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi
item Agnus occisus ab origine mundi: quod omnium
temporum Saluator esset atque Redemptor, designatus
Abelis & aliorum omnium piorum sacrificiis. Quos enim

Rom. 1.
Luc. 17.
Mar. 9.
Numb. 21.
Sap. 16.

Ioan. 3.

Esa. 53.

1. Pet. 2.

1. Cor. 5.

Ioan. 1.
Apo. 13.

quos enim
confictos
uocatur
Aduocatus
dum pron
Pallor &
nostra Et
peccata no
Iudicij ho
dignatus e
stimus sic
in crucem
quid derel
Iudicij De
scientia sin
uerse uire
rabimus: e
inferis, cu
typus quic
capite dice
manu, &
mi anima
tribulatio
tre inferi c
In sum
frenatus e
Christi T
hoc est, qu
iudicio con
patet Sate
tra, que p
bum hoc a
metu, omni

qui enim unquam salutem consecuti sum: per hunc
 consecutos esse constat. Eadem quoque de causa merito
 vocatur Mediator Dei & hominum, Thronus gratiae:
 Advocatus noster: Pontifex magnus ad interpellan-
 dum pro nobis: Propitiatio pro totius mundi peccatis:
 Pastor & Curator animarum: Vita & Resurrectio
 nostra. Et non est in alio aliquo salus. Qui etiam, ut
 peccata nostra in humeros suos suscepit: ita & divini
 iudicii horrorem, & Gehenna metum in se suscipere
 dignatus est. Nam & in hortu expavit: & angore ex-
 tremo sic correptus est, ut sanguinem sudaret. Denique
 in cruce suffixus, clamavit: Deus meus, Deus meus, ut
 quid dereliquisti me? Quam ob rem, cum nos horror
 iudicii Dei & Gehenna innadit, sine ex scelerum con-
 scientia, sine ex imbecillitate naturae: etsi videatur uni-
 versa vires nostra ad inferos demersa, tamen bene spe-
 rabimus: et urgentis in Christum oculis, tanquam ex ipsis
 inferis, cum fide clamabimus ad Dominum. Cuius rei
 typus quidam extat in Iona Prophetia, de quo proximo
 capite dicemus: qui de ventre ceti, iam deploratus cla-
 mavit, & exauditus est. Cum angustiaretur, inquit, in
 mi anima mea, Domini recordatus sum. Clamaui de
 tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me: de ven-
 tre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

In summa: ad quasunque imaginationes Satanae,
 formidinis & rugitus, consolari nos debet unicum illud
 Christi Verbum: Iam princeps mundi iudicatus est:
 hoc est, qui mortem inuexit, morte mea depulsus est, ac
 iudicio condemnatus, exutusque, nocendi potestate. Inde
 patet Satanam nihil obrinere potestatis in Christi mem-
 bra, quae fide illi adhaerent. Numquam excidat Ver-
 bum hoc animo nostro: efficiet enim, ut excusso mortis
 metu, omniumque periculis, Christi presidio immiten-
 tes,

1. Tim. 2.

H. b. 4.

Rom. 8.

Heb. 7.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2.

Ioan. 17.

Acto. 4.

Luc. 22.

Matt. 27.

Ioan. 2.

Ioan. 16.

Psal. 24. 26.

res, alacriter aduersus quasuis tempestates nos praestamus inuictos: magnaq; confidentia in has voces eramus: *Oculi mei semper ad Dominum: quoniam*

Psal. 22.

enellet à laqueo pedes meos. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector meus, à quo trepidabo? Si consistat aduersum me castra mea, non timebit cor meum. Et si ambulauero in medio castra mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es Domine.

Ierem. 17.

mine. Ita Ieremias, Et ego, ait, non sum turbatus, te proflorem sequens. Nulla me hostium insidia & assidua deterrere, nulla pericula commouere possunt: tuo etenim Pastoris mei presidio & cura, tanquam ouis innotescit soli adhaereo: nec aliunde quam abs te subsidium expecto. Ad eundem modum & nos omnem metum mortis, ceteraq; qua terrere ac perturbare nos possunt, meo excruciamur: & omnes nostras cogitationes, spem, uoluntatem ac fiduciam, in Christum Iesum D. N. conuicimus, qui pro suo nos Sanguine expiauit, atque à peccato, mortis, & Satanae tyrannide in libertatem asseruit: deleto quoque aduersum nos erat chirographo.

Coloss. 1.

angelio clamerati estis: non timere potestis qui perire non potest. IONAE Prophetae Conscientiam Dei innotescit mortis, tunc fides erat, misericordiam enim

Fide nos ac Fiducia in Iesum Christum D. N. et Dei Verbo concepta, ad exemplum IONAE Prophetae, in Conscientiae angustiis sustentari atque seruari.

CAPVT

II.

Ioan. Fetus
in IONAE ca. 1.

Esa. 41.

Matt. 12.

Diligenter debemus attendere ad Verbum Dei: quo solo veram Consolationem, Doctrinam & Auxilium inuenimus. Nam ob oculos eius nobis ponit, quem Deus ideo misit, ut esset nobis Consolator, Doctor, & Auxiliator. Ipse est CHRISTVS IESVS D. N. de quo dudum praedixit Esaias, Calamum quassatum non conteret: & limum fumigans non extinguet. Qui & in Evangelio

anglio clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & ^{Matt. 11.}
 onerati estis: & ego reficiam vos. Secure igitur ad ipsam
 currere possumus, in Conscientia nostra angustis, ut
 pasci qui suos in aduersis non relinquit: id quod in historia
 IONAE Propheta clare conspiciamus. Qui grauissimam
 Conscientia luctam in seipso expertus est, in eo articulo,
 cum Dei iudicio arctatus cogere in seipsum senten-
 tiam mortis ferre. Non parum enim, imo omnibus modis
 tunc fides eius tentabatur. Quicquid enim circa ipsum
 erat, minabatur illi perditionem, atque ad desperatio-
 nem eum impellebat. Videbat siquidem se peccasse: &
 iram coram Deo & hominibus confusum esse. Videbat
 sibi moriendum esse: & in his omnibus nullam videbat
 consolationem, nullum auxilium: immo nihil aliud quam
 peccata, ignominiamque suam, itemque mortem & iram
 Dei. In hac pugna tamen Ionas perstitit. Quid igitur
 eum conseruauit, ne desperaret? Fides ipsius. Hebraeus ^{Ionae 1.}
 sum, inquit, & Deum caeli timeo. Deum credidit omnia
 posse: ideo dixit, Deum caeli se colere. Et quod credebat
 factum Dei cum populo Hebraeorum etiam ad se perti-
 nere, ideo dixit: Hebraeus sum. Hae fides ipsum in hac ^{Gen. 15. 16.}
 pugna conseruauit: nec tam magna erant peccata ipsius,
 non tam horrida mors, non tam terribilis Dei ira, ut cum
 hac fide periret. Fides enim omnia vicit, perrupit, &
 euasit. Si Ionas habuisset omnem mundi potentiam, glo-
 riam, fauorem, sapientiam, iustitiam, non potuissent
 eum in hac necessitate conseruare: fides autem in Dei
 potentiam & bonitatem eum conseruauit. Cum igitur
 nobis quandoque ob oculos versabuntur peccata nostra,
 confusio nostra, mors, & tremendum Dei iudicium: co-
 gitemus quod contra haec omnia nihil proderit, nisi fortis
 fides in CHRISTVM IESVM, D. N. ut qui nostra
 peccata, confusionem, mortem & iudicium in se sumpsit
 & vicit.

192 CONSOLATIO EX FIDE, & C. IN CHRISTVM,
& vicit. Vnde & confidenter nobis acclamat: Confide-
te, ego vici mundum.

De Sanguine pretioso, & Meritis D. N. Iesu Christi
quibus egrotus tanquam duabus firmissimis Co-
lumnis inniti debet.

CAPVT

III.

Lud. Perus,
de Preparat.
ad mortem.
Ephes. 6.

SEdulo ob oculos ponet egrotus pretiosissimum SAN-
GVINEM, & inestimabilia illa MERITA D. N. Iesu
Christi: cui innixus, tanquam columba in petra cauer-
na, tutus erit a spiritibus nequam in caelestibus: Non
cum homo per suam contritionem quantumvis magnam,
& quocumque opera bona, qua omnia a Deo sunt, virtutibus
suis vel alicuius creatura, sese liberare nequeat: opus
sanè est ad peccati remissionem, ipsius offense diuina
Maeistatis omnipotentè & infinita Bonitate, et Miseri-
cordia. Et cum contra Iustitiã nihil agat Deus, Iustitiã
autem requirat, ut nullum malum maneat impunitum: cer-
tè opus est quadam delicti compensatione, & satisfactione.
Hanc vero nobis præstant Sanguis pretiosissimus, &
Merita gloriosa D. N. Iesu Christi, Thesaurus in-
estimabilis, Pretium non solum par, sed etiam infinitum
partibus maius: & exuperans omne quod est in celo &
in terra. De quo Paulus Apostolus ait: Empti estis
pretio magno. Quapropter Deus reuera dives in mi-
sericordia, nolens genus humanum perire: pro sua in-
comprehensibili Sapientia, cum Misericordia miscuit
Iustitiã: volens ut vnigenitus suus filius, factus homo
tanquam agnus innocentissimus offerretur in ara cru-
cis, omniumque peccata portaret: atque ita pretio eius
sanguinis, pretio quidem infinite estimationis, genus
humanum ipsi reconciliaretur. Hunc proposuit Deus
PROPITIATOREM, per fidem in sanguine ipsius: cuius
sanctissima Passionis ac profusi semel sanguinis, sed tam-
men

1. Cor. 6.
Ephes. 1.

Rom. 3.

men adhuc in conspectu Dei viuentis, clamantis, & ad remissionem peccatorum aequè efficacis, & omnium Meritorum eius, in Baptismo facti sumus participes. Itaque licet Deus gratuito, hoc est, sine meritis nostris, sed propter nomen sanctum suum remittat nobis peccata: hoc tamen fit interueniente, pretio sanguinis Iesu Christi, dilectissimi Filij sui: ut quod gratis nobis contingit, id diuina Misericordia, & Christi Iesu Merito, totum feramus acceptum: & qui gloriatur, in Domino gloriatur, & in Cruce D. N. Iesu Christi. Cuius tantus est, tamq̃ propensus ergo peccatores, ne pereant, affectus, ut in Cruce Patrem suum pro suis crucifixoribus insultantibus & conuiciantibus orauerit, Luce xxiii.

1. Cor. 1.
2. Cor. 10.
Gal. 6.

Nullus itaque scrupulus remaneat apud hominem fidelem, in Christo Iesu baptizatum, verèq̃ pœnitentem, innixum duabus illis firmissimis & solidissimis Columnis: Dei scilicet infinita Misericordia, & Merito superabundanti Domini nostri Iesu Christi: per quem ut Mediatorem Dei & hominum, Deus Pater vult omnes homines saluos fieri. Qui caro de carne nostra, hominumq̃, proinde amantissimus, nunquam non clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

1. Tim. 4.

Ephes. 5.

Matth. 11.

De Domini nostri Iesu Christi in remittendis peccatis diuina Potestate, & optima erga nos Voluntate: D. Bernardi Sententia.

Vnde scimus, quòd Christus possit peccata dimittere? Hinc procul dubio, quia Deus est: & quicquid vult potest. Vnde autem, & quòd Deus sit? Miracula probant. Facit quippe opera, quae nemo alius facere potest: ut taceam oracula Prophetarum, nec non & paterna vocis testimonium elapsæ caelitus ad ipsum. Quòd
N si Deus

CAPVT

IIII.

Bern. Ser. 11.
ad Milites
templi.

Ioan. 15.

Matth. 17.

2. Pet. 1.

Rom. 8.

si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Si ipse est, & non alius, cui quotidie confitemur, dicentes: Tibi soli peccavi: quis melius, imò quis alius remittere potest, quod in cum peccatum est? Aut quomodo ipse non potest, qui omnia potest? Denique ego quod in me delinquitur valeo, si volo, donare: & Deus non queat in se commissa remittere? Si ergo peccata remittere & possit Omnipotens, &

Psal. 31.

solus possit, cui soli peccavit: beatus profectò, cui non imputabit ipse peccatum. Itaque cognovimus, quòd peccata Christus Divinitatis sua potentia valuit relaxare. Porrò iam de Voluntate quis dubitet? Qui enim nostrā & induit carnē, & subiit mortē: putas suam nobis negabit Iustitiam? Voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus, solā à nobis retinebit Iustitiam? Quod ergo ex Deitate constat illum potuisse: Humanitate innotuit & voluisse.

CONSOLATIO EX SACRA ET IMMACULATA Incarnatione & Natiuitate Domini nostri Iesu Christi.

Fructus Incarnationis & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.

CAPVT
V.

INEFFABILE est planè, atque omnino supra captum ingenij humani Beneficium, in sine temporum orbi exhibitum, sancta & immaculata Domini nostri IESU CHRISTI INCARNATIO ET NATIVITAS: cuius consideratione pius ille vates David, de cuius ventre fructu natus est Christus, in hac verba Spiritu sancto plenus prorupit: Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Quid enim mirabilius, quàm quòd Deus homo factus est? quòd ipse in sua persona venit ad liberandum

Psal. 131.

Psal. 97.

Ad2. Sab-
bont Hom.
2. de Natiui-
tar. Christi.

1. Tim. 2.

Heb. 1.
1. Tim. 6.Idem Hom.
1. de Circun-
sione Do-
mini.

Tit. 3.

randum populum suum? Proinde, Iubilate, inquit, Deo
 omnis terra: cantate & exultate & psallite. Iubilate in
 conspectu regis Domini: quoniam ipse venit iudicare
 terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & popu-
 los in equitate. Suales admodum & aurea prorsus sunt
 voces: & vehementer consolantur. Sensus est. Deus ipse
 venit, ut iudicet terram: dabit Aduocatum, Media-
 torem, & Satisfactorem, seipsum. Qui ubi causam egerit:
 sumet partes Iudicis, inter humanum genus, & diabolum:
 pronuntiabit sententiam pro genere humano contra diabo-
 lum: & liberabitur homo, non sua, sed alterius iustitia,
 nempe Iesu Christi. Causa nostra erat, quod eramus di-
 gni eterna morte: a qua nos Christus Mediator Dei
 & hominum, homo factus, sua morte liberavit. Quis un-
 quam admirari satis poterit hanc ineffabilem Dei Bo-
 nitatem & Dilectionem? Considera, quis ipse: qui nos.
 Ipse splendor gloria: hoc est, is in quo gloria Patris, qui
 lucem habitat inaccessibilem, resplicet. Ipse figura sub-
 stantie illius: quippe qui totam Patris naturam in sese
 sit complexus: per omnia similis Patri, per omnia Patri
 coequalis: per quem secula condita sunt. Atqui hic, qui
 tantus est, pro nobis sese impendit: nobis natus est, nobis
 sanguinem fudit. Quid autem nos? Fimentum luti, ci-
 nis & puluis, massa putredinis: imò & hostes. Quid te o-
 nimium dilecte IESU huc adiecit? quae merita populi? quae
 huius beneficia? Nulla prorsus. Amor, inquit, quo ultro
 prosequi lubet hominem perditum facit, ut subeam tam
 indigna. Certè cum Deus esset, poterat nos alio modo li-
 berare: sed ut declararet, quanti nos faceret, quantum-
 que diligeret, voluit hoc modo liberare: voluit hac ra-
 tione uti, ut efficacius sanaret miseriam nostram. Quid
 autem ita facit ad erigendam spem nostram, quam Exem-
 plum hoc benignitatis & humanitatis Dei exhibitum?

N 2 Nans

Nunc vero Sententias aliquot, tanquam suauiter spirantes flosculos, ex S. Scriptura viridario desumptis corde suscipiamus: usque nos recreemus.

SENTENTIÆ S. SCRIPTURÆ perquam suauēs, de Incarnatione & Natiuitate n. Iesu Christi.

SENTENTIA I. *Esaiæ 7.*

Hæc dicit Dominus: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius E M A N U E L.

PARACLESIS.

CAP. VI.
Matth. 1.
Chrysof. in
Esaiam Pro-
phetam.

VOCABVLVM hoc dulcissimū explicat S. Eu-
angelista *Matthæus*, Quod est interpretatum,
inquit, NOBISCVM DEVS. Tunc enim maximè nobis-
cum fuit Deus, quando super terram visus, & cum ho-
minibus conuersatus, multam nostræ salutis promiden-
tiam declarauit. Non enim iam angelus, non itè arch-
angelus nobiscum: Sed ipse suo descensu Dominus con-
nem in se recepit medelam & correctionem. Cum mer-
tricibus loquitur familiariter: cum publicanis recun-
bit: domos ingreditur peccatorum: latronibus se conueni-
endi liberam concedit fiduciam. Denique nostrâ humanam
naturam sibi ipsi coniuuit. Deo ergo hominibus assisten-
te, nihil relinquitur iam homini formidandum, & quod
illi incutiat tremorem: magis verò, vt de vniuersis fiduciam
sumat: quod & re ipsa contigit. Illa enim maius
à progenitoribus inuecta, & qua immota videbantur,
dissoluta sunt. Sententia aduersus commune hominum
genus prolata, submota est. Quin & nerui illorum pec-
cati resecti sunt: & diaboli tyrannis deperit. Paradisus
eatenus omni humano generi inaccessus, homicida & la-
troni primum nunc patuit. Mors, nomen quidem retine-
ret deinceps, ipsa re spoliata.

Luc. 7.
Matth. 9.
Lucæ 19.

SEN

SENTENTIA II. Luca 1.

Ait Angelus ad Mariam: Ecce concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen eius I E S U S. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.

PARACLESIS.

Nomen hoc mellifluum IESVS, omnia Filij Dei ex-
 primit beneficia: & dulcissimas aduersas peccati,
 diaboli, mortis, & inferni terrores continet. **Capvt VII.**
 Consolationis. Quid est enim IESVS nisi SALVATOR? Ideo S. Abac. 2.
 Propheta ait: In Domino gaudebo, & exultabo in Deo
 Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea. Proinde si per-
 timefcimus peccatum: hic puer est IESVS, hoc est, SAL-
 VATOR noster, contra peccatum. Ipse enim, ait Ange-
 lus, saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et
 Apostolus Ioannes, Sanguis, inquit, Iesu Christi filij
 Dei emundat nos ab omni peccato. Ipse est propitiatio
 pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed
 etiam pro totius mundi. Si terret nos diabolus: succur-
 rat nomen IESV, qui contriuit caput serpentis antiqui.
 Qui ait: Princeps mundi huius iam iudicatus est. Et
 Apostolus Ioannes ait: In hoc apparuit filius Dei, ut
 dissoluat opera diaboli. Ideo dixit Gabriel: Hic erit
 magnus, id est, fortia facta edet: & maiora quam Ge-
 deon, Samsón, & alij heroes: quia regnum diaboli de-
 nastabit. Et filius, inquit, Altissimi vocabitur: Rex re-
 gum, & Dominus dominantium, Deus de Deo: & ideo
 Si Deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat,
 quis est qui condemnet? Ad hæc, si pertimescimus mor-
 tem: hic puer IESVS est, seu Saluator. Ipse enim dixit:
 Ego sum Resurrectio & Vita. Si urget Infernus: verse-
 tur in idem ob oculos nomen IESV, qui locutus est per
 N 3 prophe-

CAPVT

VII.

Abac. 2.

Matt. 1.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 2.

Gen. 3.

Ioan. 16.

1. Ioan. 3.

Apo. 17. 19.

Rom. 8.

Ioan. 11.

Osce 13.

1. Cor. 15.

prophetam: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferus. Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

SENTENTIA III. Luca 1.

Per viscera misericordiae Dei nostri, visitauit nos Oriens ex alto.

PARACLESIS.

CAPVT

VIII.

Bernar. Ser.
7. de Aduentu
tu Domini.

Ephes. 3.

Philip. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 1.

Generalis est humano generi miseria triplex. **D**iscernere volumus inter bonum & malum, decipimur: Si tentamus facere bonum, deficimus: si conamur resistere malo, deicimur ac superamur. Necessarius proinde Saluatoris aduentus: qui per fidem in nobis habitans, illuminet caecitatem nostram: & nobiscum manens, adiuuet infirmitatem nostram: & pro nobis stans, fragilitatem nostram protegat & propugnet. Si enim ille in nobis: quis iam decipiat nos? Si ille nobiscum: quid non poterimus in eo qui confortat nos? Si ille pronobis: quis contra nos? Nimirum ipse est Deus Sapiens, cui semper in promptu sit instruere ignorantes: ipse Deus Virtus cui facile sit deficientes reficere: & eripere periclitantes. Ad hunc ergo tantum Eruditorem in omni deliberatione curramus: hunc tam strenuum Adiutorem in omni operatione inuocemus: huic tam fido Propugnatori in omni colluctatione committamus animas nostras: qui ad hoc venit in mundum, ut tenebras nostras illuminaret: labores leuaret: & pericula propulsaret.

SEN

SENTENTIA IIIII. *Matthæi 1.*

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius EMMANUEL: quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

PARACLESIS.

EMMANUEL nobiscum Deus: facie ad faciem apparens nobiscum Deus. *Abraha patri credetium tribus horis temporis, licet non per ipsam ineffabilem Deitatis substantiam, sed potius per angelicam speciem, à meridie visus est: nobis triginta tribus annis in terra apparuit, & cum hominibus conuersari dignatus est. Iacob etiam breui tempore per angelum nihilominus apparuit colloctans cum eo: quiq. se ab eo superari permisit, ut hunc mundicordem merito benediceret, atque Israel nominaret: nobiscum Deus amplius magis, pro nobis magnificum certamen adimplens: vsque ad mortem accedens, ut morte sua mortem occideret, & benedictionem atque immortalitatem mundo corde populo condonaret: qui fiducia! iter dicit, Nobiscum Deus: per Euangelistarum & Apostolorum predicationem: per sui Corporis & sanguinis sacramentum: per gloriose crucis signaculum. Per ista ergo omnia nobiscum Deus, & ad nos atque in nobis. Sicut ipse ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

CAP. IX.

Origenes in.

cap. 1.

Matth.

Genes. 18.

Genes. 32.

Matth. 28.

SENTENTIA V. *Luca 2.*

Dixit Angelus pastoribus: Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui est CHRISTVS DOMINVS, in ciuitate Dauid.

PARACLESIS.

CAP. X.
Bernard. Ser.
1. de Epiph.
Dom.

Ioan. 3.

Rom. 8.

Quid tam necessarium perditis, quid tam optabile miseris, quid tam utile desperatis? Nonne desperarem audiens quia venit ille, cuius legem sic prauaricatus sum: cuius patientia sic abusus sum: cuius beneficium tam ingratus fui? Quae vero maior consolatio poterat esse, quam in dulci vocabulo, in nomine consolatorio? Propterea Christus ipse dixit: quia non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus per ipsum. Iam confidenter accedo: iam supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quando SALVATOR venit in domum meam? Ei soli peccavi: donatum erit quicquid indulserit ille. Deus est qui iustificat: quis est qui condemnet? Aut quis accusabit aduersus electos Dei?

SENTENTIA VI. *Luca 2.*

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum est nomen eius IESVS.

PARACLESIS.

CAP. XI.
Bernard.
Ser. 2. & 3.
de Cir.dom.

Merito dum circumciditur puer, qui natus est nobis, SALVATOR vocatur: quod videlicet ex hoc iam cepit operari salutem nostram; immaculatum illum

illum pro nobis sanguinem fundens: nō utiq. propter se, sed propter electos. Nam neque in peccato genitus, nec a peccato circumcissus, nec mortuus est pro peccato suo: magis autē propter delicta nostra. Omnes enim peccaverūt, Rom. 3. Gal. 6. ait Apostolus, & egent gloria Dei. Et alio loco, Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quid enim gloriosius nobis, quā quod tanti estimavit nos Deus. Quis maior illi gloria, quā tanta dignatio, & tanta benignitas: eō utique dulcissima, quia tam gratuita? Nam pro impiis circumcissus, ac demique mortuus est. Videmus quantum fecit, & pro qualibus. Pro qualibus, ut non superbiamus: quantum, ne desperemus? Quid enim tam necessarium fuit ad erigendam spem nostram, mentēsque mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas ab immortalitatis desperatione liberandas: quā ut demonstraretur, quanti nos penderet Deus, quantumq; diligeret? Quid verò huius rei tanto isto indicio manifestius atq. praclarus: quā ut Dei filius immutabiliter bonus, in se manens quod erat, & a nobis & pro nobis accipiens quod non erat, praeter sua natura detrimentum nostrum dignatus inire consortium, prius sine ullo malo suo merito mala nostra perferret: ac sic iam credentibus, quantum nos diligeret Deus, & quod desperabamus iam sperātibus, dona in nos sua sine ullis bonis meritis nostris, imō praecedentibus & malis meritis nostris, indebita largitate conferret? quia & ea quae dicuntur merita nostra, dona sunt eius. Commendat, inquit Apostolus, Rom. 5. charitatem suam Deus in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Adhuc addit & dicit: Si enim cū inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius:

N 5 multo

August. de
Trin. lib. 13.
cap. 10. 15.
& 16.

multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Tantum nobis praestitit bonum Medicus ille, qui est Hebraicè IESVS, Gracè ΣΩΤΗΡ, nostra autem locutione SALVATOR. Attende autem quod dicit Apostolus iustificari nos in sanguine ipsius. Quae vis est sanguinis huius; ut in eo iustificemur credentes? Peccata nostra diabolus tenebat: & per illa nos merito figebat in morte. Dimisit ea, qui sua non habebat: & ab illo immerito est perductus ad mortem. Tantum valuit Sanguis ille, ut neminem Christo indutum in aeterna morte debita damnare debuerit, qui Christum morte indebita vel ad tempus occidit. Quis igitur iam dubitet Christum daturum vitam suam, pro quibus inimicis dedit. Mortem suam? Et, si tantum valuit Mors Christi, ut vitam conferret: an non validior multo Vita eius censenda est, ut nobis vitam conferret?

SENTENTIA VII. Ad Galatas 4.

Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

PARACLESIS.

CAPVT
XII.

Dvo assumpta carnis beneficia. Apostolus indicat liberationem à malis, & bonorum subministracionem: quae quidem nullus praestare poterat, nisi Christus solus. Sunt autem liberari ab execratione legis: & adoptari in ius filiorum Dei. O immensa Dei in nos beneficia! Ut enim hominem captiuum, de cuius supplicio capitali sententia iam lata est & promulgata, nulla alia vox consolari potest, quam Principis, qui liberationem pollicetur: ita hominem lapsam in peccatum, ob idque damnatum, de cuius aeterna damnatione Decretum sancit.

sancitum, in lege iam promulgatum erat, nulla alia vox
 consolari potuit, quam filij Dei, promittentis se legi sa-
 tisfacturum, & pœnam in se derivaturum. Qui cum
 non esset obnoxius execrationi transgressionis, hanc in
 se recepit pro omnibus, ut omnes ab ea liberaret: &
 mortuus, eos quibus erat moriendum exemit à morte,
 filius inter mortuos liber. quippe qui peccatum non se-
 cit, nec est inuentus dolus in ore eius. Nec satis illi erat,
 hominem perditum liberare: insuper gloria & honore
 coronauit eum, nempe filiorum Dei. Cogita: si Rex quis-
 piam, vel Regis filius te morti obnoxium dispendio sua
 salutis à morte exemisset: nec hoc contentus, te situ ac
 pedore carceris squalidum optimis unguentis perfundi
 mandasset: præterea non modo fame, siti, ac inedia con-
 fectum adipe frumenti & sanguine vna meracissima,
 ad venustatis pristinae reparationem resciri: ac vilissimis
 pannis corpori tuo detractis indui curasset purpura &
 omni genio mundo: postremò in filium adoptasset, Re-
 gisq; consortem conscripsisset: an non beneficium hoc om-
 nium esset maximum? nonne obstupesceres? Plus autem
 tibi Deus contulit in filio suo Iesu Christo. Nā ab aeter-
 na morte nullo temporis sine terminanda te redemit: &
 filium Dei, consortem diuinae Naturæ, & heredem Vitæ
 æternæ constituit. Et vnde constat, inquis, nos factos esse
 filios Dei? Audi Apostolum. Omnes filij Dei estis per
 fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicumq; enim in Chri-
 sto baptizati estis, Christum induistis. Itaque si Chri-
 stus est filius Dei, tu verò illum induisti: cum habes fi-
 lium in te, & in illum per similitudinem transformatus
 sis: in eandem cognationem, vnamq; speciem perductus es.
 Ideo dicit: Omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu.
 Quid his verbis stupedum magis et reuerendum? Qui prius
 erat Ethnicus, aut Iudæus, aut seruus: nunc obambulat
 formam

Psal. 87.
 Esa. 53.

Adam. Saf-
 bout, Hom.
 2 de Circun-
 Domini.

Gal. 3.

Chrysof. in
 ca. 3. epist.
 ad Gal.

formam gestans non Angeli, neq. Archangeli, sed vniuersorum Domini: atque in sese Christum representans. Quanta dignatio Dei, patrem hominum esse: quanta hominum gloria, Dei filios esse & heredes? Nam si filij, & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

Rom. 8.

CONSOLATIO EX S. BAPTISMO DOMINI nostri Iesu Christi.

Fructus S. Baptismi D. N. Iesu Christi.

CAPVT
XIII.

Apoc. 1.

Mat. 3.

Ephes. 2.

Coloss. 1.

Sacro sancto suo Baptismo Christus Iesus D. N. ostendit se esse SALVATOREM MVNDI: atque idcirco ad nos venisse in mundum, vt sanguinem suum profunderet, quo nos à peccatis nostris ablueret. Sicut scriptum est: Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et, vt per suum S. Baptismum aquas nostras sanctificaret, nobisq. fontem salutis pararet: nempe, salutare Lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti: vt scribit Apostolus Paulus ad Titum, cap. 111. Huius Effectus & Fructus declarantur in historia Evangelica, vbi sic legitur: Baptizatus Iesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt caeli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum. Et ecce vox de caelis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Sed expendenda sunt singula historie partes. APERTI SVNT CÆLI. Eo significatum est, Christum esse, per cuius Incarnationem & sanguinis effusionem humana caelestibus iungerentur: qui cali iannis apertis, aditum nobis ad thronum Dei fecerit. Sicut S. Paulus dicit: Per ipsum habemus accessum ambo (Iudæi & Gentes) in vno Spiritu ad Patrem. Et iterum: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue qua in terris, siue qua in caelis sent.

ET VI-

ET VIDIT spiritum Dei descendentem, sicut columbam. Significatum est, per Christi Baptismum, quo noster Baptismus consecratus est, ac per quem Christo inferimur & incorporamur, nos Spiritu sancto donari: quem accipimus tanquam pignus hereditatis aeternae. Ad hunc quippe modum scribit Apostolus Paul. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum Dominum nostrum: ut iustificati gratia ipsius, haeredes simus secundum spem vitae aeternae. Et ad Ephesios: Signati estis, inquit, Spiritu promissionis sancto: qui est pignus hereditatis nostrae. Idem Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: eodem Apostolo teste, Roman. viii. Est autem consolatione plenum, quod Spiritus sanctus in specie descendit columba. Mansuetum hoc animal, ac mundum est. Quia igitur est mansuetudinis spiritus, propterea in eius specie apparuit. Simul etiam nos veteris admonet historiae. Nam cum aliquando uniuersum orbem naufragium commune miserisset, & omne prorsus hominum genus periclitaretur: istud interim certe animal apparuit, sinemque illius tempestatis ostendit: atque ore ramum portans oliuae, pacem mundo redditam nunciauit. Quae omnia erant futurorum figura. Tunc enim multo erat hominum vita deterior, multoque maiori digna supplicio. Ne ergo ipse desperes, illius te historia confirmat admonitu. Nam tum quoque desperatis iam omnibus rebus, liberatio facta est atque correctio: sed tunc utique per poenam, modo vero per gratiam, atque ineffabilem indulgentiam Redemptoris. ET ECCE vox de caelis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Significatum est, Christum Baptismo suo aqua & sanguinis promeruisse nobis, ut filij Dei nominemur & simus. Sicut in Epistola sua

Tit. 3.

Ephes. 1.

Chryf. Homil. 12 in Mattheum.

Genes. 8.

1. Ioan. 3.

sua S. Ioannes scribit: Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus. Quis non stupore dignam censebit eam Dei Bonitatem, qua nos miseros & maledictos, non amicorum solum, verum etiam filiorum & heredum loco habere dignatus est? Laudantur merito, qui ere suo captivos vel ex carceribus, vel à trivemibus redimunt, & in libertatem afferunt: cum iudem ferè in eo beneficentia gradu quiescant, nos bonorum suorum heredes faciant quos redemerunt.

1. Pet. 1.

Deus Pater non auro et argento, aliisue corruptilibus bonis, sed Sanguine filij sui, & filij unigeniti nos redemit, è captivitate non hominum sed demoniorum. Nihil hic quiescit ineffabilis eius Beneficentia: sed præterearendemptos filij sui cõsortes & cohæredes esse voluit. Nam si filij Dei sumus, utique & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Adhuc si filios nos suos fecit Deus, seq̃ Patrem profitetur, quem iuxta præceptum filij Dei D. N. Iesu Christi innuocare, & Patrem appellare debemus; de quo etiam Christus dicit, Ipse Pater amat vos: utique nostri memor esse & curam nostri gerere vult: neque ullo nos pacto deserere aut despicere.

Rõm. 8.

Matt. 6.
Ioan. 16.

Itaque hanc uberrimam ac suavissimam ex Baptismo Christi Consolationem intimo pectore infixam atque insculptam circumferre, & assidue cogitare debemus: testatur namque Deum vero nos & inenarrabili amore complecti. Quem quidem amorem summo pignore confirmavit: dum filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Ioan. 3.

SENTENTIÆ S. SCRIPTURÆ DE S. BAPTISMO D. N. Iesu Christi, Sententia 1. Ioan. 1. Vidit

Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.

PARACLESIS.

Ioannes Baptista præcursor Domini Saluatoris, quem diu venturum populis prædicauerat, ipsum venientem ad se mox digito demonstravit dicens: Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ecce innocens, & ab omni peccato immunis: utpote qui os quidem de ossibus Adam, & caro de carne eius: sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpa. Ecce qui tollit peccata mundi qui peccatores & impios iustificandi habet potestatem. Quomodo autem peccata mundi tollat, & quo ordine iustificet impios, Apostolus Petrus ostendit, qui ait: Non corruptilibus argento vel auro redempti estis: sed pretioso sanguine quasi agni incõaminati & immaculati Iesu Christi. Et in Apocalypsi Ioannes Apostolus scribit: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Nõ solum autem lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis: vel quando vnusquisque nostrum mysterio sacrosanctæ Passionis illius Baptismo aqua ablutus est: verum etiam quoti die tollit peccata mundi, quotidie lauat nos à peccatis nostris in sanguine suo, cum eiusdem beatæ Passionis ad altare memoria replicatur. Fons est, ait S. Bernardus, qui nunquam poterit exhaustiri. Quocirca non dixit Ioannes Bapt. Ecce Agnus Dei, qui tollit, aut tulit: sed qui tollit peccata mundi, ut quotidie ea tollere intelligatur. Non semper crucifigitur: Vnum namque pro peccatis nostris tulit sacrificium, sed semper per istud nos purgat. Ob quam causam ex latere tui in mortui lancea confosso, exiit Sanguis & Aqua. Quæ res contra naturæ est ordinem: sed hoc miraculo disce-

CAPVT
XIII.
Beda.

1. Pet. 1.

Apoc. 1.

Bernard. Ser.
1. de Nat.
dom. Chryf.
Hom. 17. in
Ioannem.

208 CONSOL. EX S. BAPTISMO. D. N. I. CHRISTI.
discemus, sanguinem Christi etiam post mortem viuere
manere: & lauare homines a peccatis.

Perpetuam esse S. Baptismi virtutem.

CAPVT

XV.

Ex Instituti-
one Chri-
stia, Mogür.

Jerem. 31.

Non præteritorum solummodo peccatorum remis-
sionem præstat Baptismus: verumetiam in-
rum, quæ postea perpetrantur, condonatione vim suam
exercet. Nam & leuiore offensa, sine quibus humana
vita non agitur, veniales sunt: & grauiora delicta sunt
remissibilia, ex vi fæderis Baptismi, quod inuicem Deus
& homo contraxerunt: Domino per Prophetam præ-
mittente, PROPITIABOR INIQUITATI EORVM. Non
enim ad delenda subsequenda peccata prodesse vult
Pœnitentia aut Pietatis opera, nisi Baptismus nos in
Christo renouasset. Cuius renouationis virtus non est
tantum momento valet, dum confertur: sed per omnes
vitam hominis se extendens, etiam ea mala quæ post-
erius per ignorantiam aut infirmitatem committuntur,
sanat & condonat. Non quod Baptismus toties sit repe-
tendus, quoties peccatur: sed quia semel hoc in Bap-
tismo datum est, ut venia peccatorum per Pœnitentiam
fidelibus impetretur. Itaque in omni remissione peccato-
rum virtus Baptismi operatur: & is qui in Baptismo
propitius est omnibus iniquitatibus nostris, idem per
reliquam vitam sanat omnes infirmitates nostras.

SENTENTIA II. Ephes. 5.

Christus dilexit Ecclesiam: & seipsum tradidit pro
ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro
aquæ in verbo vitæ: ut exhiberet ipse sibi glorio-
sam Ecclesiam, non habentem maculam aut ru-
gam, aut aliquid huiusmodi.

CAPVT

XVI.

P A R A .

Quam ardentem Christum dilexeris Ecclesiam, re-
 bus ipsis declaravit, dum seipsum tradidit pro ea
 in mortem: nimirum ut eam sanctificaret, videlicet san-
 guine suo, quo aspergimur in Baptismo: sacro hoc aque
 lauacro abluti in verbo vite, nempe in nomine Patris,
 & Filij, & Spiritus sancti. Ut autem immensam hanc
 dilectionem, ceteraque Iesu Christi beneficia, quibus
 ornatur: maxime vero incomprehensibilem illum erga
 nos, tanquam carnem suam, affectum, altius animis no-
 stris Apostolus imprimeret: exemplum adhibet Na-
 tanae, quod perpetuo circumferimus, nec unquam nobis
 posse potest, nisi omnino mente captis. Ut enim nemo
 carnem suam odio habet utcunque deformem, onerosam,
 & infirmam: sed fouet languidam, & si quid deforme
 est in ea, occulit & tegit: ita & Christus non repudia-
 vit Ecclesiam, tamen si infirmam & deformem, adeoque
 multis sceleribus contaminatam: sed suo Spiritu eam
 purificavit pollutam ac sordidam, curavit languidam.
 Nunc quoque deformitatem omnem nostram dissimu-
 lat, tegit ac purgat: & defectus nostros patienter tole-
 rat & sanat. Quia nemo unquam carnem suam odio
 habuit: sed nutrit & fouet eam. Et membra sumus cor-
 poris eius, de carne eius & de ossibus eius: participavit
 enim nostra carni & sanguini, factus ex muliere, nem-
 pe virgine Maria. Itaque iuxta exemplum natura
 certum est, quia nec Christus nos abiciet, utpote car-
 nem suam, quam amat. Hinc tam fiducialiter S. Ber-
 nardus, Plane, inquit, nos Deus despicere non potest
 nisi sanguis & caro nostra est. Et alias nos admonens,
 ait: Christum Iesum diligamus, ut verum hominem &
 fratrem nostrum: honoremus ut Dei filium, adoremus
 ut Deum.

Ada. Sab-
 bour in Epist.
 ad Epict.

Matt. 23.

Claudius
 Guili. in ead-
 dem Epist.

Heb. 2.

Gal. 4.

Bernar. Ser-
 m. de Epiph.
 locutus

ut Deum. Secure credamus in eum, secure credamus ei nos ipsos: cui nec Potestas deest saluandi nos, cum sit verus Deus & Dei filius: nec bona Voluntas, cum sit tanquam vnus ex nobis, verus homo, & hominis filius.

SENTENTIA III. Esaiæ 61.

Gaudens gaudebo in Domino: & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimento salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

CAPVT
XVII.

PARACLESIS.

GRatulatio est Ecclesie, & anime cuiusque fidelis, quod accepta à Christo beneficia exultantis. Quod enim maior letitia causa esse potest, quam hac nos fiducia sustentari posse: quod etsi simus miseri & erumosi, horribiliter etiam peccatis contaminati: etiam si conscientia nos accuset: diabolus autem proposito peccati chirographo terreat: mors etiam ante oculos versetur: etiam denique terrores & paiores nos pariter vehementissime concutiant: animo tamen esse possumus firmo & infractibili, atque spiritaliter & vero corde gaudere queamus & exultare in Domino Deo nostro? Vnde autem gaudemus hoc, unde exultatio, unde nobis hac fiducia? Nonne maxima salute, tanquam pretiosissimo vestimento: maxima iustitia vere nobili & admirando indumento donauit nos Dominus: quibus freti, in morte etiam audemus exultare. Et vestimentum quidem Salutis Christus confecit, quando è faucibus mortis nos eripuit, ac Salutem nobis ac Vitam restituit: quo quidem vestimento in S. Baptismo induti sumus. Porro indumento Iustitiæ circumdedit nos, cum in eodem Baptismo Iustitiam suam

& M

& Merita omnia, quin & Seipsum totum nobis exhibuit & communicavit. *Quicumque in Christo baptizati estis, ait Apostolus Paulus, Christum induistis.* Gal. 3.
 Inque figura de Vestitu, de quo sic exultat. Ecclesia, est commonefactio plena Consolatione. Vestis homini non è cute nascitur, sicut pluma anibus, & tegumentum villosum equis ac bobus: sed texitur ex vellere ovium. Hanc ergo vestem tantopere nobis necessariam, ut pote sine qua in conspectu Dei consistere nequimus, de suo vellere attulit AGNVS DEI, qui tollit peccata mundi: & in Ioan. 1.
 cruce pendens Sanguine suo infecit, tinxit atque rubricavit. Ea nos tineta sic cocco celesti, pretioso scilicet Sanguine suo, tegit & ornat, ut sordes nostræ non appareant: ut ea contesti & ornati audeamus accedere eternum Patrem: & ille nos intueatur, non quales sumus, (sumus autem miseri & peccatores inquinati) sed ita ut a filio suo sumus induti & ornati. Hæc vestis significabatur haud dubie Genesis cap. III. ubi Deus vestit Adamum & Evam tunicis pelliceis: quas non aliunde, quam ab eæ vel agno detractas credimus: ut pellis huius animalculi expressa esset imago vestis Iustitiæ Christi: sub qua peccata nostra tecta iacent. Ipse enim verus est Agnus sine macula: cuius Iustitiæ, tanquam byssino splendenti & candido vxor Agni, id est Ecclesia, & fidelis cuiusque hominis anima, ut cooperiatur datum est, ut in Apocalypsi sua S. Ioannes scribit. Byssinum Apoc. 19.
 enim, inquit, iustificationes sunt sanctorum. Porro pulcherrimum hunc Salutis vestitum, et regium planè ornatum Iustitiæ, Christus voce Evangelij, & per Sacramenta nobis offert, impartit & applicat: nos fide vivas, ac piis desideriis accipimus & accommodamus. Quam promptus verò ad largiendum sit Christus, indicat cum ait: Ecce ego sto ad ostium & pulso: si quis
 O 2 audit-

Apoc. 3.

audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

Deinde fit mentio Sponsi ac Sponsae: ut typo hoc veluti pictura in oculos incurrente, in cordis penetrabilia res maximam transmitteremus: nempe diuinum hoc beneficium tum orbi exhibitum, cum Dei vnicus filius humanis formam induit: nostramque naturam incredibili coniunctionis vinculo sibi copulauit. Beneficium hoc tam ingens est, vt nemo quamlibet ingenio pollēs, illud quae non verbis modo explanare, sed ne cogitatione quidem concipere. Sicut Sponsus suscipit Sponsam de fensione: ita Christus suam defendit Ecclesiam, & suscipit patrimonium eius. Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

Zach. 2.

Esa. 42.

Rursum: Noli timere, quia redem te, & vocam te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, recedam ero, et flumina non operient te. cum ambulaueris in igne, non comburēris, & flamma non ardebit in te. Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israël Saluator tuus. Noli timere, quia ego tecum sum. Et in Euangelio dicitur:

Ioan. 10.

Oues mea vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam eternam do eis: & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manibus meis. Atque ideo vt vxor carnalis tota a marito pendens, in eo quiescit: ita Ecclesia suo se sponso vnice dilecto totam committit, omnem sollicitudinem suam precians in eum: utpote cui cura sit de ea. Etsi autem nemo nostrum sibi arrogare praesumat, vt animam suam

Psal. 54.

1. Pet. 5.

Bernard.

Sert. 13. super Cantica.

quis audeat Sponsam Domini appellare: quoniam nomen de Ecclesia sumus, qua merito hoc nomine, & re nominis gloriatur: non immerito gloria huius participari vsumus. Quod enim plene simul omnes integre possidemus, hoc singuli sine contradictione participamus.

Idem Serr.
de miraculo
facto in nu-
ptiis Canz
Galil.
1. Pet. 1.

Vnde autem tibi o Anima, unde tibi tam inestimabilis gloria, ut eius Sponsa merearis esse in quem desiderant angeli ipsi prospicere? Vnde tibi hoc, ut ipse sit sponsus tuus, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: ad cuius nutum vniuersa mutantur? Quid retribues Domino, pro omnibus qua retribuit tibi: ut sis socia mensa, socia regni, socia denique thalami: ut introducat te Rex in cubiculum suum? Vide iam quid de Deo tuo sentias: vide quantum de Deo presumas. Vide quibus brachiis vicaria charitatis redamandus et amplectendus sit, qui tantum te ostimauit: imo qui tanti te fecit. De latere enim suo te reformauit: quando propter te obdormiuit in cruce, & ob hoc somnum mortis excepit. Propter te a Deo Patre exiuit, ut adhaerens ei, vnus cum eo Spiritus efficiaris.

CONSOLATIO EX SALVTIFERA DO-
CTRINA D. N. IESU CHRISTI. DE AUTORITATE DOCTRINÆ
D. N. IESU CHRISTI, TESTIMONIA S. SCRIPTURÆ.

VOX ÆTERNI PATRIS DE FILIO SVO CAPVT
D. N. IESU CHRISTO. XVIII.

Matthæi xvii. Lucæ ix.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene com-
placui: IPSVM AUDITE.

Deuteronomij xviii.

Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum,
similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loque-
turque ad eos omnia qua precepero illi.

Esaïæ iv.

Eccc testem populis dedi eum: Ducem ac Præcepto-
rem gentibus.

O 3

Esaïæ

Esaia XLII.

Dedi spiritum meum super eum: iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam: nec audietur foris vox eius. Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans non extinguet.

PERACLESIS.

Hunc S. Scriptura locum de Christo proprie intelligendum esse, Matthaeus Euangelista Cap. xii. ostendit. Significat autem Christum recte, sine discrimine personarum, iudicaturum: & aequè pro pauperibus atque pro diuite pronunciatum. Adhuc, non futurum ingenio feroci aut amaro; non indignabundum aut contentiosum. Porro calamum seu arundinem quassatam & linum fumigans Conscientias vocat anxias & perterrefactas agnitione peccati, & sensu ira & iudicij Dei, in quibus adhuc tamen est aliquid bonae spei: huiusmodi Christum neque contritum neque extinctum dicit. Quamquam, inquit, est aliquis peccator, licet sepius in peccatum, non tamen conteret nec opprimit eum: non abiiciet: & qui vicini sunt extinctioni, sua clementia ac mansuetudine seruabit ne pereant. Arundo corrita non est amplius usus, sed in ignem abiicitur: & linum extinguitur et fumans, non tantum est inutile, sed etiam tetrum odore molestum: unde statim solet pedibus proteri. Tales non verè in conspectu Dei sumus. Sed venit Christus filius Dei misertus vicem humani generis: Raphaël verus Dei medicus, verè mitis & humilis corde: maxima mansuetudine, te, ac nos quotquot sumus ad unum omnes obligat, consolidat, atque instaurat: linum fumans adhuc, saluari statu suo excitat, hoc est, cor prope ad desperandum.

Matt. 11.

desperationem adactum, erigit, consolatur, atque per Spiritum sanctum restituit: accendit in nobis fidem, & sacri amoris ignem. Hanc tantam gratiam ne negligamus: ad hunc tam benignum saluatorem corde contrito ^{Matt. 21.} & humiliato accedere non cunctemur: & inueniemus requiem animabus nostris.

De Iesu Christi D. N. in hunc mundum missi Officio: & eius salutaris Euangelij prædicatione.

Esaia 61.

Spiritus Domini super me, eò quòd vnixerit Dominus me: ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro: vt consolater omnes lugentes.

PARACLÉSIS.

HOc Esaia vaticinium ad solum Christum pertinet. ^{CAP. XIX.} Hæc, ex Luca Euangelio discimus. Sic namque ibi legitur Cap. 1111. Et venit Iesus Nazareth vbi erat natus: & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbathi in Synagogã: et surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaie propheta. Et vt reuoluit librũ, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me. propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & oacis visum, dimittere cõtractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in

O 4 cum.

Corn. Jan-
senius, in
Concord.
Euang.

eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris. Audis ergo Christum hic loqui de se, tanquam de aliquo qui missus esset ad consolandum lato quodam nuncio eos, qui omni humano presidio destituti, omnium miseriarum malis premerentur. Quo significatur: quod ipse à Patre missus fuit, ut Euangely, letissimi scilicet & optatissimi nuncio predicatione consolaretur eos, qui se vera iustitia & salute agnoscerent esse destitutos: & ob peccata sua afflicto essent animo. Talibus namque missus est Dominus ad predicandum remissionem à captivitate peccati & diaboli, & liberationem à cecitate, in qua diu detentati fuerunt: & ad dimittendum eos in remissionem, hoc est, liberos, qui diaboli iugo granatos se & confractos agnoscerent. Porro Annum acceptum vocat, totum tempus Euangelica predicationis, à Christo usque ad mundi finem: quo nimirum Deus gratuita sua bonitate homines in gratiam recipit per mortem filij sui: de quo rursus in Esaiâ dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Diem vero ultionis dicit: qua Deus per filium ultus est nos de inimicis nostris, demonibus: iudicando principem huius mundi, & eiciendo eum foras. Idem ergo tempus est, & annus acceptus, ratione fidelium: dies autem ultionis seu retributionis, ratione hostium populi Dei. Itaque nunc dum tempus est acceptabile & dies salutis, dic verba corde: Domine IESU, cum nemo me sit miserior, qui magis tua egeat misericordia: nemo perturbata conscientia me afflictior: nemo peccatorum plagis vulneratior: nemo tyrannide Satana captivator: te per ineffabilem bonitatem tuam, per tuam crucem & passionem precor, ut eius gratia qua tam affatim omnibus miseris per te propinatur, me quoque facias participem: neque me solum

Esa. 45.

Joan. 16. 12.

ex te

ex ut millibus, qui per tuam misericordiam saluantur, fructeris ea fiducia, quā semper in te collocavi. Amen.

SENTENTIÆ EVANGELICÆ INSIGNIORES, ex melliflua & salutifera Doctrina Domini nostri Iesu Christi.

SENTENTIA I. Ioannis 3.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non peccet, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

PARACLESIS.

Hanc amplissimam Consolationem, ô homo, animo tuo penitus insige, & cogitatione huius dulcissimæ Sententiæ fidem in te accende: hac te sustenta in periculis, cum te angit peccatū, terror mortis, & iudicij Dei. Et in primis quidem magnitudinem amoris contemplare. Deus immensus & infinitus, nullius egens, nullius debitor, dilexit mundum. Quem mundum? Homines in mundo egentissimos: oppressos peccato, morte, & infinitis miseris. Quomodo dilexit? Sic, vt non solum non visceretur admissa scelera, sed pro mundi salute gratuita sua bonitate daret, non Angelum, non Prophetam aliquem, sed filium, eumq; quem habuit vnicum. Angelum si quidem dedisset, non erat res parua: nunc autem dato filio, excellentiorem ostendit charitatem. Ad hoc si multos habuisset filios, vnumq; ex eis dedisset, & hoc maximum fuisset: nunc Vnigenitum dedit. Summa igitur hæc fuit dilectio: quæ tunc etiam magis appareret, si addatur quo pacto dederit: videlicet vt mortem, CAP. XXIII

O s

eamq;

eamq; amarissimam pariter & ignominiosissimam pro nobis pateretur, adhuc impiis & peccatoribus. Quod autem dicitur: Vt omnis qui CREDIT in eum: ostendat Christus, quanta facilitate fructum hunc maximum consequamur: dñ FIDES, res scilicet facilima, exigitur, vt Christo incorporemur, & meritorum eius reddamur consortes. Hac est enim summa Dei benignitas; vt tali medio dignetur nos sua gratia participes facere. Commendatur & huius diuini Amoris magnitudo: quod sine discrimine & exceptione, OMNIS QUI CREDIT in eum, huius fructus particeps esse possit: nempe quod a perditione liberatur, & consequitur vitam non temporalem, sed eternam. Nullus ergo excipitur, nullus excluditur: ex quocunque statu, ex quocunq; lapsu, si credat, perire non timeat. Non enim misit Deus filium suum, vt pro commissis sceleribus mundum condemnaret, quod iuste facere potuisset: sed vt perditioni obnoxius mundus per ipsum salutem consequeretur. Itaque cum adeo valide nos Deus amet: non est quod existimemus eum ullo pacto, aut ullis in periculis defuturum nobis. Vide Roman. VIII.

Ambros. de
Pœnitent. lib.
I. ca. 10.

SENTENTIA II. Matthei 9.

Pharisæi dicebant discipulis Iesu: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã.

PARACLESIS.

CAPVT
XXI.

MEdico se comparat Christus, ostendens qua ratione mundum hunc tanquam nosocomion ingressus sit: nempe curandi non perdendi gratia, ad curandos

randos scilicet peccatores. Iam quid vspiam est, quod miseris nobis Christum queat iucundiorē & desideratorem facere? Poterat venire pro merito humani generis, ut iudex: & ecce venit ut medicus. Nec expectat donec vocetur, sed ultro venit: & ipse ad se vocat curandos. Non enim dicit, Veni vocatus à peccatoribus: sed, Veni vocare peccatores. quo quid aliud exprimit, quam animum ad inuadum propensissimum? Qui ergo etiam ultro ad se vocat peccatores, quomodo reiciet venientes? Minime tamen negligendum est, quod nō simpliciter dicit, Veni vocare peccatores: sed addit, ad poenitentiam. Non enim ideo peccatores vocat, ut peccatores maneat: sed ut desistant, conuertantur & viuāt. Gaudeat ergo, quisquis ille est, quem perpetua damnationis reum adiudicabat conscientia peccatorum. Excidit quippe pietas Iesu omnem criminum quantitatem seu numerositatem. Latetur, quicumque vitis expugnabatur antiquis: siquidem ante faciem unctionis Christi, nullus omnino stare poterit morbus anime, quamlibet inueteratus: qui contritos corde sanat unctione Misericordie sue.

Ezech. 18.
33.
Bernard. ser.
I. in vigilia
Natiuit. Do-
min.

SENTENTIA III. Matthæi 11.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis:
& ego reficiam vos. Et inuenietis requiem ani-
mabus vestris.

PARACLESIS.

Venite ad me OMNES, inquit, non hic aut ille: sed
omnes, qui curis, qui doloribus, qui peccatis labo-
ratis, venite ad me. Non ut poenas luatis: verum ut do-
lores, peccatūq; vestra resoluamur. Venite: non quia
glorifi-

CAPVT

XXII.

Chrysoft.
Hom. 39. in
Matthæum.

120 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI.
glorificari me à vobis opus est mihi: sed quia salutem
vestram maximè sitio: Ego in omni vos quiete consti-
tuam. Domine Iesu, qui verè mitis & humilis cordis,
neminem abicis vel contemnis: ego, qui hactenus gra-
uissimè peccatorum ingo pressus & fatigatus sum, ad te
venio: non gressibus corporis, sed fide ex corde contritus
& humiliato: teque per vulnera tua obsecro, ut iuxta
pollicitationem tuam, qua neminem fallis, tua me dulci
misericordia reficias: & celebrabo nomen tuum, quod est
benedictum in secula.

SENTENTIA IIII. Matthæi XVIII.

Venit filius hominis saluare quod perierat. Quid
vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, &
errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta
nouem in montibus, & vadit quærere eam que
errauit? Et si contigerit vt inueniat eam: amen-
dico vobis, quia gaudet super eam magis, quam
super nonaginta nouem quæ non errauerunt. Sic
non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in ca-
elis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

CAPVT
XXIII.

PARACLESIS.

Habes in his Christi verbis insigne hoc diuina Be-
nitatis indicium: quòd post tantam contuma-
ciam & inobedientiam, post tanta scelera, cum iam de-
lendum penitus totum hominum genus videretur: tum
vero maximum omnium Beneficium prestitit, & uni-
genitum filium suum in hunc mundum missum, in mor-
tem tradidit, idq; pro nobis inimicis adhuc, cumq; auer-
santibus: per quem reconciliatis, regnum celorum &
vitam eternam spondit. Deinde ostèditur, cur Chri-
stus in mundum venerit: nempe vt peccatores saluos fa-
ceret,

Rom. 5. 8.
1. Tim. 1.

erit, quos etiam denuo in peccata lapsos, reuertentes
 tantum, cum gaudio suscipit: qui vult omnes homines sal-
 uos fieri, sicut in Ezechiele quoque dicitur: Nunquid
 voluntatis mea est mors impij, dicit Dominus Deus, &
 non ut conuertatur à viis suis, & viuat? Conuertimini
 & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris:
 & non erit vobis in ruinam iniquitas. Quia nolo mor-
 tem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & vi-
 uite. Propterea Christus addidit Parabolam illam
 dulcissimam de centum ouibus, ex quibus vna periit.
 quam pastor magna cura quesuit: inuentamque cum
 gaudio suscepit. Omnis rationalis creatura, tam an-
 geli quam homines, centum ones sunt, quorum Pastor
 Christus est. Hic reliquit nonaginta nouem in calo: for-
 ma autem serui assumpta venit querere ouem illam vni-
 cam, que est humana natura, & gaudet super illa ma-
 gis, quam angelorum firmitate. In summa autem hoc
 insinuat, quod Deus curam agit conuersionis peccato-
 rum, & gaudet super illis magis, quam his qui stabili
 virtute praditi sunt. Ita natura affecti sumus, ut de re-
 bus amissis multo maiorem curam & sollicitudinem ha-
 beamus, quam de aliis rebus quas adhuc saluas posside-
 mus. Cum ergo Dominus Deus noster talem in nobis
 erga res amissas affectum creauerit, quomodo fieri pos-
 sit, ut non similem, imò maiorem multo erga res ipse
 amissas, hoc est, erga homines peccatores haberet? Certe
 tanto excellentior est hic in Deo affectus, quanto altius
 diuina Maiestas, humanam imbecillitatem superat.
 Quem quidem ostendit, primum cum Prophetas mit-
 teret, per quos perditam suam ouem quareret. Quid
 enim illi clamauerunt, nisi ut conuertentur peccato-
 res ad Dominum Deum, & agerent poenitentiam? Dem-
 de venit ipse in mundum, ut perditam ouem suam ab
 errore

1. Tim. 2.

Ezech. 18.

Theophyl.
in cap. 18.
Mauh.

Luc. 19.

errore & internecone vindicaret & seruaret. sicut loquitur, Venit filius hominis saluare quod perierat. Et iterum in Luca, Venit filius hominis querere & saluum

Sap. 1.

facere, quod perierat. Itaque cum scriptum sit, Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum: utique quia neminem vult perire, cupit peccatores penitentiam agere et per penitentiam denuo ad vitam redire. Quod ex insigni illo dolore & labore, quem nobis seruandis impendit satis constat. Versentur ergo in corde hac ante oculos nostros, ut fidem concipiamus, & spem habeamus. Conuertamur ad Dominum in toto corde nostro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu: quoniam benignus & misericors est, patiens & multa misericordus, & prestabilis super malitia.

Ioel. 2.

SENTENTIA V. Ioannis 4. & 7.

Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.

Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

PARACLESIS.

CAPVT
XXIII.

Quemadmodum aqua illa putealis non ita depellit sitim, ut amplius non redeat, sed quantumcumque etiam biberis, iterum tamen sities: sic in omnibus rebus terrenis nihil est tam excellens, tam prestabile, tamque eximium, quod hominis animo diu satisfacere suapte natura queat. Quicquid enim in hoc mundo, quamuis pretiosum, quamuis iucundum & delectabile in medium produxeris, veluti aqua est, ex qua qui biberit, iterum sitiet. Exemplum videre est in Salomone Rege opulentissimo. Is, ut scribit in Ecclesiaste, edificauit sibi domos, & plantauit vineas: fecit hortos & pomaria, & conseruit ea cuncti generis arboribus: extruxit piscinas

Ecc. 2.

personas aquarum: possedit seruos & ancillas: armenta
quoque, & magnos omnium greges: coaceruauit argen-
tum & aurum: instituit cantores & cantatrices, &
delicias filiorum hominum: fecit scyphos & urceos ad
vina fundēda. Quid amplius optare quis posset ad vo-
luptatem carnalem? Quis non beatum dicat populum,

Psal. 143.

cui hac sunt? Sed audi quid Salomon post hac dicat.
Cum me conuertissem ad vniuersa opera que fecerant
manus mee, & ad labores in quibus frustra sudaue-
ram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi,
& nihil permanere sub sole. Reuera sic est. Nam omnis
mundi felicitas, vitāq; voluptas, vt puluis à turbine,
sic ab aliis ad alios subinde ventilatur atque iactantur:

Gregor. Na-

zianz. Orat.

23. ad Iulia.

Psal. 1.

Sap. 5.

Iob 20.

Ecccl. 14.

Idem Epist.

18. ad So-

phronium

Praef. Et de

Vite itine-

tibus.

& sicut fumus dilabuntur & euanescent: & in somni-
more homines deludunt, vmbraeq; instar manibus tene-
ri nequeunt. Ita vt ventis citius fidere possimus, aut
litteris in aqua scriptis, quā hominum felicitati. Nec
verò sine magna sapientia hoc à te Christe Iesu consti-
tutum est, vt res omnes huius vite incerte sint atque in-
stabile: nempe vt rerum firmarum stabiliumque amo-
ri ac desiderio inardescamus, vmbra & somnia leuiter
curantes.

Adhuc, vt aqua huius maris amara est,
& quo magis ex illa biberis, eò maiore siti cruciaberis:
ita opes & quæuis mundi felicitas & voluptas se ha-
bent, cum his homines abundant, tum maxime deside-
rant: & tum ardentius sitim cupiditatis augent, cum
plus se in amaras illas seculi huius aquas immergunt.

At Christi Saluatoris Aqua noxiam mundi huius si-
tim extinguit, cupiditatum ardorem sedat, sordes omnes
peccatorum eluit, anima nostra terram caelesti imbri
rorat atque fecundat: & ad solum Deum anhelu spi-
ritu mentem humanam sitientem reddit. Aqua hac spi-
ritualis & mystica, Spiritus sancti dona & gratia est:
qua lar-

Cytill. in

Ioan. lib. 5.

cap. 10.

Pfal. 41.

qua largissime potatus fuit Prophetæ David, cum totum ad Deum suspirans dixit: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, quando veniam et apparebo ante faciem Dei? Et rursum: Sitiuit in te anima mea. Petamus has aquas à filio Dei: ipse enim nobis libentissime propinabit. Sicut dicit: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Nihil in hac vitæ-*

Pfal. 61.

stra peregrinationis meditemur, nisi quia hic non semper erimus: nihil sitiamus, quàm Vitam æternam, nihil timeamus, ubi non conturbemur, ubi non moriamur, unde nunquam migremus.

Apoc. 21.
August. Tractatu 32. in
Ioan.

SENTENTIA VI. Ioannis 8.

Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

PARACLESIS.

CAPVT

XXV.

August.
Tract. 34. in
Ioannem.
Ioan. 1.
Pfal. 35.

Non arbitremur Dominum Iesum Christum, hunc esse Solem quem videmus: sed ipse est per quem Sol iste, & omnia sunt facta. Et *LVX* est, de qua propheta olim cecinit: *Filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab ubertate domus tue: & torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen. Filij hominum, inquit, sperabunt. Salus ista que in presenti est, hominibus pecoribusque communis est: Sed est alia, quam sperant homines, & accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant. Quæ est illa? Inebriabuntur ab ubertate domus tue: & torrente voluptatis tue potabis eos. Vnde? Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Ipse fons vitæ ambulabat in terra: ipse dicebat, *Qui sitit, veniat ad me & bibat. Ipse & lumen est, Deus de Deo, Lumen**

Lumen de lumine: qui ait hominibus, Ego sum Lux mundi. Qui Lumen est, ipse & Fons est. Qui tibi lucet, et videss: ipse tibi manat, ut bibas. Sequere igitur illum Solem: istam Lucem ama: ut ad eam aliquando venias, in illa viuas & non moriaris. Spera in Domino: *Psal. 3.* quia Domini est salus. Non dedignabitur saluare, quos dignatus est tam clementer ad se vocare.

SENTENTIA VII. Ioannis 8.

Amen amen dico vobis: Siquis sermonem meum seruaerit, mortem non videbit in aeternum.

PARACLESIS.

Nullo in horto inuenitur herba eius efficacie, ut mortem depellere queat: & sicubi inueniretur, certe diuites essent pretii aucturi, ut tenuioribus nulla esset potestas illius consequenda. Et quid est hac vita, cum nihil non si prodesse possit, impendamus? Labor & Dolor: ut optari magis debeat mors hac naturalis, ut pote omnium miseriarum finis, quam arceri. Sed gratia Christo Saluatori nostro, qui de calo herbam contra vim verae mortis detulit: nimirum SALVTEM aeternam. *Esa. 49.* Et, inquit Deus Pater ad filium suum D. N. Iesum Christum, dedi te in lucem gentium, ut sis SALVS mea usque ad extremum terra. Hae Herbae quae sola morti moderatur, tantum in horto seu Paradiso Ecclesiae Catholicae plantatae, ex semine incorruptibili & immortaliter nascitur, quod est Verbum Dei viui & permanentis in aeternum: quod qui vera fide amplectuntur, liberantur ab aeterna morte: & consequuntur Vitam & salutem aeternam. Itaque haec Christi Iesu viua & salutaris Medicina sola & hanc corporis temporalem mortem moderatur & mitigat: & aeternam quae una timenda est, expellit: & Vitam aeternam confert. Beati ergo qui *Luc. 10.*

P

audiunt

226 CONSOL. EX S. DOCT. CHRISTI.
audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud: Virtus
enim Dei est, in salutem omni credenti. Roman. 1.

SENTENTIA VIII. Ioannis 10.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pacem inueniet.

PARACLESIS.

CAPVT
XXVII.
Cyril. in
Ioan.

Christus Iesus, quanquam ut summus bonus non
indigeat, tamen pollicitationibus & promissionibus
non desinit nos prouocare, ut sue Bonitatis, ad eum venientes,
efficiamur participes & consortes. Quisquis itaque introierit per Christum, saluabitur: quia ipse fons
est salutis in totum orbem diffusus, per quem in omni
deriuatur vera salutis gratia. Ipse venit in hunc mundum
peccatores saluos facere: & ut saluum faciat populum suum a peccatis eorum.

1. Tim. 1.
Math. 1.

SENTENTIA IX. Ioannis 10.

Ego sum Pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me mea. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

PARACLESIS.

CAPVT
XXVIII.
August. de
salaribus
Doc. cap. 57.

Nulla ergo pressura nos terreat: nulla calamitas
frangat. Dominus in proximo est, & Pastor noster
circa nos est: quid metuemus? Clamemus ad Pastorem nostrum,
ut nos audiat: clamemus in compunctione cordis,
dicentes: Erravi sicut ovis qua perieram, require seruum tuum Domine.
Clamani ad te Domine, dixi, tu es spes mea: portio mea in terra uiuentium.
Libera me de manu inimicorum meorum, & eorum qui me persequuntur.
Nunquid Pastor noster bonus, qui animam

Psal. 118.
Psal. 141.

animam suam
dimittit
& consumit
quanta non
Nec quia
quam clam
atui quer
tam & lass
Quanta ex
tantum se
reperit, reg
s
Oues mea
eas, & l
& non
quisqu

Ego,
Eman
ex morbo
nobis seru
tio est, coll
quam hic
primam q
ribus est p
sub sole: eo
Cuncti di
De altera
neque sitie
les a stus,
get illos, &
stergit D
animam

animam suam posuit pro ouibus suis: si ad eum clame-
 rasset, dimittet nos diutius errare, aut à feris dilaniari
 & consumi? Absit. Quinimò relictis in deserto nona-
 ginta nouem, perrexit vnā ouem querere perditam.
 Nec quia clamantem audiuit, idè perrexit: sed ante-
 quam clamaret, relictis nonaginta nouem in deserto,
 abiit querere vnā ouem qua perierat: quam inuen-
 tam & lassatam, humeris suis reportauit ad gregem.
 Quanta ergo misericordie eius gratie agenda sunt: qui
 tantum se ad nos humiliavit & inclinauit, portat &
 reficit, regit & custodit.

Luc. 15.

SENTENTIA X. Ioannis 10.

Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco
 eas, & sequuntur me, & ego vitam æternā do eis:
 & non peribunt in æternum, & non rapiet eas
 quisquam de manu mea.

PARACLESIS.

CAPVT
XXIX.

EGO, inquit, VITAM ÆTERNAM DO EIS. Sum-
 mam gratitudinem ei nos debere profiteamur, qui
 ex morbo lethali, seu presenti mortis discrimine vitam
 nobis seruauit aut redemit: sed hæc vita quantula por-
 tio est, collata ad immortalitatem & vitam æternam,
 quam hic optimus Pastor dat ouibus suis? Hæc vita
 primū quidem in se breuissima est: deinde calamita-
 tibus est plena. Sicut Salomon dicit: Cuncta que fiunt
 sub sole: ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Et,
 Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni sunt.
 De altera autem vita sic scriptum est: Non esurient
 neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ul-
 lus æstus, quoniam Agnus qui in medio throni est, re-
 get illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et ab-
 erget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: &

Eccles. 1. & 2

Esa. 49.
Apoc. 7. 15.

Pfal. 90.

Pfal. 83.

3. Thef. 4.

mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et in Psalmis propheta David: Non accedet ad te malum: & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Protector nõster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: Quia melior est dies vna in atrio tui super millia. Consequenter addit Christus: ET NON PERIBUNT IN ÆTERNVM. Etsi pijs propter peccatorum originis deponunt hoc tabernaculum corporis, & in sepulchro contabescunt: tamen illa dissolutio corporis non est exitium: quiescunt in sepulchro tanquam in dormitorio, expectantes aurorã letissimi diei, quo filius Dei per tubam Archangeli euocabit eos è monumentis: & restituet Vitam & Immortalitatem. Postremo non rapiet eas quisquam de manu mea. Adfirmat se victurum diabolum: & seruaturum omnes suos, tantisper, dum curriculum huius vite ad metum peruenierit. Ubi verò decurso spatio nobis excedendum erit, vult ipse nobis adesse: & animam egredientem corpore in manus suas susceptam transferre per vallem umbra mortis in vitam perpetuam. Quid ergo metuat vel mortem vel diabolum qui animo suo firmatus habet persuasum, quòd à filio Dei gestatur brachijs: & manu eius potentissima teneatur & defendatur?

SENTI

SENTENTIA XI. Lucae II.

Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pul-
 late, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit,
 accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.
 Quis autem ex vobis patrem petit panem,
 nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nun-
 quid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petie-
 rit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si
 ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare fi-
 liis vestris: quanto magis pater vester cælestis de
 cælo dabit spiritum bonum potentibus se?

PARACLESIS.

Comparat Dominus carnalem patrem, et Dei Pa-
 tris eternam largamque pietatem: quod si iste in-
 teris nequam pater offensus grauius à filio peccatore
 & malo, si tamen eundem postmodum viderit reforma-
 tum, & depositis prioris vitæ delictis ad sobrios & bonos
 mores, & ad innocentie disciplinam pœnitentia dolore
 correctum, gaudet & gratulatur: & susceptum, quem
 ante proiecerat, cum voto paterna exultationis comple-
 ctitur: quanto magis vnus ille verus Pater, bonus, mi-
 sericors, & pius, imò ipsa bonitas & misericordia &
 pietas, latatur in pœnitentia filiorum suorum: nec iram
 pœnitentibus, aut plangentibus & lamentantibus pœ-
 nitentiam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam
 pollicetur? Et tu igitur orare disce: disce quærere, pete-
 re, pulsare: donec inuenias, donec accipias, donec ape-
 riatur tibi. Novit Dominus fomentum tuum: fidelis
 est, non te patietur tentari supra quàm possis ferre. Pra-
 renet certè in benedictionibus dulcedinis desolatam
 mentem & orantem.

CAPVT

XXX.

Cyprian lib.
 4. Epist. 2.
 ad Antonia-
 num.

Bernard. ser.
 6. de Alenc.
 Domini.
 Psa. 102.
 1. Cor. 10.
 Psa. 10.

Ego sum Resurrectio & Vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in aeternum.

PARACLESIS.

CAPVT

XXXI.

1. Cor. 5.

Eccl. 11.

Psal. 4.

Rom. 4.

Mat. 9.

O Salutare & efficax medicamentum, aduersus mortis sententiam! Etsi enim terrestris hac domus nostra, id est, tabernaculum corporis nostra dissoluitur, & in sepulchro corrumpatur, & in puluerem redigatur: tamen anima munita hac Christi sententia: **EGO SUM RESURRECTIO ET VITA**, eique firmius inherens, non videt mortem: canit cum Propheta Dauid, In pace in idipsum, dormiam & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Quemadmodum enim puer in cunis dormiens sub castro de vel vnomo tectus, per syluam latronibus infestam, aut torrentem rapidum, de omni periculo securus transuehitur: nec experitur per quanta pericula transierit: ita anima acquiescens in Christi verbo, eique adhaerescens, & tanquam inuoluta & tecta, peruenit per mortem, Deo protegente & traducente, in Vitam aeternam: & in latitia sempiterna perfruitur conspectu Dei, inter agmina Angelorum, in iucundissima societate Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & omnium Sanctorum. Quapropter non fragamur aspectu nostrae imbecillitatis: & in promissione Dei non haesitemus diffidentia: sed ad exemplum Abrahae, confortemur fide: plenissime scientes quia quacumque promisit, potens est & facere: qui viuificat mortuos, & vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Si languidior fuerit fides nostra, imitemur parentem illum

apud Ma
dici, omni
cum lach
dulitate

S
Ego Lux
in tene
mea, &
non er
uificer

S
quis
Christi
fiduciam
toris. Sed
non iudic
dum mu
bentem ign
quam fac
datur, pe
in vocare
Euangeli
me gratia

S E
Vos estis
meis.
Pater
mens

O Po
D

apud Marcum: cui cum Christus diceret, Si potes credi, omnia possibilia sunt credenti: continuo exclamans con lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuna incredulitatem meam.

Mar. 9.

SENTENTIA XIII. Ioannis 12.

Ego Lux in mundū veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

PARACLESIS.

Si quis fuit in tenebris, non permaneat in eis, inquit Christus: sed errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris. Sed cum dixi supra, Quoniam qui in me credit, non iudicatur: & hac custodio. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluetur mundus per me. Libenter ignosco, prompte indulgeo, misericordiam malo quam sacrificium: quia per sacrificium iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non veni vocare iustos: sed peccatores. In lege sacrificium: in Evangelio misericordia. Lex per Moysen data est: per me gratia.

CAPVT

XXXII.

Ambros. de
Pœnit. lib. 1.
cap. 11.
Ezech. 33.
Ioan. 3.
Matt. 9.

Ioan. 1.

SENTENTIA XIIIII. Lucæ 22.

Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

PARACLESIS.

Opportet omnes pios conformes fieri imaginis Filij Dei, & ita accipere regnum, sicut eius Filius id accepit.

CAPVT

XXXIII.

Rom. 8.

P 4

accepit.

accepit. Disposuit autē aternus Pater Filio suo regnum, ut per crucem in gloriam suam intraret. Luca XXI. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Sic oportet omnes Christianos prius crucem ferre, & deinde intrare in gloriam Dei. Nam qui non accipit crucem suam & Christum sequitur, non est ei dignus. Et Apostolus Paulus ait: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Disposuit autem sibi Christo D. N. regnum: primum in stabulis & praesepio: per exilium in Aegyptum: per peregrinationes, & tantam paupertatem, ut non habeat ubi caput reclinet: per conuicia & calumnias: per coronam spineam: per vulnera, demique per ignominiosissimam mortem crucis. Eius nos oportet insequi vestigia. Sed ergo Pater, inquit, per tribulationes, labores & arduas disposuit mihi regnum: ita & ego vobis. Sed quae abunde compensabo. Neque enim simpliciter dispo- vobis regnum, sed regni mei plenum perfectumque conseruium: nimirum ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: hoc est, cunctis vitae futurae delitiis in summa gloria mecum pariter fruamini.

SENTENTIA XV. Ioannis 14.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

PARACLESIS.

CAPVT
XXXIII.
Cor. I. ante
quod.

Exiit D. N. Iesus Christus, cum fide in Deum. Etiam fidem in se: tum ut suis promissionibus fidem habeant, tanquam eius qui mentiri nequit: tum ut fiduciam suam in ipso, tanquam in Deo collocent: quae fiducia & fide omnem facile animi perturbationem, omniaque mala superare possent, & participes fieri promissionum

STI.

no regnum
a xxliii
re in glo
vrius cru
Nam qui
ur, non
lta: tribu
Dispositio
a in stabu
peregrina
at ubi ce
y cororan
iosissimam
gra. Sicut
& arum
Sed quae
er dispan
nq; conji
sam meam
uis in sum

vestram

in Deum
bus fides
um ut fi
nt: quia fi
nem, om
ri promiss
sionum

sententiam illius. Non enim cum fidem in se exigit, simplici-
ter tam fidem requirit, qua creditur esse Christus filius
Dei veri, & verax in suis promissionibus: sed & qua fi-
ducia in se collocetur, tanquam eo, qui etsi secundum cor-
pus eos esset deserturus, sua tamen eos Divinitate nun-
quam esset derelicturus. Hæc est enim Fides, de qua 1. Ioan. 5.
Ioannes scribit: Hæc est, inquit, victoria qua vincit
mundum, fides nostra. Hæc est fides, qua timorem & Psal. 26.
turbationem pellit a corde: iuxta illud Psalmista: Do-
minus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Do-
minus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?

SENTENTIA XVI. Ioannis 14.

In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si
quo minus, dixissem vobis: quia vado parare
vobis locum.

PARACLESIS.

Quis Apostolorum non metueret, cum Petro di-
ctum esset fidentiari atque promptiori: Non can-
tabit gallus, donec ter me neget? Tanquam ergo essent
ab illo perituri, merito turbabantur: sed cum audiunt,
In domo Patris mei mansiones multæ sunt, Si quo mi-
nus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum: à
perturbatione recreantur, certi ac fidentes, etiam
post pericula tentationum, se apud Deum cum Chri-
sto esse mansuros. Quia etsi alius est alio fortior, alius
alio Sapientior, alius alio instior, alius alio sanctior: in
domo Patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum
alienabitur ab illa domo: ubi mansionem pro suo quisq;
accepturus est merito. Denarius quidem ille aequalis
est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati
sunt in vinea, iubet dari omnibus: non in eo dis-
cernens, qui minus & qui amplius laborarunt:
quo

CAPVT
XXXV.
August.
Tract. 67.
in Ioannem

2. Cor. 15.

quo utique denario Vita significatur eterna: sed multas mansiones diversas meritorum in Vita eterna significant dignitates. Alia est enim gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarum: stella enim à stella differit gloria, sic & resurrectio mortuorum: tanquam stella sancti diversas mansiones, diversas claritates, tanquam in celo sortitiuntur in regio: sed propter unum denarium, nullus separatur à regno. Atque ita Deus erit omnium omnibus: ut quoniam Deus charitas est, per charitatem fiat, ut quod habent singuli, commune sit omnibus: sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. Non erit itaque aliqua invidia impari claritatis: quoniam regnabit in omnibus una Charitas.

2. Ioan. 4.

SENTENTIA XVII. IOANNIS XIII.

Vado parare vobis locum. Et si abiero, & preparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum: ut ubi sum ego, ibi & vos sitis.

PARACLESIS.

CAPUT
XXXVI.
Cyrill. in
Ioan. lib. 9.
cap. 31.

Inaccessibile cœlum erat hominibus prius: nec ullum unquam hominum ante Christum cum sancto Angelorum consortio fuit. Hunc ascensum nobis postea Christus preparavit, & iter fecit carni nostræ: ut qui propter prevaricationem à facie Dei repulsi simus, ad faciem Dei rursus reduceret. Non ergo abibo, inquit, mansiones paraturus qua multa sunt: sed viam innovaturus, quam propter peccatum amisistis: ut per eam ad Angelorum cōsortia conscendere possitis. Quod cum fecero, & superiora inferioribus coniunxero: ac planum iter in supernam civitatem vobis construxero: iterum veniam regenerationis tempore, et accipiam vos mecum, ut ubi

STI. *Ed multa*
ia signifi-
ca gloria
differet
am stella
anquam
narum,
omnam
charita-
omnibus
n alter,
inuidia
bua una
 .
 I I.
ra para-
iani vos
tis.
ec vllus
to An-
s postea
: ut qui
mus, ad
inquit,
n imo-
ver eam
od cum
blanum
iterum
mecum,
ut ubi

STI. *robi ego sum, & vos sitis. Hoc rectè intelligens Para-*
lus, scripsit: Quia ipse Dominus in iussu in voce arch-
angel, & in tuba Dei descendet de calo, & morui in
Christo resurget primum: deinde nos qui vivimus, qui
residui sumus, simul cum eis rapiemur in nubibus ob-
uato Christo in aëra: & sic semper cum Dño erimus.

SENTENTIA XVIII. Ioannis 14.

Quò ego vado scitis, & viam scitis.

PARACLESIS.

His Christi verbis intelligendum est, & nos mone- **CAPVT**
ri, ut per fidem in Christum superemus omnem **XXXVII**
turbationem cordis, quam vel aduersitates huius seculi **Corn. lan-**
operant, vel admissorum peccatorum rememoratio: **icinius.**
scientes, & quò nos præcesserit Christus, & viam qua
eum sequi possumus, fidelibusque paratas ab eterno
misiones in celo quas Christus sua pro nobis ad Patrem
interpellatione, suisq; spiritus communicatione nobis pa-
rare non cessat, venturus suo tempore ad nos, & rece-
pturus in aeterna tabernacula sua. Horum cogitatio effi-
caissima est, ad pellendam inutilem omnem cordis tur-
bationem. Via autem est Christus: & ratione sua Do-
ctrina, & ratione sua exemplaris Conuersationis, & ra-
tione Mortis, Resurrectionis, & Ascensionis sua: per
que nobis ascensum in calos meruit & parauit. Hac
via, sicut Christus ascendit in calos, etiam nobis eun-
dum est: obediendo eius Doctrina, imitando eius Exem-
pla, & credendo eum pro nobis mortuum. Porro mani-
festissime declarat se esse Viam, cum subiicit: Nemo
venit ad Patrem nisi per me: hoc est, nisi per meritum
Mortis meae, cuius credendo fiat particeps: & per Do-
ctrinam meam, cui obediat: & per Conuersationem
meam, quam imitetur.

SENTEN-

Ego sum Via & Veritas, & Vita, nemo venit ad
Patrem nisi per me.

PARACLESIS.

CAPVT

XXXVIII.

August.
Tract. 12, &
23. in Ioan.

Phil. 88.

Ambulare vis? Ego, inquit, sum Via. Falli nō vult
Ego sum veritas. Mori non vis? Ego sum Vita.
Hoc dicit tibi Saluator tuus: non est quō eas, nisi ad me.
Non est quā eas, nisi per me. Antequam diceret, quē
promisit quā. Ego sum, inquit, Via. Manens apud Pa-
trem Veritas & Vita, induens se carne, factus est Via.
Non tibi dicitur: Labora querendo viam, ut peruenias
ad Veritatem & Vitam. Surge, Via ad te venit: surge
& ambula. Cū autem perambulauerimus viam, &
ad ipsam patriam peruenierimus: quid erit nobis latius?
quid erit nobis beatius? His igitur verbis Christus
consolatur suos, & roborat in omni tentatione: maxime
verō in morte. ac si ad unum quēque diceret: Ego sum
Via, per me euades: Ego sum Veritas, sine dubio igitur
erant quę promisi: nullum est in me mendacium, & quę
procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Ego Vita,
itaque nec ipsa mors prohibere potest, quō minus ad me
peruenias. Proinde si ego sum Via, duce minime indige-
ris: si ego Veritas, nō loquor falsa: si ego Vita, etiamsi moria-
ris, habebis quę promisi. Vide quanta consolatio in hac
sententia proposita sit. Omnes enim cupimus vitam, ve-
ritatem & viam: atqui nusquam certa inuenitur aut
stabilis, siue vita, siue veritas, siue via: nisi in Christo
Iesu. Quid igitur miser per inania vagaris? quid ma-
nia & vana apprehendis, omissis veris bonis? Huc hinc
te conuerte: discite ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit
intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas vita &
victus, ubi sit lumen oculorum & pax.

SEN-

SENTENTIA XX. Ioannis 16.

Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

PARACLESIS.

Quamvis ex malo aduersa valetudinis quispiam acerbissime perturbetur, perturbationem tamen non absque consolatione suscipiet qui in ea promissa salutatis signa esse cognoscit: pari ratione nos quoque incundos ac letos esse conuenit, dum spei nostræ signa conspicimus, comprobationem eius sumimus, futura bona indubitate fidei manibus iam tenemus. Siquidem salus nostra in tempore tribulationis. Nullam ergo debet generare tristitiam qualecunque istud est, quod maximam videtur significare lætitiā. Dicit enim Dominus: Vos lugebitis & flebitis, mundus autem gaudebit: vos contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Amplectenda est ergo tristitia quæ gaudium parit: & non eius materia est consideranda. Quia sæpe per dulcedinem fructus placet, quod amarum horruit in radice. Et iterum ait: Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis: in hoc autem mundo pressuram habebitis. Quid est, in hoc mundo pressuram habebitis? nisi ut tanta in nobis sit eius credulitas pollicitationis, ut cum mundi mala patimur, futura spei

CAPVT

XXXIX.

Hieron. ad
virginem
in exilium
misiam.

Esa. 33

Ioan. 16.

Rom. 8.

spei fiducia, in summa pace nos esse credamus: tantquam sit in nobis spes futurorum, ut omnino non sentiamus nos sustinere illa qua patimur, sed ea potius arbitremur iam obtinere qua credimus. Si quidem dictum est, unde totum nos in futuro habere cognoscimus: Spe saluti facti sumus. Spes autem qua videtur, non est spes. Ad hoc ergo tantam in nobis fidei stabilitatem Dominus esse desiderat, ut certius esse quod credimus, quam quod patimur iudicemus: & verius habeamus speranda quam sensibilia: & presentes angustias non sentiamus, dum futuram spem tota animi intentione protendimur. Ac si bellator aliquis dolorem vulneris aut contemnat aut nesciat, dum omnibus viuacitatis sensibus solam videtur cogitare victoriam: ita certa spes rem vincit instantem, ut illud quodammodo esse incipiat quod futurum est, & desinat esse quod presens est. Aptissimum autem ad comparationem tribulationum presentium & futurorum gaudiorum, pregnantis mulieris induxit exemplum: qua quia auaritate nimia liberos cupit, doloris tormentum spernit, & ante gaudet ex prole, quam contristetur ex partu: nec recusat fecunditatis exordia, quamuis certa sit ea non absq. magnis angoribus euentura: quoniam dum maius gaudium cogitat, tristitia causas amplectitur. Sic et in omnibus penes rebus humanis difficile potest esse latitia, nisi tristitia ante praecesserit: & amaritudo praecurrentis doloris commedat amplius gaudia secutura. Agricola quoque de ubertate frugum letari non poterit, nisi prius terram multo labore confecerit: & tanto magis prosperitatis spem congerit, quanto se amplius desudasse cognouerit. Hinc sumpta est, que in Psalmo cxxv. extat, iucundissima pictura presentis ac futurae vite, promissionem & consolationem eorum qui in afflictione sunt, ne desperent, continens, ab agricolis

agricolis seminantibus sumpta similitudine: qui cum
 labore & felicitudine, nec sine magno labore seminant,
 postea vero cum letitia metunt, & ubertate messis ex-
 hilarantur. Solliciti quidem eunt, & mœrent portantes
 & spargentes semina sua: verum post veniunt gaudio
 pleni, referentes manipulos suos in horrea. Ita si lachry-
 mas penitentia seminauerimus, fecunda sine dubio
 messis nobis indulgentia orietur: & si crucis onus Chri-
 sti sequentes viriliter portauerimus, regnû profectò
 beatitudinis aeterna, in quo cum Christo perpetuo gau-
 deamus, exeuntes è corpore consequemur. Quia, Apo- 1. Tim. 2.
 stolo teste, si commortui sumus, & conuiuemus: si susti-
 nibimus, et conregnabimus. V. de autem immensam Dei
 pietatem. Calamitas, qua fideles premit, est brevis: at
 gloria quam illis tribuit, est sempiterna. Quod intelli- 1. Cor. 4.
 gens idem Apostolus, Id enim, inquit, quod in presenti
 est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra
 modum in sublimitate aeternum gloria pondus operatur
 in nobis, non contemplantibus nobis qua videntur, sed
 qua non videntur. Quae enim videntur, tēporalia sunt:
 qua autem non videntur, aeterna sunt.

SENTENTIA XXI. Ioannis 16.

Qui diligit me, diligitur à Patre meo: & ego dili-
 gam eum, & manifestabo ei meipsum.

PARACLESIS.

NE cui asper videretur & durus Christi sermo, CAP. XL.
 quem de cruce ferenda toties repetiuit, neque ille
 sub cruce deficeret: tres insignes addidit promissiones,
 quibus nihil esse poterit sublimius, acceptiusve. Quid
 enim homini maius cōtingere potest, quam diligi à Deo?
 Nam si diligere est alicui bonum velle, quis non videt
 eum, quem

eum, quem Deus diligit, omnibus bonis affuturum, nihilque ei incommodare posse? Quis unquam tale quod sperare ausus fuisset? Altera promissio eque insignis est. Et ego diligam. Pater igitur diligit, spiritum adoptionis dando: ego autem diligam, effectum redemptionum ipsum deriuado: nempe saluificam gratiam in presentibus & gloriam in futuro. Iam quem Pater diligit et Filius, quis ei nocere poterit? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Custodit enim Dominus omnes diligentes se. Tertia promissio & ipsa maxime est insignis, Et manifestabo ei meipsum. Per Spiritum Sanctum, inquit, totum me reuolabo ei qui me diligit: ut sentiat in afflictionibus presentem consolationem, in morte presentem vitam, in peccatis presentem iustitiam. Christus enim Consolatio est, & Vita, & Iustitia nostra: Denique manifestabo nobis seipsum, quando nos hinc ad eternam felicitatem assumpturus est: ubi absterget omnem lachrymam ab oculis nostris: & dabit coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Veni ergo Domine IESU.

Rom. 8.
Psal. 144.

Apoc. 7:11.
Esa 61.
Apoc. 12.

SENTENTIA XXII. Ioannis 16.

Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

PARACLESIS.

CAPVT
XLI.

Christum D. N. affluerunt in sua passione omnes homines, non inimici tantum, sed etiam amici. Inimici comprehenderunt eum, ligauerunt, & captiuum abduxerunt, percusserunt, conspuerunt, irriserunt, flagellauerunt, spinis coronauerunt, felle & aceto potauerunt, ac demum crucifixerunt: amici autem, partim vendiderunt, partim turpissime eum abnegauerunt: omnes scilicet

STI.

turum p...
tale qu...
nsignis...
n adop...
ppriou...
n praes...
et Filio...
us contra...
s se. Ter...
manifest...
reit, tota...
flictione...
vitam, n...
Consolatio...
anifesta...
telicitatem...
ymam ab...
um gaud...
Veni...
6.
ergamini...
inquati...
t.
one om...
mics. In...
captum...
erunt. Ja...
o potuit...
r, partim...
unt: ov...
nes cert...

nam certe fugerunt & eum deseruerunt. Ideo in eius per-
sona propheta David dicit: Sustinui qui simul contri-
baretur, & non fuit: qui consolaretur, & non inueni. Sed
quam Christus consolationem habuit, sic omni humano
solatio destitutus in tam graui afflictione? Audi eundem
Prophetam in eius persona loquentem. Ego, inquit, sum
pauper & dolens: SALVS TVA Deus suscepit me. Hoc
mirum est, quod hic dicit, Pater mecum est. Et si me de-
serunt homines, tamen non me Deus Pater deserit. Itaque
qui Deum habet secum, is diuina potestate ab omnibus
inimicis saluus erit. Nam quod Christo accidit, id verò
Ecclesia Christi, & priuatim unicuique pio fideli in
mortis praesertim discrimine contingit. In ea etenim hora,
qua migrandum est ex hoc saeculo, & ingrediendum mortis
iter, deserunt nos omnes homines: attamen non sumus soli,
sed propter Christum, cui insiti sumus, Deum patrem nos quo-
que nobiscum habemus, non quidem natura, sed adoptione
filij: quo nos protegente ac deducente, non modo tuti pe-
netrabimus per vallem mortis, sed etiam perducemur ad
gloriam sempiternam. Et in ipso mortis certamine can-
tabimus, Et si ambulauero in medio umbræ mortis, non
timebo mala: quoniam tu mecum es. Dominus illuminatio mea
& salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo
trepidabo? Sic Ieremias Propheta securus dicebat: Dominus
mecum est quasi bellator fortis, idcirco qui persequuntur
me, cadent & infirmi erunt. Et Esaias: Iuxta est, qui
iustificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul, quis
est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus
Deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Quis
ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui, qui
ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in no-
mine Domini, & inuitatu super Deum suum.

Psal. 68.

Ibidem.

Rom. 5.
Ioan. 1.
Gal. 4.

Psal. 22.

Psal. 26.
Ierem. 20.
Esa. 50.

Q

SEN

SENTENTIA XXIII. Ioannis 16.
 Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis.
 In mundo pressuram habebitis: sed confidite:
 ego vici mundum.

PARACLESIS.

CAPVT
 XLII.
 August.
 Tract. 104.
 in Ioannem.

Cytil. in
 Ioan. lib. 11.
 cap. 13.

Hanc commendauit causam sermonis sui, ut in illo
 pacem haberent: propter quod totum agitur quod
 Christiani sumus. Hæc enim pax finem temporis non
 habet: & omnis pia nostre intentionis actio, si finis ipsa
 erit. Propter hæc Sacramentis eius imbuimur: propter
 hæc mirabilibus eius operibus & sermonibus erudimur:
 propter hæc spiritus eius pignus accepimus: propter hæc
 in eum credimus & speramus, & eius amore quantum
 donat accedimus. Hæc pace in pressuris omnibus consolamur:
 hæc à pressuris omnibus liberamur. Propter hæc
 omnem tribulationem fortiter sustinemus, ut in hac scilicet
 citius sine ulla tribulatione regnemus. Dixit ergo pro-
 pter quid omnia sit locutus, ut in illo scilicet pacem ha-
 berent, in mundo habentes pressuram: exhortatusque est,
 ut consideret, quoniam ipse vicit mundum. Omni peccato
 & omni mundana vexatione superior factus est Chris-
 stus. Cumque ipse vicerit, etiam illis qui propter eum
 tentantur, insignem largitur victoriam. Illud quoque
 poterit quispiam dicere: quemadmodum interitum &
 mortem Christus superauit, cum propter nos mortuus
 surrexit: sic & nos virtute illius à morte surrecturos
 peccatum quoque victuros: quoniam in illo primo
 victum fuit, & ab illo ad nos tanquam ad genus suum
 (homo enim verè factus est) hoc bonum transfunditur.
 Ita confidere oportet, à nobis quoque mundum posse
 vinci, cum à Christo, ut ab homine victus sit: qui
 generi humano ad hoc factus est: nam qui olim vince-
 bamus

hauritur, modo propter Christum vincimus. Nec mirum:
scimus ut Deus vicisset, nihil ad nos: cum autem ut
homo id fecerit, nos quoque in ipso id facimus.

SENTENTIÆ PRÆCLARIORES

ex memorabili precatione D. N. Iesu Christi,
qua sub finem vitæ suæ filios Ecclesiæ suæ, tan-
quam pius paterfamiliās, Deo Patri commen-
davit.

Ex Ioannis Cap. 17.

De ardentissima D. N. Iesu Christi ad Patrem pre-
catione: eiusque perpetua efficacia.

POST adhortationem & consolationem discipulorum,
habiturus Dominus, suosque relicturus, eos pro more
boni patrisfamiliās Deo patri commendat: ad quem
quamvis ipsi opus non esset oratione, nunc tamen, ut &
aliās, orationem ardentissimam habuit: ut et per eam
discipulis te statim faceret suam erga ipsos dilectionem,
curam, & providētiam, & eorum in se atque in Deum
patrem fiduciam confirmaret. In primis autem orat
pro sua, patrique, clarificatione: deinde pro discipulis:
ac postremo pro fidelibus ceteris, qui per illos erāt cre-
dituri. Non existimabimus autem eam tunc à Chri-
sto tanto affectu effusam unā cū externo sono evanuisse,
sed etiamnum in conspectu Dei presentem esse & aequē
efficacem firmiter credemus. Neque enim Christus post-
quam in calum ascendit, desinit etiam hodie precari:
sed vox huius precationis semper pro fidelibus sonat in
auribus Dei: conseruat uniuersam ecclesiam. Est enim
sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech.
Itaque, eò quod maneat in aeternum, sempiternum ha-
bet sacerdotium: unde & saluare in perpetuum potest,
accedens per semetipsum ad Deum: semper viuens ad

CAPVT
XLIII.

Psal. 109.
Heb. 9.

Q² inter-

Rom. 8.

interpellandum pro nobis. Sic etiam ad Romanos scribit Apostolus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat: Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Complectamur igitur hanc Precationem memoria, eamq; cordi nostro imprimamus: & coniungamus cum ea etiam nostras preces, ut ea sustentati vincamus omnia seculi huius mala: & mente in cælum ad Deum Patrem, eiusq; unigenitum filium Adlocatum nostrum semper erecti, consequamur cælestia bona, benedictis Patris ab origine mundi præparata.

Matt. 25.

SENTENTIA I.

Sableuatis Iesus oculos in cælum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem Vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti IESUM CHRISTVM.

PARACLESIS.

CAPVT
XLIII.Ioan. 16.
Heb. 2.

Christus D. N. de patientia verba faciens, proponit vnde exemplum accipiant. Propterea post hanc admonitionem ad orationem conuertitur, erudiens nos, ut in tētionibus, omnibus omissis, ad Deum eonfugiamus: omnem nostram in eo collocātes fiduciam. Ipse enim Pater, ait, amat vos. Et benignissimus Redemptor noster, non angelos, sed semen Abrabæ apprehendit,

hendit, verè homo factus: & per omnia (sine peccato
 nomen) fratribus, id est, nobis similis factus: ut miseri-
 cors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, ut repropitia-
 ret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse &
 tantatus: potens est & eis qui tentantur auxiliari. Ideo
 inquit, Hæc est Vita æterna, ut cognoscant te solum
 Deum verum, & quem misisti IESVM CHRISTVM.
 Non loquitur de simplici cognitione, qua Deum quod
 Deus sit, & Iesum Christum quod filius hominis & fi-
 lius Dei sit, cognoscimus: sed de ea, qua per intellectum
 & affectum Deus apprehenditur. Quod utique tum
 fit, dum cognoscimus mysterium crucis, & susceptæ
 dispensationis ad redimendum genus humanum: nem-
 pe quomodo Deus pater nostræ salutis gratia proprio
 filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradi-
 derit illum: cum quo etiam omnia nobis donavit. quo-
 modo ipse Filius Patri per omnia coequalis, splendor
 gloria, & figura substantiæ eius, formam serui acci-
 piens, in similitudinem hominum factus, & habitu in-
 uentus ut homo, humiliauerit semetipsum, factus obe-
 diens usque ad mortem, mortem autem crucis: ut fa-
 ctus omnibus obtemperatibus sibi causa salutis æternæ,
 appareat nunc vultui Dei pro nobis, Propitiator, In-
 terpellator, Aduocatus noster apud Deum, & propi-
 tiatio. Cùm itaque sic Deum cognouerimus atque in-
 tellectu apprehenderimus, reliquum est ut toto affectu,
 totoque corde eum diligamus, colamus, & inuocemus: at-
 que omnem fiduciam ac spem nostram in ipso ponamus.
 Hæc cognitio verè Vita æterna est: quia verissima,
 certissima, atque ad eam unica via est ad Vitam æter-
 nam: & radix omnis boni, quod Deus est. Deus enim
 fons est bonorum omnium: & apud eum fons vitæ, in quo
 Vita beata. Ad quam nos festinanter posse perdu-
 ci, so-

Rom. 8.

Heb. 1.
Philip. 2.

Heb. 5.9.

Psalm. 35.
August. lib.
de beata
Vita.

psal. 2.

ci, solida fide, alacri spe, flagrante charitate presumendum est. De Deo namque scriptum est: Beati omnes qui confidunt in eo.

SENTENTIA II.

Ego clarificavi te super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te.

PARACLESIS.

CAPVT

XLV.

Cyrril. in
Ioan. lib. II.
cap. 15. 17.
1. Ioan. 2.
Heb. 4.

Quamuis ipse D. N. Iesus Christus, Deus natura etiam sit, tamen ut pontifex (in quantum homo est) pro nobis Patrem alloquitur: ut credamus eum & nunc paraclitum ac Propitiationem esse pro peccatis nostris, iuxta Ioannem. Ita nos credere Paulus etiam persuadet, dicens: Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Quoniam igitur ut homo, pontifex est, & simul immaculata etiam hostia, seipsum redemptionem pro vita hominum, quasi humani generis primitias Deo patri obtulit, ut in omnibus primus sit, iuxta diuinum Paulum. Offerri autem etiam genus nostrum rebelle, sanguine suo reconciliatum, & ad nouam vitam Spiritu sancto reformatum. Verum quoniam omnia ex Patre, per Filium, in Spiritu sancto efficiuntur: quamuis cum Patre simul spiritalia dona largiatur, ut mediator tamen & pontifex bona pro nobis petit. Quid vero petit? Pater, inquit, clarifica filium tuum. Et iterum: Ego clarificavi te super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: & nunc clarifica me tu Pater, &c. Sed quod nunc opus, dicit, consummauit, quo a se Pater glorificatus est? Homo factus

factus est, volente Patre, ut ad vitam perpetuam lapsus ad inferos hominum genus restitueret. Hoc iam potentate Christi factum est: mortem destruxit, diaboli tyrannidem evertit, peccati vires extinxit, ineffabilem claritatem erga nos habuit, peccata nostra dimisit, errantes illuminavit, & ad verum Deum reduxit. Quae uniuersa virtute Christi consummata, faciunt ut ab omnibus Pater glorificetur. Omnes enim qui in terris sunt, sapientiam, & virtutem, & misericordiam Dei hoc pacto intellexerunt. Et nunc ait, clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. De incarnatione hic sermo habetur, cum nondum carnis natura clarificata esset, neque induisset incorruptionem, neque in regiam sedem ascendisset: ideo non dixit, super terram, sed apud te. Hac nos claritate pro portione nostra donabimur, si virtutem amplectemur. Ideo S. Paulus inquit: si tamen Rom. 8. compatimur, ut simul conglorificemur. Et profecto innumeris sunt lachrymis prosequendi, qui tanta propostae gloria sibiipsis deficiunt: quibus cum liceat una cum Dei filio regnante & glorificari, tantis seipsos bonis defraudant. Nonne si laboribus confici, si innumeras mortes mori oporteret: omnia pro tanta gloria ponenda essent? Non enim sunt condignae passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.

Chrysoft.
Hom. 79.
in Ioannem.

Rom. 8.

Ibidem.

SENTENTIA III.

Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.

PARACLESIS.

Mediatorem CHRISTVS Dominus noster seipsum rursus ut hominem facit. Dei enim est & hominum Reconciliator, magnus verè & sanctus Pontifex noster, qui suis interpolationibus genitorem

CAPVT

XLVI.

Cyillus lib.
11. cap. 19.
in Ioannem.

Q 4

pro-

Ioan. 1.

proprium placat. seipsum pro nobis offerens. Ipse namque hostia & ipse sacerdos, ipse mediator, ipse agnus verus qui tollit peccata mundi. Sanè figura & umbra Mediationis Christi, mediatio prisca Moysi fuit: & pontifex secundum legem, pontificem qui super legem est, figuravit. Moyses enim atque Aaron inter Deum & Iudeorum multitudinem continuè mediabantur: modo iram Dei peccatis populi concitatum placantes, & superiorem gratiã imbecilibus impetrantes: modo vultus benedicientes, & secundum legem Deo sacrificia offerentes, aut pro peccatis populi, aut ut gratias Deo pro beneficiis agerent. Christus autem, qui pontifex & mediator in ultimis seculis fuit, rogat quidem pro nobis homo, liberaliter autem unã cum Deo patre dona dignis distribuit. Quod S. Paulus aperte docuit, dicens:

Rom. 1.
1. Cor. 1.

Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Qui ergo ut homo rogat: is ut Deus distribuit. Immaculatus enim ac sanctus pontifex cum sit, non pro infirmitate sua, ut legis pontifices solebant, sed pro salute nostra seipsum obtulit semel, Paracletus & Propitiatio factus pro peccatis nostris. Sed Saluator noster pro mûdo hic rogare abnuit, nimirum suos à non

1 Ioan. 2.

suis separans: verùm beatus Ioannes non pro nostris peccatis solum propitiationem & paracletum illum esse, sed pro vniuerso affirmat mundo. Nam ne pro Iudeis tantum paracletus esse Dominus apud Patrem videretur, non autem etiam pro aliis gentibus, quæ vocati obsecrati sunt: necessario, pro toto mundo adiecit, id est, pro omnibus qui per fidem vocati ad iustitiam & sanctificationem perueniunt. Quod etiã intelligens S. Paulus, inquit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Recipiens enim

1. Cor. 5.

Christus ut mediator, omnes qui ad eum per fidem con-

CMT.

currunt, & per seipsum Patri offerens, Deo mundum
reconciliant.

SENTENTIA IIIII.

Tui sunt: & mea omnia tua sunt: & tua mea sunt.

PARACLESIS.

Sicut antea dixerat, Tui erant, & mihi eos dedisti: CAPVT
Sua nunc dicit, Tui sunt: & mea omnia tua sunt. XLVII.
Operatam sententiam, & omnibus modis, ut ample-
ctetur, dignam. Ego, inquit, rogo pro meis discipulis, &
pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: &
commendo eos tibi Patri meo caelesti, ut suscipias eos in
tuam tutelam. Neque verò eos tibi commedo tanquam
alienos, sed ut proprios: quia tui sunt. An tuos deserere
poteris? Scriptum est enim, Dominus non derelinquet
sanctos suos: in aeternum conseruabuntur. Cogitabimus
ergo nos in omni afflictione nostra, & praesertim in mor-
tis periculo, non alienos, sed Domini esse, sanguine Chri-
sti redemptos, & propter Christum in filios & Regni
caelestis heredes adoptatos: Deum autem pro sua Boni-
tate nunquam nos deserturos, sed in omnibus periculis
conseruatuos esse. Audi Esaiam hac de re concionan-
tem: Montes comouebuntur, & colles contremiscent
misericordia autem mea non recedet à te, & foedus pacis
mea non mouebitur: Dixit miserator tuus Dominus.
Quare Deo confidamus, omnesq; curas in eum conijcia-
mus: ipse enim sollicitus est nostri.

Psal. 38

Esa. 54

1. Pet. 5.
Psal. 55

SENTENTIA V.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti
mihi, &c. Quos dedisti mihi, custodiui: & ne-
mo ex eis periit, nisi filius perditionis.

Q

PARA-

PARACLESIS.

CAPVT
XLVIII.

Quoniam mundus hic plenus est laqueis, orat D. N. Iesus Christus, ut Pater celestis discipulos suos, virtute nominis sui conseruet in bono, ne deficiant: ut seruet eos ab omni malo ne corruant: Et cum ceciderint, ut supponat manum ne collidantur. Hec enim omnia à diuina pendent munificentia. Sed aduerte, quod si petierit, ut à Deo patre seruentur, ipse id se fecisse affirmat: aequalis se virtutis cum Patre demonstrans. Perro conseruasse ita discipulos ait, ut nullus eorum prae perditionis filium perierit: ita vero Judam appellat proditorem, quia prauitate perit sua. Itaque diuina gratia, quae difficilia facilia facit, necessario indigemus. Nostra enim vis, nisi diuinitus sustentetur, nulla perstus est: quod Psalmista confirmat, dicens: Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificat eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Quare necesse est, ut iugiter magnoque animo ad acquirendam salutem studeamus: & opem Dei, qua protegamur, orando petamus, cuius auxilio facile aduersarij vires superabimus.

Psal. 36.

Cyrill. lib. 11.
cap. 23. in
Ioannem.

Psal. 116.

SENTENTIA VI.

Pater, sanctifica eos in veritate. Sermo tuus
veritas est.

PARACLESIS.

CAPVT
XLIX.
Exod. 24.
Heb. 9. 10.

In veteri Testamento sanctificabatur populus per asperionem sanguinis vitulorum. At qui haec non erat vera sanctificatio: impossibile enim erat sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo Christus in hunc mundum veniens, & carnem de carne nostra vere suscipiens,

cipient, tradidit semetipsum pro nobis oblationem & ho-
 stiam Deo in odorem suauitatis. Ecce, inquit, venio ut
 faciam Deum voluntatem tuam, in qua voluntate san-
 ctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi se-
 mel. Tanta dignitatis illa una Redemptoris nostri fuit
 oblatio, ut una ad tollenda mundi peccata sufficeret: qui
 tantis auctoritate in sancta introiit in sanguine proprio,
 ut deinceps nulla supplicantium postulatio sanguine in-
 dingeret alieno. Vera ergo sanctificatio fit per asperisionem
 sanguinis Iesu Christi: sanguine enim Christi lauamur
 a peccatis nostris. Porro hac asperio sanguinis Iesu
 Christi, non fit per hyssopum, sed per Verbum & Sa-
 cramenta verbo annexa. Itaque cum audis, quod Chri-
 stus pro peccatis nostris mortuus est: vel quod dicit,
 Animam meam pono pro ouibus meis: & credis vna
 fide, iam anima tua sanguine Christi conspergitur &
 mundatur. Idem fit cum Sacramenta per fidem & in
 fide suscipis. Quod autem verbo dicit sanctificari: ne
 aduenveris. Nam quod de doctrina loqueretur, addidit:
 Sermo tuus veritas est, utpote quod nullum sit in eo me-
 dacium: quod vere sanctificationis causa sit & instru-
 mentum. Vides igitur, ubi sanctitatem querere debeas.

Ephes. 5.
Psal. 39.

Heb. 10.

Cyprian.

Serm. de

circuncis.

Domini.

Ioan. 19.

Ioan. Ferus

in Euang.

Ioan.

SENTENTIA VII.

Pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi
 sanctificati in veritate.

PARACLESIS.

Quid sibi vult, sanctifico meipsum? sanctum sa-
 crificium offero meipsum. Et quod hostiam sui
 sanctificaret, dicendo sanctifico: constat ex sequentibus,
 tam pro eis & nobis omnibus moreretur. Ceterum, quã-
 tum clarus fuisset, si dixisset, Pro eis offero meipsum: ma-
 luit

CAP. I.

Rupert. Tui-

cien. lib 12

in Ioan.

Esa. 53.

luit tamen dicere, sanctifico: quo verbo innuit primus
 sordidum fuisse. Dicendo autem, Pro eis: non suis sordi-
 lienis sordibus sorduisse, clarè definit, id quod Esaias
 patenter exprimens, cum dixisset, Omnes nos quasi
 errauimus, unusquisq; in viam suam declinauit, statim
 intulit: Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium
 nostrorum. Et Zacharia cap. 111. legimus: Et Iesus natus
 erat vestibus sordidis. Igitur quia secundum se quilibet
 sanctus, imò sanctus sanctorum erat, quippe qui de Spiritu
 sancto conceptus fuerat: & quia peccatum non fecit, non
 est inuentus dolus in ore eius: sed secundum iniquitates om-
 nium nostrorum, quas Deus in eo posuerat, vestibus sordidis
 indutus erat impollutus Pontifex noster Iesus Christus
 Agnus Dei omnium purissimus: rectè dixit, Sanctificabo
 meipsum, signanter addendo, Pro eis. Quare pro eis: non
 & ipsi sint, inquit, sanctificati in veritate: non in ombre
 vel figura, sed in vera peccatorum remissione. Habent
 itaque fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi
 & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum
 vero corde in plenitudine fidei: aspersi corda à conscientia
 mala, & abluti corpus aqua mundata, teneamus spei nostrae
 confessionem indeclinabilem. fidelis enim est qui repromissis

Hebr. 10.

SENTENTIA VIII.

Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui creditum
 sunt per verbum eorum in me.

PARACLESIS.

CAPVT

II.

Cyrill. li. 11.

cap. 16.

1. Cor. 15.

Christus D. N. cum primum pro se, ac deinde pro
 Apostolis suis orasset: orat & pro reliquis fide-
 libus. Initium namque reparandorum in nouam vitam, &
 primus homo caelestis Christus fuit: secundus enim Adam
 Dominus est de caelo, ut Paulus ait: idcirco dicebat
 Nemo a se

Nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de caelo, Filius
 hominis qui est in caelo. Initio autem & origini multo pro-
 prios, qui primo electi, sequendi Christum de unitate
 clarati sunt: qui gloriam eius oculis viderunt, qui ei
 semper inhaerentes, convenientesque salutis praecepta in
 animis suis congesserunt: merito igitur post caput omnium
 preciosissima ipsi corporis membra effecti sunt. Ad quos
 benedictione spiritus à Patre petit per seipsum dandam.
 Verum ne quis putaret ad discipulos solummodo Christi
 spiritum à Domino petendum, nihil verò de nobis qui post
 illis sumus, à pontifice mediatorumque animarum nostrarum
 datum esse: necessario subiicit, non de illis solum se rogare,
 sed de credentibus etiam in eum per praedicationem illorum.
 Absurdum enim esset certe atque incongruum, si cum
 omnis primi hominis peccato uniuersum genus condem-
 natum est, non similiter per iustitiam Christi uniuersa
 iustificaretur natura. Itaque in hac orationis sua parte,
 pro omnibus orauit fidelibus, qui usque ad finem mundi
 futuri sunt: qui etsi non viderunt neque audierunt Apo-
 stolos docentes, tamen per verbum & doctrinam eorum
 haecenus crediderunt & credent: quam ab Apostolis pri-
 mo post Christum acceptam Ecclesia haecenus conseruauit,
 tradetque posteris usque ad finem seculi. Et quia cum hac
 apostolica doctrina Ecclesia tradita & commendata, nul-
 lum aurum vel argentum, nulla gemma quamlibet pre-
 tiosa, nullus thesaurus etiam locupletissimus conferrì po-
 test, quippe quia salutem nobis adfert sempiternam: ideo
 in conspectu esse debet. Certè summam eius vel caput per-
 petuo in corde circumferre debemus. Summa haec est:
 Ioannis xx. Hec autem scripta sunt, ut credatis, quia
 Iesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam
 aeternam habearis in nomine eius. I. Ioannis 5. Hic est verus Deus,
 & vita aeterna. Actorum 4. Hic est lapis reprobatus Psal. 117.
 ab

ab aedificatibus: qui factus est in caput anguli. Et addit
S. Petrus. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim

S. PETRVS. aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Romanorū x. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. hoc est verbum fidei quod predicamus. Quia si cōfitearis in ore tuo Dominum IESUM, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauerit a mortuis: saluus eris. Ad Titum. cap. 11. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus: erant enim nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrii, & iusti, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Habes in hac Apostolorum doctrina Fidem in Iesu Christo unicum Redemptorem nostrum: ac noue uis formam & catholica obseruantia Regulam. Quid verum, si iuxta hanc formam & regulam non ita vitam instituisti? audi Apostolum Petrum rursus de Christo concionantem: Huic omnes Prophetae, inquit, testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Proinde bene D. Cyprianus scripsit: Habemus Aduocatum et Deprecatorem pro peccatis nostris Iesum Christum Dominum nostrum: si modo nos in prateritum peccasse peniteamus, & confitentes atque intelligentes delicta nostra, quibus Deum offendimus, vel de cetero nos ambulare in uia eius, & praecepta eius metuere spondeamus.

Acto. 10.
Jerem. 31.
Mich. 7.

Lib. 4. Epist. 4.

Rogo,

SENTENTIA IX.

Rogo, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint,

PARACLESIS.

OMnis populus Christianus vnum est in Deo, CAPVT

quasi filij charissimi diuina confortes natura: non
 secundum naturam, sed secundū gratiam. Neque enim
 eiusdem substantia est, animus humanus & Deus. Sed
 dilexisti, inquit, eos, sicut & me dilexisti. Vides ergo
 quod in consortium substantia eius assumimur, non na-
 tura esse sed gratia: & ideo nos diligit, quia filium dile-
 xit Pater, & membra diliguntur, scilicet in corpore.

Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis potesta-
 tem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui
 non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex
 voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Verbum caro fa-
 ctum est, vt nos de carne transiremus in Verbum. Nec
 verbum desit esse quod fuerat: nec homo perdidit esse,
 quod natus est. Gloria aucta est, nō mutata natura. Vis
 scire quomodo cū Christo vnum corpus efficiamur? Do-

ceat te ipse qui condidit, Qui comedit carnem meam, &
 bibit sanguinem meum: hic in me manet, & ego in illo.

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrē:
 & qui comedit me, viuit propter me. Isto est panis, qui de
 celo descendit. Sed & Ioannes Euangelista, qui de pe-
 ctore Christi hauserat sapientiam, in eadem verba con-
 cordat dicens: In hoc intelligimus quod in eo manemus,

& ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Si
 quis confessus fuerit, quoniam Iesus est Filius Dei: Deus
 in eo manet, & ipse in Deo est. Si credis in Christum,
 quomodo & Apostoli crediderunt, vnum cum eis in
 Christo corpus efficieris.

S E N

Dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

PARACLESIS.

CAPVT

LIII.

Ioan. 16.

Dilexisti eos, inquit, sicut & me dilexisti. Sic antea quoque dixerat: Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Nihil his verbis dulcius excogitari potest. Dicit Patrem caelestem amare nos: sic ut ipsum amauit Filium suum. Iri uant in nos quacunque tentationes & afflictiones, etiam portae inferi, oppugnent, quantum uolent: non tamen praeuident aduersum nos in Christo firmiter radicos. Ipsi enim Pater amat nos: nec simplici amore, sed ut filium suum, de quo dixit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Duo, inquit Cyprianus, grata uocabula sensibus imprimuntur: ut communitio nominum nos associet collegio munerum: & tanta dulcedinis nomina nostrum emolliant animum, accendantq; deuotionis affectum. Sumus ergo Deo patri cura: qui non patietur nos tentari supra id quod possumus, sed in omnibus temptationibus & periculis conseruabit: ut tuto illi nos non committere, & de eo optimè sperare possimus. Enim uero inenarrabilem erga genus humanum amorem suum dulcissima imagine impressit in naturam hominum: qua de eadem re testificaretur. In naturis parentum, in intimo sinu cordis amor & beneuolentia naturalis lucet: qui quidem non accenditur consuetudine, sicut amor erga alienos: sed ab ipso Conditore Deo animi parentum inditus mirabili incendio flagrat: cuius flamma omnes vincunt molestias & labores, qui sunt in educatione sobolis sustinendi: quo etiam fit, ut parentes sobolem mirificè complectantur: & ita quidem, ut plures faciant natorum salutem & incolumitatem, quam uitam propriam. Vis amoris huius in periculis cernitur.

Equidem

Matt. 3. 17.
Serm. de Baptismo
Christi.

2. Cor. 10.

Eisdem sexus muliebris natura est imbecillior: tamen
 matre hic amor tantum robur efficit, ut in periculo
 ignem & ferrum perrumpat, ut nato succurrat &
 quem ferat. Nimirum voluit Deus talem parentum
 affectum esse commonefactionem ardentissimi amoris,
 quo ipse Filium suum D. N. Iesum Christum comple-
 ctitur: & propter Filium, Ecclesiam, & nos omnes, qui
 sumus illi adiuncti & inserti: & facti ipsius hereditas
 & populus peculiaris, O ingens & incomparabilis boni-
 tas: quam nō solum nulla oratio enarrare, sed mēs nul-
 la neque angelica neque humana, cogitatione potest com-
 prehendere. Huc facit quod propheta David dicit:
 Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Do- Psal. 102.
 minus timentibus se. Sensus est: Sicut pater dulcissima
 benevolentia & summo misericordie affectu mouetur
 erga filios suos: ita Deus intimo affectu, & amore in-
 narrabili complectitur timentis ipsum. Et in Esaia di- Esa. 49.
 cit Dñs: Dixit Sion, Dereliquit me Dñs, & Dominus
 oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantem
 suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita
 fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manib. meis
 descripsi te. In Evangelio Luca Christus sic loquitur: Luc. 11.
 Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem
 dabit illi: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data
 dare filiis vestris, quanto magis Pater vester celestis
 dabit spiritum bonum petentibus se? Natura hominum
 horribiliter deprauata est, attamen hoc incendium a-
 moris erga liberos manet: quomodo igitur non maior
 multo erit amor Dei immutabiliter boni erga creatu-
 ras quas condidit? Ad hæc, quò natura humana sunt
 generosiores, eò amoris vis est expressior: Deus ergo cum
 natura generosissima et omnium creaturarum excel-
 lentissima, multò utique ardetius suum filium dilectum,

R

& nes

& nos in illo diligit, quàm vllus homo quamlibet generosus. Hac itaque consolatio sola omnes mundi molestias lenare, & animos in desperationis precipitium vergentes, reuocare potest: quæ animo obuersari debet quoties vel conscientia horribiles tentationes, vel alia quacunque nos vexant aduersa.

SENTENTIA XI.

Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

PARACLESIS.

CAPVT

LIIII.

Cyrillus lib.
11. cap. 28.
in Ioan.

Cum pro discipulis, imò verò pro vniuersis erantur, charitatemque Patris, vniõnem ac sanctificationem petierit, ista subiunxit. Vt non alios secum futuros, gloriamque visuros, quàm eos ostendat, qui per ipsum Patri coniuncti, eo amore diliguntur, quo ipse quoque amari precipitur. Diligimur enim vt filij: ad similitudinem filij naturalis. Nam etsi non equali mensura, tamen exquisita imitatio rei, veritati quodammodo exequari videtur. Volo igitur, inquit, vt qui per illuminationem fidei mihi abs te dati sunt, mecum sint: & gloriam meam videant. Que autem oratio, quam suauis esse cum Christo, explicabit! Ineffabilia certe sunt: nec oculus vnquam vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, que Deus preparauit diligentibus se. Quid enim maius, quam esse cum Christo? melius est resolui, & esse cum eo, vt Paulus ait. Quibus ille verbis, etiam huic vite dignitatem amicorum Dei preparauit: que est (vt alibi testatur) esse cum Christo. Resurgens enim mortui, ait, & nos simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & sic semper cum Domino

1. Cor. 15.

Philip. 1.

2. Thef. 4.

Domino erimus. *Conformes erimus gloria sua, con-* 2. Tim. 2.
gruamusque secum secundum Scripturas, unamque recum-
temus cum eo in regno calorum. Saluator etiam alibi,
Vado, inquit, & preparabo vobis locum: ut viam vobis Ioan. 14.
faciam, & inuium iter preparem. Vado enim lauare Apoc. 1.
vos a peccatis vestris in sanguine meo: ut digni sitis in-
troire in illas sydereas mansiones. Et iterum veniam, &
accipiam vos mecum, ut ubi sum, & vos sitis. Huc per-
tinet quod in Apocalypsi dicitur: Ecce tabernaculum Apoc. 11.
Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Item quod
de celesti ciuitate in Ezechiele scribitur: cuius nomen, Ezech. vii.
DOMINVS IBIDEM. *In hanc S. Ciuitatem aditum*
paratum habent omnes illi, qui fide muniti, & spe robo-
rati, in charitate hinc migrant. Atque illic nullo dolore
pressi, nullis tenebris circumfusi, nulla deformitate ma-
culati, sed celesti gaudio adimpleti, admirabili splen-
dore illustrati, eximia pulchritudine amicti, summum
illum cali terraque moderatorem & Regem in decore suo
videbunt: & omnium bonorum affluentia cumulati, di-
uino numine in omnem eternitatem fruuntur. Dominus
etiam ibidem, Deus omnia in omnibus. Respice Sion, ait 1. Cor. 13.
Elias, ciuitatem solennitatis nostra: oculi tui videbunt Esa. 33.
Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum
quod nequaquam transferri poterit. Ibi magnificus est
Dominus noster. O ciuitatem celestem, quam prepa-
rauit Deus dilectibus: qua nec ruina labefactatur, nec
vetustate consumitur. O vitam felicem, o regnum vere
beatum: quis mihi concedet ut ad te corporis vinculis so-
lutus euolem, & angelorum sociatus choris Deo meo
saues perenneque hymnos concinam de canticis Sion?
Quomodo cantabimus canticum Domini in terra alie- Psal. 136.
na? Hac recordatus sum, & effudi in me animam meam: Psal. 41.
quam transibo in locum tabernaculi admirabilis. vs-

R 2

que ad

que ad domū Dei. Ad meipsum anima meū conturbata
est: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Her-
monij, id est, in hac lachrymarum valle. Deus refugium
nostrum & virtus, effice, ut tui nominis memoria nun-
quam excidat ex animo meo: sed semper mihi ante ocu-
los mentis bonitas tua versetur. Utinam pectus meum
sit oratorium quoddā, ubi tu Christe Saluator sis per-
petuò sculptus, & aurea imago tua sit in terreo altari
cordis mei collocata, ut te semper intuear, & ardenti-
amem: ut tui amoris flamma me transformet in te a
ritate in claritatem: ut nō iam per anigma te aspiciam,
sed facie ad faciem: & vultum illum tuum pulcherr-
mum, in quem desiderant angeli prospicere, intuear.
in hac incuendissima suauissimāque tui sanctissimi nomi-
nis visione obdormiens requiescam. Tu enim Domine
IESV in hac tua sancta precatione singulariter tu
constituisti me.

1. Pet. 2.
Psal. 4.

CONSOLATIO EX S. PASSIONE
& Morte viuifica Redemptoris & Domini nostri
Iesu Christi.

Fructus Passionis & Mortis Iesu Christi D. N. &
quas inde Consolationes accipimus.

CAPVT
XV.

EX S. Passione & Morte viuifica Redemptoris
D. N. Iesu Christi, mirabiliter conspiciuntur
mensa Bonitas & Misericordia, inenarrabilis quædam
ardentissimūsq. Dei patris amor, erga nos miseros pec-
catores: ideoque in omnibus aduersis maxime autem
mortis angustis, efficacissimas inde Consolationes acci-
pimus. Si enim Deus cum inimici essemus, nec benefi-
cium vllum agnosceremus aut peteremus, adeo clementer
exiit, ut proprio filio suo non pepercerit, sed pro nobis
omnibus

Rom. 8.

omibus tradiderit illum, in tantam videlicet crucia-
 tionem acerbitatem: quid non praestet iam filij sanguine
 reconciliatis, & veniam ac misericordiam efflagitanti-
 bus? Ex supplicij autem grauitate, diuini relucet ma-
 gnitudo beneficij, Tradidit Filium suum Pater non
 unum ex multis, sed vnicum, eumque dilectissimum:
 & tradidit in hoc Passionis & Mortis genus, quo nul-
 lum onquam fuit aut erit vel ignominiosius vel acer-
 bius. Nam proditus ille primum est a discipulo, qui cum
 ad dulces capiebat cibos: mox etiam a reliquis discipulis
 est desertus. Hinc capitur & ligatur: & a cohorte mi-
 litum circumducitur ad Annam et Caiphā, ad Pilatum
 & Herodem: a lapis caditur, a falsis testibus accusatur,
 illudatur, conspuitur, flagellis discerpitur, spinis corona-
 tur: deinde extra Hierusalem educitur, crucem ipse
 portat ad caluarie montem, vestibus exuitur, felle &
 aceto potatur, inter duos latrones cruci affixus cotume-
 liis afficitur. Intuere mentis tuae oculis Redemptorem
 tantum sanguine madentem, sputo foedatum, spinis di-
 spantem, virgis licitoris laniatum, in cruce tanquam
 maleficum distentum. Foderunt, inquit, manus meas
 & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Cogi-
 ta, quomodo potuerit caelestis Pater spectare tam crude-
 lem dilecti Filij laniationem, tam horribiles cruciatibus: au-
 dire gemitus tam tristes, tam profunda suspiria, quere-
 las adeo miserabiles. Et quidem initio passionis dicebat:
 Tristis est anima mea usque ad mortem. Pater mi, si
 possibile est, transeat a me calix iste. Et factus est sudor
 eius, sicut guttae sanguinis decurrerēt in terram. In cru-
 ciatibus, in summis cruciatibus clamabat: Deus meus,
 Deus meus: ut quid dereliquisti me? Quis ad has vo-
 cationes expanscat & prorsus obstupescat? Quo pacto o-
 mnia. Deus hanc immanem Iudeorum crudelitatem, &

Vide insignis
 locum apud
 Apost. Pau-
 lum in Epist.
 ad Rom.
 cap. 5.

Psal. 54.

Psal. 22.

Matt. 26.
Luc. 22.

Ephes. 1.

tam acerbam unigeniti filij passionē ferre poterat: quomodo sol adspicere nequibat? Nimirum tu Deus, diues in misericordia, propter n. miam Charitatem tuam, quod dilexisti nos, cum essemus mortui peccatis, conuulsificasti nos uolebas in Christo: cuius gratia saluati sumus. quod factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. Et non est in alio aliquo salus.

Heb. 5.
Ago. 4.

Passionis Christi maximam esse potentiam: & ad id solum hominem pertinere.

CAP. LVJ.

Bernard. ser.
de Passione
Domini.

Patet quia haec Passio potentissima est ad exhibendam Priendam omnium genera peccatorum. Sed quis scit, quomodo data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari non potuit. Nunquid angelo? Sed ille non eguit. Nunquid diabolo? Sed ille non resurgit. Denique non in similitudinem angelorum, sed in similitudinem hominum factus est. & habitu inuentus ut homo, exinanivit semetipsum formam serui accipiens. Filius erat: & factus est tanquam seruus. Non solum formam serui accepit, ut scilicet esset: sed etiam mali serui, ut uapularet: & serui peccati, ut poenam solueret, cum culpam non haberet.

Heb. 1.

Philip. 1.

SENTENTIAE S. SCRIPTURAE DE
Passione & Morte Christi D.N.

SENTENTIA I. Esaiæ 53.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autè vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius tincti sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, & quisque

quisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit.

PARACLESIS.

Nullam admiserat culpam Christus D. N. ob quam supplicium mereretur. At voluit pro nobis pati: ut à nobis debitam poenam auerteret. Languores nostros, non suos, hoc est, peccata nostra ipse tulit: & dolores nostros, id est, supplicia, quae pro peccatis nostris merebamur, ipse portauit. Pro nobis infirmus fuit in cruce: & defuerunt omnino infirmorum solatia. Pro domo habuit caluaria montem, pro lecto duram crucem, pro cervicali coronam spineam, pro dapibus fel & acetum. Sedit in cruce, nec erat qui illi calicem aque frigida porrigeret. Atq. hos acerbissimos cruciatus, o homo, Christus sustinuit propter te, ut te attraheret ad se. Ideo caput habet inclinatum, ad te osculandum: brachia extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, & totum denique corpus expositum ad te liberandum: ut sic eum figas in corde tuo, qui pro te fixus fuit in crucis patibulo. Ama amantem te. sequere cum crucis praesentem te. Denique dum terreris peccatorum multitudine, Mors Domini in mentem veniat. Extendat enim brachia sua in cruce, & expandat manus suas, paratus in amplexus peccatorum. Dic cum S. Augustinus: Inter brachia Saluatoris mei, & viuere volo, & mori cupio. Ibi securus decantabo: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

CAPVT
LVII.

1. Pet. 2.

August. lib.
Manual. cap.
23.

Psal. 19.

R *

SENTEN-

Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia ossa mea.

PARACLESIS.

CAPVT

LVIII.

Bernard. ser.
51. super
Cantica.

Esa. 53.

Gen. 4.

Psal. 21.

Ioan. 19.

Deut. 31.

Psal. 33.

Luc. 1.

ET reuera ubi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? Tanto illa securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Eremit mundus, premit corpus, diabolus insidiat: non cado, fundatus enim sum supra firmam petram. Peccaui peccatum grande, turbatur conscientia: sed non perturbabitur: quoniam vulnere Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte soluitur? Si ergo in mentem venerit tam potens tamque efficacax medicamentum: nulla iam possum malignitate terri. Et ideo liquet errasse eum, qui ait: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: nisi quod non erat de membris Christi, & non pertinebat ad eum de Christi merito, ut suum præsumeret, suum diceret, quod illius esset: tanquam verum capitis membrum. Ego vero confidenter dico: quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini: quoniam misericordia affluunt: nec desunt foramina, per qua effluant. Foderunt manus eius & pedes, latiusque lancea forauerunt: & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo: id est, gustare & videre quoniam suavis est Dominus. Patent viscera misericordia Dei nostri: in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Quid ni viscera per vulnera pateant? In quo enim clarius, quam in vulneribus tuis eluxisset, quod tu Dñe suavis es & mitis, & multa misericordia? Maiorem enim miserationem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro ad-

dicitur

illis morti & damnatis. Meum proinde Meritum
 Misericordiam Domini. Non plane sum meriti inops: quan-
 tu ille miserationum non fuerit. Quod si misericordia
 Domini multa: multus nihilominus ego in meritis sum.
 Quid enim si multorum sum mihi conscius delictorum?
 Nempe ubi abundavit delictum, superabundavit &
 gratia. Et si misericordia Domini ab aeterno usque in
 aeternum: ego quoque misericordias Domine in aeternum
 contabo. Nunquid iustitias meas? Domini memorabor
 iustitia tuae solius: ipsa enim est & mea. Nempe factus
 est mihi tu iustitia a Deo. Nunquid mihi verendum, ne
 non una ambobus sufficiat? Non est palliū breue, quod
 secundum Prophetam non posse operire duos. Iustitia
 tua, iustitia in aeternum. Quid longius aeternitate? Et te
 pariter & me operiet largiter larga & aeterna iustitia.
 Et in me quidem operit multitudinem peccatorum: in
 te autem Domine, quid, nisi pietatis thesauros, diuitias
 bonitatis? Haec in foraminibus petra reposita mihi.

Thren. 3.

Rom. 5.
 Psal. 102. 88.
 Psal. 70.
 1. Cor. 1.
 Esa. 28.
 Psal. 118.

SENTENTIA III, Roman. 3.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificati
 gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae
 est in Christo Iesu, quem proposuit Deus Propi-
 tiatorem per fidem in sanguine ipsius.

PARACLESIS.

Gratis nos iustificatos dicit Apostolus: hoc est, sine
 ullis operum meritis, per gratuitam Dei bonita-
 tem: per redemptionem, quae facta est per Iesum Chri-
 stum. Redemptionem autem eam intellige, quae proprie
 est captiui, per soluto pro capite eius pretio: Gen. 44.
 Magna autem constitit Christo hac nostra iusti-
 ficatio: nimirum pretio Sanguinis sui. Verum si pretio,
 quomodo ergo gratis? Haec tenus gratuita Dei bonitate:
 R 5 quia

CAP. LIX.
 Ada. Sab-
 bout. in
 Epist. ad
 Roman.

quia quamvis iustam pro peccatis Satisfactionem exegerit, gratis tamen Redemptorem & Satisfactorem ipse nobis misit. Atq. hoc est quod explicat in sequenti particula, **QVEM PROPOSUIT PROPITIATOREM**: quem sine ullis nostris meritis, gratuita sua bonitate proposuit Mediatorem, Reconciliatorem, Pacatorem, inter se & genus humanum, per fidem. Si velimus huius gratuiti doni participes esse, oportet adferre fidem: ac ut sciamus, qualem fidem, addit: **IN SANGVINE IPSIVS**. id est, quam credimus ipsum pro peccatis nostris expiandis effudisse sanguinem. Nec hoc solum: sed qua confidamus praeter ea, Deum patrem propter Sanguinem filii sui effusum, nobis quoq. fore propitium, quantumvis perditè habitum vixerimus: modo ex animo respiciamus ac patiamur. **Observa igitur Paulum hoc loco ter hac particula PER usum fuisse: Per gratiam ipsius, Per redemptionem, & Per fidem in sanguine ipsius. Ut intelligamus, cum iustificamur, tria maxime concurrere. Primum habet Gratia, qua est ex parte Dei: qui omnia sua gratuita bonitate agit. Deinde ex parte Iesu Christi, Iustitia redemptionis, proprius Sanguis effusus et oblati: tanquam pretium redemptionis humanae. Demum ex parte nostra Fides: qua donati à Deo, mouemur, inuenimus morti Iesu Christi. Perierant homines suo peccato, quorum miserie succurrit Christus, eò à Patre traditus: & se fidelibus communicat, ut in ipso inueniant omnia quae illis desunt. Gratis ergo misericordia Dei iustificamur. Intelligemus autem particulam GRATIS, non excludere Contritionem seu poenitentiam: sed meritum seu conditionem dignitatis ex parte nostri, & opus nostrum praecedens. Vtitur autem ea voce frequenter Apostolus, ut Iesu Christo tribuatur honos: scilicet, quòd ipse sit Propitiator & Mediator: quòd per ipsum & propter ipsum**

laud. Guil.
Ba.

contingant nobis haec admiranda beneficia, re-
 missio peccatorum, liberatio à peccato & morte, donatio
 vita aeterna. Et ut promissio vita aeterna sit nobis certa: Psal. 144.
 eam à Christo pendere audiamus, quem certò sci-
 mus fidelem esse in promissis.

SENTENTIA IIII. Roman. 5.

Commendat charitatem suam Deus in nobis: quo-
 niam cùm adhuc peccatores essemus, Christus
 pro nobis mortuus est. Multò igitur magis nunc
 iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira
 per ipsum. Si enim cùm inimici essemus, recon-
 ciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multò
 magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

PARACLESIS.

Profectò summam & indicibilem erga nos charita- CAP. LX.
 tem ostendit Pater noster caelestis: quòd pro nobis
 peccatoribus & inimicis, Filium suum, quem unicè di-
 lexit, atrocissime morti exposuit. Quòd si tam beneno-
 lum se nobis exposuit, cum odio fuissemus dignissimi:
 qualem se nobis prestabit sanguine filij sui reconciliatis
 & iustificatis? Et si sanguine filij semel mortui: quanto
 magis nunc vivèntis in secula seculorum salui erimus ab
 ira? Et amici quippe facti iam sumus: & morte deinceps
 opus non est. Qui inimicis igitur ita pepercit, ut fi-
 lio suo unigenito non pepercerit: cùm amici facti sumus
 non tutabitur? quando deinceps iam opus non sit, ut Fi-
 lium suum pro nobis denuò tradat. Et si CHRISTVS pro
 temporis MORIVVS Deo nos reconciliauit, saluavit, iu-
 stificavit, immortales fecit, filios constituit, heredes at-
 que consortes: quid non velit & possit iam VIVVS? Si
 tantam vim MORS habuit: quantam VITA habere
 videnda est?

Chrysof. in
 cap. 5. Epist.
 ad Rom.
 Rom. 8.

SENTEN-

SENTENTIA V. Roman. 8.

Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

PARACLESIS.

CAP. LXI.
Chrysof. in
cap. 8. ad
Rom.

Quo pacto nos deseret Deus, quorum gratia proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus illum tradidit? Cogita, queso, quanta sit bonitatis, neque proprio filio parcere, sed tradere: & pro omnibus tradere: etiam vilibus, etiam ingratis, quin & inimicis. Quomodo non simul cum illo nobis omnia donauit? Si Filium largitus est, idque non simpliciter, sed occisori tradidit: quid amplius de aliis dubitas, cum Dominum ipsum receperis? Quid de opibus dubitas, cum herum habeas? Nam qui quod maius est, inimicis adhuc existentibus dedit: quomodo quae minorae sunt, negaret amicis?

SENTENTIA VI. I. COR. I.

Christus factus est nobis sapientia à Deo, & iusticia & sanctificatio & redemptio: quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Dño gloriatur.

PARACLESIS.

CAPVT
LXII.
Bernard. ser.
22. super
Cantica.
Esa. 9.
Luc. 1.

Vide quadrifariam unctionem, vide affluentissimam atque inestimabilem suauitatem eius, quem vnxit Pater oleo letitiae pro consortibus suis. Sedebas o homo in tenebris & umbra mortis, per ignorantiam veritatis: sedebas vinctus catenis delictorum. Descendit ad te in carcerem IESVS CHRISTVS: non ut torqueret, sed ut erueret de potestate tenebrarum. Et primo qui-

quidem veritatis Doctor depulit umbram ignoran-
 tia, luce sapientia sua. Per iustitiam deinde qua
 ex fide est, soluit funes peccatorum, gratis iustificans
 peccatorem. Quo gemino beneficio implevit sermonem
 illius S. David: Dominus soluit compendios, Domi-
 nus illuminat cecos. Addidit quoque, sanctè inter
 peccatores vivere: & sic tradere formam vita, tanquam
 via, qua redires ad patriam. Ad cumulum postremo
 pietatis tradidit in mortem animam suam: & de pro-
 prio latere protulit pretium satisfactionis, quo placavit
 Patrem: per quod illum planè ad se versiculum traxit:
 Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum
 redemptio. Prorsus copiosa: quia non gutta, sed vnda
 sanguinis largiter per quinque partes corporis emana-
 vit. Quid tibi debuit facere & non fecit? Illumina-
 vit cecum, soluit vinctum, reduxit erroneum, reconci-
 liavit reum. Quis non libenter post illum atque alacri-
 ter currat: qui & ab errore liberat, & errata dissimu-
 lat: qui deinde merita viuendo tradit, premia morien-
 do conquirat? Quam excusationem habet, qui in odore
 horum unguentorum non currit, nisi ad quem fortè
 odor minimè peruenit? Sed enim in omnem terram exi-
 it odor vite: quoniam misericordia Domini plena est
 terra, & miserationes eius super omnia opera eius.
 Passio tua Domine Iesu, vltimum refugium, singulare
 remedium: deficiente sapientia, iustitia non sufficiente,
 succumbentibus meritis, illa succurrit. Itaque cum de-
 fecerit virtus mea, non conturbor, non diffido: scio quid
 faciam. Calicem salutaris accipiam: & nomen Domi-
 ni inuocabo. Illumina oculos meos Domine, vt sciam
 quid acceptum sit coram te omni tempore: & sapiens
 sum. Delicta iuuentutis mea, & ignorantias meas ne
 memine-

Matt. 18.
Rom. 3.

Psal. 145.

Esa. 53.
Psal. 129.

Esa. 5.

Psal. 118. 244.

Psal. 115. 18.
Sap. 9.

Psal. 24.

Psal. 138.
Rom. 8.

memineris: & iustus sum. Deduc me Domine in via tua: & sanctus sum. Verumtamen nisi interpellet sanguis tuus pro me: saluus non sum.

SENTENTIA VII. 2. Cor. 5.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

PARACLESIS.

CAPVT

IXIII.

Chryf.
Hom. 11. in
Epist. 2. ad
Cor.
Deut. 21.
Gal. 3.
Phil. 2.

Theophyl.

Eum qui nesciuit peccatum, inquit, & existentem ipsammet iustitiam, peccatum fecit: hoc est, quasi peccatorem condemnari permisit, & quasi maledictum mori. Maledictus enim qui pender in ligno. Sic enim mori multo maius est: id quod & alibi insinuans Apostolus dicit: Obediens factus est vsque ad mortem, mortem autem crucis. Non enim hoc solum penam habebat: sed & confusionem. Cogita igitur, quanta tibi concessit; nam magnum est etiam peccatorem existentem pro quopiam mori: quando autem iustus hoc patitur, & pro peccatoribus moritur, & non moritur solum, sed & quasi maledictus moritur, & non quasi maledictus solum, sed & multa nobis bona largitur, qua nunquam expectauissemus: qua mens ista commendare poterit? Cur istud huc factum? vt nos iustificemur, non ex operibus & lege, verum ex gratia Dei. Hec enim est Dei iustitia, cum quis gratia iustificatus fuerit, vt nullus in eo neuis nullaue macula inueniatur. Propterea enim neque dixit, vt efficiamur iusti: sed, Iustitia Dei excellentiam gratia demonstrans.

S E N E T M.

SENTENTIA VIII. Galat. 2.

Quod nunc uiuo in carne: in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

PARACLESIS.

Quod ad veteris uita rationem ac legem attinet, CAPUT
 dignus eram, inquit, extremo supplicio: ac iam LXI III.
 perieram. Nos autem cum essemus obnoxij sententia Chrysof. in
 damnationis, Christus liberauit: omnes enim eramus Epist. ad
 mortui, si non experientia, certe iudicio: iam iamq. pla- Galat.
 gas expectantes liberauit. Cum igitur & Lex accusas-
 set, & Deus condemnasset: Christus interueniens ac
 semet exponens morti, nos omnes eripuit à morte. Itaque
 quod nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei: hoc est, per
 fidem quam habeo in ipsum, uiuo. Nam ni id fuisset: ni-
 hil obstabat, quo minus interirent uniuersi: quod & ac-
 cidit in diluuiio. Sed Christi aduentus inhibens iram Dei, Genes. 7.
 fecit ut per fidem uiueremus: per fidem nimirum filij
 Dei, qui, inquit, dilexit me, deditque semetipsum pro
 me. Quid facis o Paule, dum communia proprie tibi
 uendocas: quaeq. pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi
 facis peculiaria? Non enim dixisti, Qui dilexit nos: sed
 qui dilexit me. At Euangelista dicit. Sic Deus dilexit Ioan. 1.
 mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis
 qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam.
 Sed declarat, par esse, ut quisque nostrum non minus
 gratius agat Christo: quam si ob ipsum solum aduenis-
 set. Neque enim recusaturus erat uel ob unum tantam
 exhibere dispensationem: adeo singulum quenque homi-
 nem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem uni-
 uersum.

SENTEN-

SENTENTIA IX. Ephes. 1. Colofs. 1.

In quo habemus redemptionem per sanguinē eius, remissionem peccatorum, secundū diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis.

PARACLESIS.

CAP. LXV. **Q**uid pretiosus offerri Deo potuit, pro condonandis hominum peccatis, quàm sanguis uirgenis Filij Dei? Aut quid efficacius abluere ualisset ulcera peccatorum nostrorum, quàm eximius liquor iste, qui tam uertim fluxit ex Christi corde? In eo Thesaurus inestimabilis diuine gratiæ latuit: quam non auarè, sed largiter nobis impartire uoluit. Sanguis ergo Christi Thesaurus abundè sufficiens: & prorsus inexhaustibilis. Cum enim pro mille millibus hominum peccatis satisfecerit: adhuc equè uertim sufficit pro aliis innumeris. Igitur agnosce inuis te uiribus nullam salutis spem habere posse, sed ex meritis Iesu Christi: cuius opem si implores, veniam hand dubie consequeris. Quod alius Apostolus corroborat ex Ioële propheta dicente: Omnes qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et addit: Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.

Rom. 10.
Eocl. 2.

SENTENTIA X. Colofs. 1.

Cum gaudio gratias agimus Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

PARA

PARACLESIS.

Liberati de conditione tenebrarum, hoc est, eruti de inferno, in quo tenebamur a diabolo, tam ex proprio, quam ex Ade delicto, qui est pater omnium peccantium: translati sumus per fidem in Regnum caeleste filij Dei. Ut ostenderet nobis Deus, quo amore diligit nos: quando attollens nos de imo tartari, induxit in caelos cum vero filio suo. Iam enim omnes credentes qui fixa mente deuoti sunt, exentes de seculo, duce dextera Patris angelo, inducuntur in calum: quod ante denictam mortem concessum non erat.

SENTENTIA XI. Colofs. 2.

Et vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

PARACLESIS.

Ramus uenudati sub peccato: habebatque diabolus aduersus nos chirographum, maledictione diuinae Legis transgressoribus debitam, & sententiam aduersus primum hominem iustissime prolatam: in quo genus humanum uniuersaliter damnatum fuit: quia nemo mundus a sorde. Hoc chirographum, quod erat contrarium nobis, Christus sustulit de medio, affigens illud cruci. Morte sua quippe uno verissimo sacrificio pro nobis oblato, quicquid culparum erat, unde nos principatus & potestates ad luenda supplicia iure detinebant, purgavit, aboleuit, extinxit. Hinc ad Ephesios idem Apostolus ait: Gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum dimitias gratia eius, quae superandauit in nobis.

S

CONSO-

CAPVT

LXVI.

Ambros. in
Epist. ad
Colof.

CAPVT

LXVII.

Agust. lib. 13.
de Trinit.
cap. 12.Idem lib. 4.
cap. 13.

Ephes. 1.

CONSOLATIO EX GLORIOSA
resurrectione D. N. Iesu Christi.

Fructus Resurrectionis D. N. Iesu Christi quæ
etiam nostræ Resurrectionis certissimè futura
causa est.

CAPVT
LXVIII.

Quid potest maiorem adferre pectoribus nostris
letitiam, quàm gloriosa Domini Redemptoris
nostri Iesu Christi Resurrectio? qua preuincatio ab-
luta, mors absorpta in victoria, diabolus victus, inferna
regnum destructum, iustitia & vita æterna restituta
est per eundem Iesum Christum D. N. diuina sua po-
tentia eluctantem & resurgentem ex mortuis: quo an-
tore totum genus humanum resurget in nouissimo die: at
priorum cætus perpetua letitia cum Deo in æterna Vita
perfruentur. Nam S. Paulus Resurrectioni Christi no-

1. Cor. 15.
1. Theff. 4.

strorum corporum resurrectionem, vt omnino certum
& firmam annectit: qua in extremo fiet iudicio, quando
filius Dei ex puluere terra totum genus humanum re-
suscitabit: & ab oculis sanctorum lachrymas abstergens,
omnem eorum tristitiam in letitiam, eiulatum in dul-
cissimum cantum, mortem in vitam conuertet: at que il-
los quos mors separat, rursus coniunget: eosque tali so-
cietate copulabit, vt nunquam in omnem æternitatem
denuo diuellantur. Hac consolatione quid dulcius esse po-
test? Etenim Christi Resurrectio latissimum portum
calamitatum et dolorum quos in hoc corpore sustinemus
monstrat: & quia nostrorum resurrectionis corporum
causa est. spem nobis facit firmissimam. fore, vt quod in
presens tunc momentaneum & leue tribulationis nostre
supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pædium nobis
acquirat: non contemptantibus nobis, quæ videntur, sed
qua no-

Esa. 25.
Apoc. 21.

2. Cor. 4

CRISTI.

RIOS A

risti qua
de future

us nostru

empioru

ucatio ab

us, infir

restitu

na sua pr

s: quo au

timo die: at

erna Vir

Christi no

ino certu

cio, quatu

manum vi

absterge

um in diti

t: atque

que tali

ermitate

cius esse p

m portu

sustinenu

corporu

ut quod

onis nos

odus nob

dentur, se

que no

quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt.

Ac profecto non solum omnibus hominibus, verum etiam animantibus omnibus quae aërem inspirant, miserrimos essemus, si nihil praeter hanc vitam miseris plenam nobis esset expectandum. Atqui Resurrectionis spes, ut S. Iob ait exemplar patientiae, reposita est in sinu nostro.

1. Cor. 15.

Iob 19.

SENTENTIAE DE RESURRECTIONE D. N. IESU CHRISTI TRIVMPHATORIS, ex S. Scriptura collectae.

SENTENTIA I. Osee 13.

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors: motus tuus ero inferne.

PARACLESIS.

Hac Prophetia in Christi Resurrectione completa est. Nam secundum carnem in humilitate mortuus, divina sua potentia cum summa ex mortuis resurgens gloria, consecutus est magnificam & gloriosam victricem, contra peccatum quod delent: contra diabolum, cuius caput contrivit: contra mortem, quam absumpsit in victoria: & infernum, quem destruxit: ut generosum humanum ab his hostibus liberatum, serviat Deo in sanctitate & iustitia coram ipso: & resuscitatum ex morte per Christum mortis victorem, perpetua letitia sua aeterna cum Deo fruatur. Eius namque victoria, nostra est: unde & nos in Resurrectione dicemus, *Vni est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.*

CAPVT

LXIX.

Genes. 3.

Luc. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 15.

S 2

SENTEN-

SENTENTIA II. Ioannis 20.

Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum.

PARACLESIS.

CAPVT

LXX.

Ioan. 15.

1. Ioan. 3.

Rom. 8.

QVos primùm amicos, nunc fratres vocat: ut fraterni nominis appellatio confidentiam adderet. Ob cuius quoque confidentia augmentum, cum dixisset: Vado ad Patrem meum, & Deum meum, adiecit: & Patrem vestrum, & Deum vestrum: significans, iam verè illos sibi esse fratres, utpote qui secum unum haberent communem Patrem atque Deum. Hinc dulcissima illa D. Joannis sententia: Videte qualem charitate dedit nobis pater, ut filij Dei nominemur & simus. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus: quoniã videbimus eum sicuti est. Paulus verò ait: Si filij, & heredes: heredes quidẽ Dei, coheredes autem Christi. Vide autem Christi maximã in peccatores benignitatem & mansuetudinem. Non dicit: Vade & dic perfidis discipulis meis: vade & dic periuuro Petro: sed dic fratribus meis. nimirum ostendere voluit, nullum peccatum adeò atrox esse & graue, quod non possit veniam accipere, modò vera ac seria adsit pœnitentia.

SENTENTIA III. Roman. 4.

Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAPVT

LXXI.

Ambros. in
Epist. ad Romanos.

PARACLESIS.

Credentes Christum Dei esse filiũ, à Deo adoptamur in filios. Nihil enim ultra potuit donare credentibus, quam ut filij Dei dicantur. Nos autẽ filij Dei vocamur

examur: Pro infinita enim magnificentia sua Deus, in donauit diligentibus se, quod sua dignum est Maie-
 stas, non quod homines mereantur. Quia in dono plus
 magis dantis, quam accipientis consideratur sublimitas:
 & ex eo plus accipitur laudis, cum paruulis magna do-
 na largitur. Qui nostri causa occidi se passus est, ut nos
 data venia, à secunda morte erueret, id est, à pœna in-
 ferni: & surrexit, ut pro letitia triumphis mortis euictæ,
 gratiam nobis iustificationis donaret: ut digni essemus
 filij Dei.

SENTENTIA IIII. Roman. 8.

Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis
 omnibus tradidit illum: quomodo non etiam
 cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit
 aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis
 est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus
 est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei,
 qui etiam interpellat pro nobis.

PARACLESIS.

Pro nobis omnibus tradidit illum, ut ostēderet, quod

CAPVT

LXXII.
 Ambros. lib.
 1. cap. 6. de
 S. Iacob &
 vita beata.

omnes ita diligat, ut dilectissimum sibi filium pro
 singulis traderet. Pro quibus igitur quod super omnia
 est dedit: potest fieri, ut non in illo vniversa donauerit?
 Nihil enim excepit, qui omnium cessit autorem. Nihil
 est igitur quod negari posse nobis vereamur: nihil est,
 quo munificentia diuina diffidere perseuerantia de-
 reamus: cuius fuit tam diuturna & iugis vbertas,
 ut primò prædestinaret, deinde vocaret: & quos vo-
 casset, hos & iustificaret: & quos iustificaret, hos
 & clarificaret. Poterit deserere quos tantis benefi-
 cijs suis vsque ad premia profecutus est. Inter
 beneficia Dei, num metuenda sunt aliqua insidia-

toris insidia? Sed quis audeat accusare, quos electos diuino cernit iudicio? Num Deus pater ipse qui contulit, potest dona sua rescindere: & quos adoptione suscepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed mortuis, ne iudex seuerior sit. Considera quem iudicem habebas. Nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Pateris te ergo ille damnare, quem redemit à morte, pro quo se obtulit: cuius vitam suae mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicit: *Quae utilitas in sanguine meo, si damno quem ipse saluauit?* Deinde consideras iudicem, non consideras Aduocatum? Potest ipse seueriore ferre sententiam qui interpellare non desinit, ut paterna reconciliationis in nos conferatur gratia?

SENTENTIA V. Roman. 14.

In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **H**oc persuadeas tibi, quòd curam gerat Dominus infirmorum, ut erigantur, consolidenturque. Qui enim sanguinem suum fundere, nec non mori sustinuit, ut nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non tangeretur sollicitudine, qui serui eius facti sumus?

SENTENTIA VI. 1. Cor. 15.

Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **V**ides maximam Iesu Christi D. N. beneficentiam? Peccauit Adam: iustitiam peccando perdidit, mortem inuexit. Christus uero quid? peccatum non fecit: innocentia sua iustitiam reddidit, mortem abstulit, & vitam resurgendo reparauit: denique letitiam sempiternam contulit. Sunt haec bona prorsus inestimabilia.

ita 25

sicut mens hominis vix audeat ea credere sibi donata
 sicut Iacob patriarcha cum audiret filium suum Ioseph
 regnare in Aegypto, quasi de graui somno euigilans
 non credebatur narrantibus, donec planstra videret a fi-
 lio missa. Ad eundem modum difficile est credere tanta
 bonis indignis in Christo collata, nisi S. Scriptura
 testimonio & fidei adminiculo, tanquam planstra, huc
 per moueremur. Proinde roga quantum potes: clama &
 dic. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mor-
 tis huius? Respondetur tibi: Securus efficeris non de te, sed
 de Domino tuo. Securus efficeris de pignore tuo. Spera
 cum Christo regnum Christi, iam pignus tenes sangui-
 nem Christi. Dic dic: Quis me liberabit de corpore mor-
 tis huius? Ut respondeatur tibi, Gratia Dei per Iesum
 Christum D. N. Non enim sic liberaberis de corpore
 mortis huius, ut hoc corpus non habeas: habebis, sed non
 mortis huius. Ipsum erit: sed non ipsum erit. Ipsum
 erit: quia ipsa caro erit. Non ipsum erit: quia mortale
 non erit. Sed sic liberaberis a corpore mortis huius, ut
 mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc
 accipiat incorruptionem. A quo? Per quem? Gratia
 Dei, per Iesum Christum D. N. quia per unum homi-
 nem mors, & per unum hominem resurrectio mortuo-
 rum. Sicut in Adam omnes moriuntur; inde est quod
 generis: inde est quod cum morte configis: inde est corpus
 mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriuntur: ita
 & in Christo omnes viuificabuntur. Viuificatus acce-
 pit corpore immortalis: ubi dicas, Vbi est mors contentio
 tua? Liberatus eris a corpore mortis huius: non tamen
 virtute tua, sed gratia Dei, per Iesum Christum D. N.

Genes. 45.

 August. ser.
 s. d. Verbis
 Apost.
 Rom. 7.

1. Cor. 15.

toris insidia? Sed quis audeat accusare, quos electos diuino cernit iudicio? Num Deus pater ipse qui contulit, potest dona sua rescindere: & quos adoptione suscepit, eos à paterni affectus gratia relegare? Sed mortuis, ne iudex seuerior sit. Considera quem iudicem habebas. Nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Pateris te ergo ille damnare, quem redemit à morte; pro quo se obtulit: cuius vitam suae mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicit: *Quae utilitas in sanguine meo, si damno quem ipse saluauit?* Deinde consideras fudicem, non consideras Aduocatum? Potest ipse seueriore ferre sententiam qui interpellare non desinit, ut paterna reconciliationis in nos conferatur gratia?

SENTENTIA V. Roman. 14.

In hoc Christus mortuus est, & resurrexit: ut & uiuorum & mortuorum dominetur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIII. **H**oc persuadeas tibi, quòd curam gerat Dominus infirmorum, ut erigantur, consolidenturque. Qui enim sanguinem suum fundere, nec non mori sustinuit, ut nostri dominaretur: quomodo iam nunc nostri non tangeretur sollicitudine, qui serui eius facti sumus?

SENTENTIA VI. 1. Cor. 15.

Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

PARACLESIS.

CAPVT LXXIIII. **V**ides maximam Iesu Christi D. N. beneficentiam? Peccauit Adam: iustitiam peccando perdidit, mortem inuexit. Christus uero quid? peccatum non fecit: innocentia sua iustitiam reddidit, mortem abstulit, & vitam resurgendo reparauit: denique letitiam sempiternam contulit. Sunt haec bona prorsus inestimabilia.

ita 25

SENTENTIA VII. Ephes. 2.

Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo; cuius gratia estis saluati: & conresuscitauit & confedere fecit in cœlestibus.

PARACLESIS.

CAPVT

LXXV.

Ambros. in
Epist. ad
Ephesios.
Psal. 129.
Ioel. 2.
Rom. 10.

Esa. 65.

Non dicit Apostolus: Deus qui misericors est, sed qui diues est in misericordia: ut commendat incomprehensibilem Dei misericordiam, de qua propheta Dauid ait: Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et in Epistola ad Romanos ex Ioële dicitur: Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Haec uere diuitia sunt misericordiarum, ut non querentibus ultro misericordia prestaretur. Sicut dicit Esaias: Palam factus sum non querentibus me. Hoc est enim abundare misericordia, ut et non postulantis tribuatur. Haec tamen charitas Dei est erga nos, ut quia fecit nos, nolit perire nos. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit, ut amaret quod fecit: nemo enim labore suum odio habet. Ac propterea, cum alienati mortui eramus, gratia sua reuocauit nos, & uiuificauit in Christo. Quia enim per ipsum nos fecit, iterum per ipsum reformauit nos in ipso: nimirum ut membra eius simus, ipse autem caput nostrum. Ipsum enim habemus, Deo praestante, autorem uitae nostrae: cuius gratia saluati sumus.

CONSOL.

CONSOLATIO EX LÆTISSIMA
ASCENSIONE D. N. IESU CHRISTI.

fructus lætissimæ Ascensionis D. N. Iesu Christi.

Sicut Christus gloriosa sua Resurrectione mortem
nobis vicit: ita & Ascensione lætissima aditum nobis
patefecit in cælum: ut quemadmodum ipse ascendit,
ita & corpora nostra ex puluere terre resuscitata, &
animabus suis iuncta, in extremo iudicio, ad dulcissimam
illâ vocē, Venite benedicti Patris mei, possidere paratum
vobis regnum à constitutione mundi &c. cuebantur in
cælum: ubi in omnem æternitatem fruamur gaudio, quod
oculus nō vidit, nec auris audivit, nec ullius hominis cor
percepit. Sicut ipse Dñs ad discipulos dicit: Pater, quos
dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut
videam claritatem meam quam dedisti mihi. Hac Con-
solatione, & in morte & omnibus aliis ærumnis, nullam
firmiorē & pleniorē habere possumus. Quare Christus
etiam in postrema concione ad discipulos ab hac tanquam
omnium solidissima et efficacissima orditur, dicens: Non
turbetur cor vestrū. Creditis in Deum, & in me cre-
dite. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Si quo
minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.
Et si abiero & preparauero vobis locum: iterum venio,
& accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos si-
tis. Ideo in Michæa dicitur: Ascēdet iter pandens an-
te eos: diident, & transibunt portam, & ingredientur
per eā: & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus
in capite eorum, hoc est, Caput seu Princeps eorum. Ipse
enim D. N. Iesus Christus & Rex & Princeps est: ipse
& Via & Porta est. Et Caput rectē dicitur: quia verē
& natura Deus, caput est Ecclesia, à quo omnis vita,
& salutia, & salus in omnia Ecclesia membra promanat.

CAPVT
LXXVI.

Matth. 25.

Esa. 64.
1. Cor. 2.
Ioan. 17.

Ioan. 14.

Mich. 2.

Ioan. 14. 18.
Ephes. 1.
Coloss. 1.

SENTENTIÆ S. SCRIPTURÆ
DE ASCENSIONE D. N. IESU CHRISTI.

SENTENTIA I. Hebræor. 7.

Saluare in perpetuum potest accedens per semet-
ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellan-
dum pro nobis.

PARACLESIS.

CAPVT
LXXVI I.
Rom. 8.
Ambros. in
Epist. ad Ro.
& Heb.

Sic Chrys.
& Rupert.
Tuiticus.

Heb. 12.

Genes. 4.

Idem Apostolus in Epistola ad Romanos dicit: *Quis
accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat,
Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus
est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui
etiam interpellat pro nobis. Quis est qui interpellat, ni-
si humana natura Diuinitati coniunctio, quam paterno
solio aduexit? Semper uiuus, & ad saluandum idoneus:
qui eo affectu diligit nos, ut moreretur pro nobis: & re-
surgens semper causas nostras agit apud Patrem. Per
interpellationem ergo intellige *favorem ac vigorem di-
lectionis Christi erga nos: & eius Passionis, qua semel
suscepta, semel in sacrificium oblata est, eternam in
conspectu S. Trinitatis commemorationem: sanguinis
quoque eius innocentis exclamationem. De qua etiam
S. Paulus, Accessistis, inquit, ad Testamenti noui me-
diatorem IESUM: & sanguinis asperionem melius lo-
quentem quam Abel. Nam cum interpellat Christus
pro nobis per Victimam suam, qua Patri semper est pre-
sentissima & gratissima: in eam Pater respiciens placat-
ur, et largitur nobis remissionem peccatorum, iustitiam,
& salutem eternam.**

SENTEN-

SENTENTIA II. Hebræor. 9.

Non in manufacta Sancta Iesus introiuit exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

PARACLESIS.

Ergo amplectamur dilectionem, communicemus **CAPVT**
 passionibus, lauemur in sanguine eius: ipsum offeramus **LXXVIII.**
 Propitiationem pro peccatis nostris: quoniam ad Bernardi. ser.
 hoc ipse natus & datus est nobis. Ipsum oculis Patris, 3. super
 ipsum offeramus & suis, quia & Pater proprio filio suo Missus.
 non peperit, sed pro nobis tradidit illum: & ipse Filius Ela. 7.
 pro se ipsum exinanivit formam serui accipiens. Ipse tra- Rom. 8.
 didit in mortem animam suam, & cum sceleratis repu- Philip. 2.
 tetus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro trans- Esa. 53.
 gressoribus rogauit vt non perirent. Non possunt perire, Luc. 23.
 pro quibus Filius rogat, ne pereant: pro quibus Pater
 tradidit filium in mortem, vt viuant. Equaliter ergo
 ab utroque speranda est venia, quibus equalis est in
 peccate misericordia: par in voluntate potentia: vna in
 Deitate substantia: in qua vnus cum eis Spiritus sanctus
 viuat & regnat Deus per omnia secula seculorū. Amen.

SENTENTIA III. I. Ioannis 2.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed &
 si quis peccauerit, Aduocatū habemus apud Pa-
 trem, Iesum Christum iustum: & ipse est PRO-
 PITIATIO pro peccatis nostris, non pro nostris
 autem tantū, sed etiam pro totius mundi.

PARACLESIS.

CAPVT

Si quis humana fragilitate peccauerit, non animum **LXXIX.**
 despondeat; speret veniam: nō suas vires respiciens, Claud. Guil.
 se ipsum abnegans, se totum effundat in Iesum Chri- in Cano.
 stum: qui Ioan.

Rom. 8.
2. Cor. 1.

stum: qui ad dexteram Dei patris sedens, noster est Patronus & aduocatus, Mediator & Reconciliator apud misericordiarum patrem. Tametsi propter iniustitias nostras venia indigni simus, ille tamen iustus est, qui nobis veniā suo Sanguine meruit. Et hanc nobis impartit sua immensa misericordia, de immundis mundos faciens: Iob. xiiij. Quis potest facere mundū de immunda conceptū semine? Nonne tu qui solus es? Et ipse est Propitiatio pro peccatis nostris: nam sua perlitatione Deum placatū et propitium reddidit. Qui nostrorū est prauorum facinorū expiator effectus: & operit multitudinem peccatorū, pro quibus satisfecit. Nec pro vnus aut alterius: sed totius mūdi peccatis Christus propitiatio est. Is enim est, in quo Patri complacitum est, vniuersam inhabitare Diuinitatis plenitudinem: & per eum reconciliare cūcta erga se, pacificatis per sanguinem, sui qua in terra sunt, siue qua in calis.

Colofa.

Vt Ægrotus ad D.N. Iesum Christum, propter nos incarnatum, mortuum & resuscitatum atque supra cælos exaltatum, faciem conuertat, dulcissima D. Augustini Admonitio.

CAPVT

LXXX.

Esa. 38.
August. de
Visita. infir.
lib. 2. cap. 1.
Baruch. 3.

A Grotauit Ezechias vsque ad mortem: & conuertit faciem suam cum lachrymis ad parietem. Patris, Christi humanitas est: Diuinitas ipsius videlicet ad nullum deflexa vel defleebenda peccatum, sub carne nostra latebat. Nam & in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera parietē Ezechias, sub mortis articulo, quem ei Propheta per Spiritum S. predixerat, faciem conuertit, & ita conualuit. Hac valetudinis expectatione Iacob patriarcha, ita tripudiat: *Vidi Dominū facie ad faciem: & salua facta est anima mea.* Huius Incarnationis desiderio flagrabant omnes sancti:

Genes. 32.

illi: quippe quibus erat manifestum non aliter posse
 generari genus humanum, nisi per filium Dei incarnatum.
 Non enim est in aliquo alio salus: nec est nomen aliud ^{Acto. 4.}
 in celo datum hominibus, in quo oporteat hominem sal-
 uari fieri. Ad hunc igitur parietem nostrum, Media-
 torem nostrum, conuerte faciem tuam familiarius: quod
 tuum est, aggrede securus: scit compati tuis infirmi-
 tatibus, qui factus est tua infirmitatis participando so-
 cius. Prærogatiuam nostra carnis in celos euexit: quia ^{Heb. 2.}
 exaltatus est super celos homo Deus. Ad curiam Dei sui,
 & Dei tui, præcessit Deus tuus homo tuus, tunica tua,
 tunica polymita, quam sibi decetissime coaptavit: indutus
 illa assiduus interpellat pro nobis. Quæ igitur habes In-
 tercessorem, habes Mediatorem, constitue tibi propitium ^{Rom. 8.}
 Adiuuorem: et si Deus pro te, quis contra te?

CONSOLATIO EX SPIRITVS
SANCTI MISSIONE.

Ex Paracleti nomenclatura quanta piis fidelibus
expectanda gratia.

IN Ioele Propheta dicit Dñs: Effundam de Spiritu ^{CAPVT}
 Imo super omnem carnem. ut qui calamitatibus et arum- ^{LXXXI.}
 ni premimur, Spiritus S. gratia consolemur: qua quanta
 sit, Christus D. N. indicat, cum PARACLETVM eum vo- ^{Ioan. 16.}
 cat. Paracletus Consolator, & Aduocatum, & Patro-
 ni significat: quia verbum παρακληω, unde istud nomen ^{Corn. Ianc.}
 derivatur, præter alia significat Consolari, aduocare, ^{in Concord.}
 confortari, & orare, maxime pro alio: sicut faciunt ad-
 vocati et patroni. Et quanquam Christo hoc nomē Ad-
 vocati à Ioanne Apostolo tribuatur, quod pro nobis ille
 Aduocatus & Patronus: sicut dicit, Aduocatum ^{Rom. 8.}
 habemus apud Patrem: tamē Aduocatus est etiam noster
 Spiritus sanctus: quia ut inquit Paulus, ipse Spiritus ^{postulat}

postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Est ei Patronus. Patroni enim est, suggerere clienti, qua sunt utilia, atque ad ea adhortari: consolari mœrentem, & intercedere pro eo. Itaque cum Spiritus sanctus dicitur Paracletus, seu Consolator, & Advocatus, & Patrenus: significatur, quod Ecclesia causam in se recipiat tanquam suam: adsit laboranti monendo & consolando: Admonitorem se & Praeceptorem exhibens in certaminibus virtutis, solatiū ac subsidium in afflictionibus. Et opitulatur imbecillitati nostrā: sicut scribit idem Apostolus Paulus. Spiritus, inquit, adiuvat infirmitatem nostram. De hac exuberante Spiritus Sancti gratia, S. Scriptura Sententia quæ sequuntur, satis superque testificantur.

SENTENTIÆ S. SCRIPTURÆ, DE
SPIRITVS SANCTI GRATIA.

SENTENTIA I. Roman. 5.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

PARACLESIS.

CAPVT
IXXXII.
Chryf. ser.
9. in Epist.
ad Rom.

Non dicit Apostolus, quoniam data est: sed quoniam diffusa est Charitas Dei in cordibus nostris: ut largitatem & abundantiam manifestet. Donum quippe tale dedit, quod esset maximum: non calum, non terram, non mare, sed quod istis omnibus pretiosius est: quodque ex hominibus, & angelos & filios Dei, & coheredes Christi fecit. Quod verò donum istud est? Spiritus videlicet sanctus. Proinde Dilectionis suæ feruorem hinc potissimum ostendit, quod non paulatim nos aut modice honorauit: sed simul bonorum quasi fontem Dilectio-

Dilectionem in nos effudit. Noli itaque etiam si non ad-
mulum dignus fueris, animum despondere: cum habeas
vniuersum patrociniū iudicis, videlicet Dilectionem.

SENTENTIA II. Roman. 8.

Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non
est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si au-
tem quod non videmus speramus, per patientiam
expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat
infirmiorem nostram.

PARACLESIS.

Si quisiturus es hic omnia: quis erit Spei locus? **CAPVT**
Quid igitur est Spes? De futuris fiduciam habere. **LXXXIII.**
Quid enim magni Deus abs te petit, qui sp̄te sua bona Chryl. serm.
tradidit vniuersa? Vnum hoc solum abs te petit, sp̄e vi- 14. in Epist.
delicet: quatenus & ipse habeas, quod simul ad salutem ad Rom.
tuam conferas. Sicut Apostolus dicit: Quod si qua non
videmus speramus, per patientiam expectamus. Nam
voluit laborantem Deus ac fatigatum, innumeraq; pas-
sionibus, ita sperantem coronat. Verumtamen & hoc spe-
renti, ut animam fatigatam consolaretur, largitus est.
Deinde, ut ostendat quod ad facilitatem prestanda spei
multo fruamur auxilio, subiūgit: Consimiliter autem &
spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris. Id quidem
quod patientia est, tui muneris erit: quod verò faculta-
tis est illam seruandi, ex spiritu est: qui te ad spem illam
perducit, per quam & labores tuos leuios reddit. Sicut
nos per patientiam expectantes nitimur ad cœle-
stium hereditatis consecutionem: ita etiam Spiritus
sanctus admonet auxilium suum deficientibus, cœu ma-
nu porrigenis laborantibus.

SENTEN-

SENTENTIA III. 2. Cor. 1.

Qui autem confirmat nos in Christo, & qui unxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.

PARACLESIS.

CAPVT

LXXXIII.

Chryf. Ho
mel. 3. in
Epist. 2. ad
Cor.

Multa promittit Euangelium, de Resurrectione, deque Assumptione, & Immortalitate: de quibus ingentibus illis premiis, & bonis illis ineffabilibus. Hæc igitur promissiones ait immobiles consistere. Ne quid igitur metuas: non enim homo est, ut tibi suspectus esse possit: sed Deus est, qui & dicit & præstat. Qui enim iam unxit nos, deditque Spiritum in cordibus nostris: qui consentaneum est, ut non det que restant in posterum? Et si hæc dedit, cum inimici essemus, multo magis illa reconciliatis & in amicitiam receptis largietur: eoque non simpliciter dixit Spiritum, sed pignus appellauit: ut ex hoc de cæteris omnibus fiduciam concipias. Non enim nisi totum daturus erat, voluisset arrabonem exhibere ac perdere: idque frustra ac sine causa. Signauit ergo nos Deus dando Spiritum suum nobis pignus, ut non ambigamus de promissis eius.

SENTENTIA IIII. Ephes. 1.

In Christo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

PARACLESIS.

CAPVT

LXXXV.

Ambros. in
Epist. ad
Ephesios.

Laus gloriæ Dei est, cum multi acquiruntur ad fidem: sicut gloria medici est, si multos curet. Ideoque ad gloriam Dei pertinet, quia gentes vocauit, ut salutem suam me-

medelam consequerentur per fidem, Iudæis promissum
 signum habentes redemptionis atque hereditatis
 gratia, Spiritum sanctum datum post Baptismum.
 Obfignati sunt & Israëlita: sed circuncisione, ut pecu-
 nari. Obfignati sumus & nos: sed Spiritu, utpote filij. Chryf. fet.
2. in eandem
Epist.
 Qui autem verè de Spiritu Christi participat, optimum
 illi hereditatis nostræ arrabonem esse sciunt. Talis erat
 Paulus, qui & hinc ea quæ in celis sunt gustauerat: at-
 que ideo & festinabat, & ut presentia relinquere dare-
 tur, anxie gemebat. Aliis siquidem oculis contemplaba-
 tur: omnem ad cælestia & futura mentis aciem transfe-
 rens. Quod si Spiritus sancti omnes, ut oportebat, con-
 spicere essemus: & calos utique contemplaremur; & qui
 illis est, cælestium statum. Arrabo cuius est? Redemptio-
 nis & Acquisitionis. Tunc quippe pura & plena erit
 redemptio. Nam nunc quidem & in mundo versamur:
 & multa humana coincidunt. Pura verò redemptio,
 tam est, quando neque peccata fuerint, neque affectus
 terreni.

**FRUCTVS TOTIVS VITÆ IESV
 CHRISTI, AC DISPENSATIONIS SV-
 per redēptione generis humani. ex D. Bernardo.**

Placet ne tibi Dñe Iesu, ut dones mihi Vitam tuam, **CAPVT**
 sicut dedisti Conceptionem? quia non solum conce- **LXXXVI.**
 ptio mea immunda; sed mors peruersa, vita periculosa. Bernard. fet.
2. de festo
Pentecostes.
 & post mortem restat mors grauior, mors secunda. Non
 solum (ait) Conceptionem meam, sed & Vitam meam;
 & hoc per singulos ætatum gradus, Infantia, Pueritia,
 Adolescentia, Iuuentutis, tibi donabo: adiiciens Mor-
 tem, Resurrectionem, Ascensionem, & missionem Spiri-
 tus sancti. Hoc autem ideo, ut Conceptio mea emundet
 tuam: Vita mea instruat tuam: Mors mea destruat
 tuam.

T

tuam:

tuam: Resurrectio mea precedat tuam: Ascensio mea
 preparet tuam: porro Spiritus adiuet infirmitatem
 tuam. Sic enim planè videbis & viam per quam am-
 bules: & cautelam qua ambules: & ad quam ambules
 mansorem. In vita mea cognosces vitam tuam: ut si-
 nu ego paupertatis, obedientia, humilitatis & patientia,
 charitatis & misericordia indeclinabiles semitas tenui-
 sic & tu iisdem vestigiis incedas. In Morte autem mea
 dabo tibi iustitiam meam: dirumpens iugum captivi-
 tatis tuae, expugnans hostes qui sunt in via, ut non ap-
 ponant amplius nocere tibi. His autem completis reuer-
 tar in domum meam unde exiui. Et ne de absentia mea
 contristeris, mittam tibi Spiritum paracletum: qui tibi
 donet pignus salutis, robur vita, scientia lumen. Pignus
 salutis: ut ipse Spiritus reddat testimonium spiritui tuo
 quod filius Dei sis: qui certissima signa Prædestinatio-
 nis tuae cordi tuo imprimat & ostendat: qui donet lati-
 tiam in corde tuo. Robur vita: ut quod per naturam
 tibi est impossibile, per gratiam eius non solum possibile,
 sed & facile fiat. Scientia lumen: ut cum omnia benefi-
 ceris, te seruum inutilem putes: ut quicquid boni in te
 inuenieris, illi tribuas à quo omne bonum est: sine quo
 non parum aliquid, sed nihil omnino potes incipere, ne
 perficere dicā. Sic ergo spiritus ille in tribus istis te doc-
 bit omnia, quæ ad tuam pertinent salutem: quia in ipso
 est plena & absoluta perfectio. Vides igitur, quam ve-
 rum dixerit ille, qui dixit: Dominus sollicitus est mihi.
 Pater ut seruum redimat, filio non parcit: Filius se-
 ipsum libentissimè tradit: Spiritum sanctum vterque
 mittit. & ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus in-
 narrabilibus. O duri & obdurati filij Adam, quos non
 emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ar-
 dor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilibus ser-
 uis

Luc. 17.

Psal. 39.
Rom. 8.
Ibidem.

illis tam p
 uilibus
 sanguin
 unde sa
 manane
 Illumin
 iustific
 uiam de
 mortuus

FIGVR
 NES IN
 quibus I
 affectus

Christu
 ficatus.

Vidit Jacob
 & cacum
 que Dei
 Dominu
 Dñs Deu

Hanc a
 ipse, &
 vobis: &
 dentes
 apertu
 Deo. C
 clausu
 ad L

illis tam pretiosas merces expendit. Non enim cor-
 poralibus auro vel argento redemit nos, sed pre-
 1. Pet. 1.
 b. sanguine suo, quem effudit abunde: quia largi-
 enda sanguinis de corpore Iesu per quinque par-
 tes emanauerunt. Quid ultra debuit facere, & non fe-
 cit. Illuminavit cecos, reduxit erroneos, reconciliauit
 nos, iustificauit impios: triginta & tribus annis super
 terram uisus, cum hominibus conuersatus, pro homini-
 bus mortuus.

FIGVRÆ QVÆDAM ET IMAGI-
 NES IN DIVINIS LITERIS DESCRIPTÆ,
 quibus Iesu Christi D. N. in genus humanum,
 affectus & beneficia exprimuntur.

FIGVRÆ I.

Christus in SCALA, quam uidit Iacob, signi-
 ficatus. Genesis 28.

Uidit Iacob in somnis scalam stantem super terram,
 & cacumen illius tangens cælum: Angelos quo-
 que Dei ascendentes & descendentes per eam: &
 Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum
 Dñs Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac.

FIGVRÆ EXPLICATIO.

Hanc admirandam uisionem Filius Dei enarrat CAPVT
 I. Ioseph, & ad se accommodat, his uerbis: Amen amen LXX. XVIII.
 dico uobis: uidebitis calum apertum, & Angelos Dei Ioan. 1.
 ascendentes & descendentes supra filium hominis. Cæ-
 lum apertum significat gratiam & reconciliationem
 ad Deo. Calum enim propter peccatum toti generi hu-
 manum clausum erat: nec cuiquam unquam aditus pa-
 tet ad Deum, nisi filius Dei inenarrabili amore
 nostri,

noſtri, aſſumpta humana natura, iram Dei aduerſus peccatum in ſe deriuans, pœnas peccati pro nobis ſuſtinuiſſet: factusque victima Deum placaret, & celum referaſſet: ſicq; genus humanum cum Deo in gratiam repoſuiſſet. Eam ob cauſam Deus nunc amantiſſime ſe ad nos accommodat, & dulciſſimo ſermone nos alloquitur, & ad ſe inuitat: & teſtatur ſe recipere, iuuare, & que ſaluare velle omnes, qui ducente Filio ipſum accedunt. SCALA igitur terra inſiſtens, & cacumine celum attingens, ipſe Dei filius eſt: qui aſſumpta humana natura, verus Deus & verus homo, coniungit terram cum celo: id eſt, Eccleſiam cum Deo. Depingitur etiam modus, quo beneficia Chriſti conſequimur. Vt enim Angeli in ſcala aſcendunt & deſcendunt: ita nos fide ac fiducia Mediatoris Chriſti Domini noſtri ad Deum accedimus. Sicut ſcriptum eſt: Per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Fides & humilis Inuocatio, ſignificantur imagine aſcendentium Angelorum: deſcenſio verò docet nos à Deo exaudiri: & impetrare, que ſecundum eius voluntatem petimus.

1. Ioan. 5.

Itaque ampliſſimam hanc Conſolationem animis noſtris inſigamus: que adfirmat celum eſſe apertum, & aditum ad Deum nobis patefactum: Deum reſpicere inuocantes ipſum ac ſaluare: neque vllis tentationibus dimoueamur ab hac Scala, que eſt Filius Dei. Non eſt enim in alio aliquo ſalus: nec eſt aliud nomen ſub celo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

Act. 4.

FIGURA II.

Chriſtus in LAPIDE, in quo requieſcit Iacob, præſignatus. Genetiſ 28.

Tulit Iacob de lapidibus qui iacebāt: & ſupponens capiti

capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Ero custos tuus quocūq. perrexeris.

FIGURÆ EXPLICATIO.

UT Scala quam vidit Jacob in somnis Christum **CAPVT**
 significat: ita & LAPIS, quem capiti suo pului- **LXXXVIII**
 nis loco supposuit, in quo & suauiter quieuit, eundem
 D. N. Iesum Christum designat. De quo Apostolus 1. Pet. 2.
 Petrus sic dicit: Ad quem accedentes, LAPIDEM VI-
 vvm, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem
 electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vivi
 super adificamini domus spiritualis &c. Propter quod,
 inquit, continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem **Esa. 28.**
 preciosum, angularem, probatum, electum, pretiosum.
 Et qui crediderit in eum, non confundetur. **Rom. 9.**
 Et in lapide dormiens diuina consolatione confirmatur: **Chryl. hom. 54. in Genes.**
 ita & nos respicientes in Christum, & fide in eo quies-
 centes, gloriemur etiam in tribulationibus: Vide autem
 quædam Promissionum diuinarum pondus. Ero, inquit,
 custos tuus, quocumque perrexeris: & reducam te
 in terram hanc. Ne putes, ait, quod solus iter facias: me
 habebis itineris comitem: me habebis custodem in omni
 itinere: omnia tibi difficilia, facilia reddentur: minime te
 derelinquã. Quomodo quis pro dignitate admirabitur
 misericordiam? **Genes. 31.** Iam cogita rursus & iusti
 gratitudinem: quod post illas promissiones, apud
 Laban viginti annis laboribus afflictus non grauatum
 se, non segnior fuit tanto tempore: sed omnia fortiter
 sustulit, expectans promissionum tempus: sciens quod
 non sit possibile intercidere quæ à Deo dicta sunt: maxi-
 me & nos adferre nostra studeamus, FIDEM & OBE-
 dientiam: & ita bene fidamus his, quæ à Domino
 promissa

promissa sunt. Hac est enim vera fides, non attendere ea que videntur, etiamsi omnino sint aduersa promissioni: sed solam promittentis potentiam.

FIGURA III.

Christus verus AGNVS PASCHALIS, pro nobis immolatus. *Exodi 12.*

Tollat vnusquisque Agnum per familias & domos suas. Erit autem Agnus absque macula. Et summent de sanguine eius, & ponent super vtrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Erit autem sanguis vobis in signum, & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti.

FIGURÆ EXPLICATIO.

Hanc historiam typum seu imaginem esse D. N. Iesu Christi, Apostolus Paulus docet: Pascha nostrum, inquit, immolatus est Christus. Et S. Petrus dicit: Non corruptilibus auro vel argento redempti estis: sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi & incontaminati. Neque dubium est, quin Ioannes Bapt. respexerit ad hanc historiam, dum Christum venientem ad se videns, ait: Ecce AGNVS DEI: ecce qui tollit peccata mundi. Est enim Christus Dei Agnus, in narrabili Dei consilio constitutus & nobis donatus, ut fieret VICTIMA, in quam Deus effunderet iram suam, qua ardebat aduersus peccatum. Nam Paschalis ille, sicut & alij agni à sacerdotibus in sacrificiũ adhibiti & mactati non senserunt, nec placauerunt iram Dei: sed tantum typi fuerunt huius vera Victimæ, que sola auferret peccata mundi: cuius pretioso sanguine redempti & liberati sumus, & salui facti ab ira Dei. Hic est Agnus

CAPVT
LXXXIX.
1. Cor. 5.
1. Pet. 1.

Ioan. 1.

quem Ioannes Apostolus in Apocalypsi scribit occi- Rom. 5.
 tum ab origine mundi. Non quod tum manifestè occide- Apoc. 13.
 retur: sed quod occisio Christi semel in plenitudine tem-
 poris facta, sparsa est antrosum vsq. ad ipsum Adam:
 & retrorsum spargetur vsq. ad consummationē seculi.
 De sanguine Christi Agni immaculati, præclara D.
 Ambrosij Sententia.

Sicut vnus est Deus: ita & vnus Mediator Dei & CAPVT
 hominum, homo Christus Iesus. Ipse est solus qui re- XC.
 dimittit hominem, vincens pietate germanos: quia pro alie- Ambrosi. in
 nis sanguinem suum fudit, quem nemo potest offerre pro Psal. 48.
 fratre. Itaque proprio corpori non pepercit, vt nos redi- 1. Tim. 2.
 meret a peccato: & dedit semetipsum redemptionem pro
 omnibus. Sed quare hic solus redimit? Quia nemo potest
 tam equare pietate, vt pro seruulis suis animam suam
 ponat: nemo integritate. Omnes enim sub peccato: omnes
 Ad illius subiacent prolapsioni. Solus redemptor eligitur,
 qui peccato veteri obnoxius esse non possit. Ergo
 Dominus Iesus suscepit hominis conditionem, vt in car-
 ne sua peccatum omnium crucifigeret, & chirographum
 vniuersorum suo cruore deleteret. Itaque propitiatio om-
 nium Christus est: & ipse est vniuersorum redemptio.
 Quæ maior hostia? Quod præstantius sacrificium? Qui
 melior Advocatus, quam qui pro peccatis omnium fa-
 ctus est Deprecatio: & animam suam dedit pro nobis re-
 demptionem: qui solus Deo mundum reconcilianit per
 suum sanguinem? Non queritur ergo propitiatio aut
 redemptio singulorum: quia OMNIUM PRETIUM SAN-
 GUIS EST CHRISTI, quo nos redemit Dominus
 Iesus: qui solus Patrem reconcilianit, & laborauit vsq.
 ad finem, quia nostrum laborem ipse suscepit, dicens: Ve-
 nite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego
 accipiamus a vobis. Vide laborantē. Laboranti, inquit, clamans,
 Math. 11.
 Psal. 68.

T 4 rancor

rauca facta sunt fauces mea. Ergo homo non dabit iam propitiationem suam, nec redemptionem: quia semel ablutus est à peccato, per sanguinem Christi. Laborabis tamen, ut seruet præcepta viuendi, & à mandatis cælestibus non recedat.

FIGURA IIII.

Christus in COLUMNNA NUBIS & IGNIS præfiguratus. Exodi 13.

Dominus præcedebat filios Israël ad ostendendam viã per diem in columna Nubis, & per noctẽ in columna Ignis: vt Dux esset itineris vtroq. tempore. Nũquam defuit columna Nubis per diem, neque columna Ignis per noctem, corã populo.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCI.

SEMPER adsuit Filius Dei CUSTOS & VMBRACULUM sua Ecclesie, omniq. Anima fideli, vero atque perfecto corde ei adherenti, ipsumq. ex animo inuocanti, sicut populo Israël de Egypto, & per desertum XL. annis vaganti adsuit Dux, Custos & Protector, interdum regens eos nube, & noctu lucẽtibz flammis circundans. Ideo ad Iosue sic ait: Ero tecum: nõ dimittam nec derelinquam te. Ecce precipio tibi: confortare & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus. Et in Zacharia dicit: Ego ero ei murus ignis in circuitu. Quid igitur nos magis consolari potest, in periculis & trepidatione? Itaque hanc dulcissimam imaginem & consolationem, cum cogitamus, simul petamus à filio Dei D. N. Iesu Christo, vt nobis quoq. Umbraculum esse velit: & Spiritus sancti sui igne pectora nostra accendat, vt firma & ardenti fide in ipso quiescamus, et in omnibus periculis et arumnis illi fidamus: ipse autẽ nobis eum humiliter inuocantibus adesse dignetur.

Iosue 1.

FIGURA

FIGVRA V.

Myſterium Crucis Chriſti, LIGNO IN
 AQUAS MARATH miſſo ſignificatum.

Exodi 15.

Talitaudem Moſes Iſraël de mari rubro, & egreſſi
 ſunt in deſertum Sur: ambulaueruntque tribus
 diebus per ſolitudinem, & non inueniebant
 aquam. Et venerunt in Marath, nec poterant bi-
 bere aquas de Marath, eò quòd eſſent amaræ.
 Et murmurauit populus: Et clamauit Moſes ad
 Dominum, qui oſtendit ei lignum: quod cùm
 miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt.

FIGVRÆ EXPLICATIO.

Illy Iſraël, cùm pra amaritudine aquam potare
 non poſſent, iniecto in eam per Moſen LIGNO, dul-
 cedinem ſuauiſſe potarunt: auſteritatem quam noxia
 aqua geſtabat, LIGNI abſtulit ſacramentum. Etenim
 in figura factum eſt. Aqua enim amara, Lex eſt vete-
 ri Teſtamenti: quæ priuſquam Cruce temperaretur
 Domini, erat immitis, & nullum miſericordiæ refrige-
 rium præſtabat. Omnino Lex amara: quippe quæ non
 afflictam conſcientiam ſui peccati conſpectu et do-
 lore languentem reficere & recreare non poteſt: ſed au-
 gmentat potius dolorem, hac terribili voce tanquam diluui-
 o inueniens peccatores, Maledictus qui non permanet in ſer-
 uentibus legis huius: nec eos opere perficit. At vero di-
 uinus ille Euangelifta magis quàm Propheta ſermo
 Chriſti Ieſu paſſionem deſcribentis, quàm ſuauiſſe ſo-
 luit. Verè, inquit, languores noſtros ipſe tulit: & dolo-
 rem noſtros ipſe portauit. Vulneratus eſt propter iniqui-
 tates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſci-
 plina pacis noſtrae ſuper eum, & linore eius ſanati ſu-
 mus.

CAPVT

XCII.

Ambroſ. ſer.

23.

Deut. 27.

Gal. 3.

Eſa. 53.

T 5

mus.

mus. Omnes nos quasi omnes errauimus, unusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Ita Legis aqua, dominica Crucis ligno temperata, omne quod triste videbatur ac rigidum, vertitur in dulcedinem: statimque Lex amaritudinem suauitate commutans, dulcem se cunctis prestat ad bibendum. Quin & AQVÆ MARATH imaginem habent erumnarum huius mundi: qua omnia dulcescunt Passionis dominica contemplatione. Cur enim murmuremus nos & impatientes simus, cum videmus Dominum & Magistrum nostrum tam duram sustinuisse Crucem? O vos omnes, inquit in Ieremia, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Et iterum: Recordare paupertatis meae, abinthij & fellis. Et in Euangelio dicit: Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior Domino suo. Propterea S. Paulus monet, ut per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, et consummatorem IESVM, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem.

Thren. 2.

Thren. 3.

Ioan. 13. 15.

Heb. 12.

FIGURA VI.

MANNA typus Christi. Exodi 16.

Dixit Dominus ad Mosen: Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus & colligat que sufficiunt per singulos dies, &c. Appellauitque domus Israël nomen eius MAN: gustusque eius quasi similæ cum melle.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCIII.
Psal. 77.
Sap. 16.

Ingressos solitudinem filios Israël Deus per quadraginta annos MANNA, id est, cælesti pane saturauit. De quo Psalmista canit: Panem cæli dedit eis: panem angelorum manducauit homo. Et in libro Sapientie dicitur:

car: Angelorum esca nutritiſti populum tuum: &
 panem de celo praſtituſti illis ſine labore, om-
 nium delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis
 ſubſtantiam. Eſt autem MANNA typus Chriſti, qui eſt
 verè MAN, id eſt donum. Sic enim Deus dilexit mun-
 dum, ut filium ſuum unigenitum daret: ut omnis qui
 credit in eum non pereat, ſed habeat vitam aeternam.
 Ideo Chriſtus ipſe ſe panem vita nominavit, dicens:
 Amen amen dico vobis, Quis credit in me, habet vi-
 tam aeternam. Ego ſum panis vita. Patres veſtri man-
 ducaverunt Manna in deſerto: & mortui ſunt. Hic eſt
 panis de celo deſcendens: ut ſi quis ex ipſo manducaue-
 rit, non moriatur. Ego ſum panis vivus, qui de celo de-
 ſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in aeter-
 num: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi
 vita. Quam dulce eſt autem quod in Exodo ſequitur:
 Dixit Moſes ad Aaron, ſume aureum vas unum: mit-
 te tibi Manna, & repone coram Domino ad ſervandum
 illud. Considera, oro, diligentius, quid in hac particula
 reconditum ſit. Nam quoniam verum Manna illo ſen-
 ſibili figuratus eſt Chriſtus: neceſſario docetur, qua glo-
 ria & virtute plenus eſt, qui Chriſtum in ſeipſo recon-
 dit: qui Ieſum in corde per Veritatem & Fidem rectam
 fixum firmiter gerit. Audis enim, quomodo vas aureum
 per Aaron impletur Manna, & coram Deo ad per-
 petuam conſervationem reponitur: pia enim anima,
 qua Chriſti fidem ſuſcepit, qua totum in ſeipſa caeleſtem
 theſaurum condidit, pretioſum atque aureum vas eſt:
 & à Pontifice omnium Deo Patri offertur: ſervabi-
 turq; in conſpectu eius in aeternum.

Ioan. 6.
 Ioan. 6.
 Cyrill. in ca.
 6. Ioannis.

FIGVRA

FIGVRA VII.

Christus PETRA à Mose percussa, unde egressæ sunt aquæ largissimæ. Exodi 17.

Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Mosen. Clamauit autem Moses ad Dominum, & ait Dominus: Tolle in manu tua virgam, & vade. En ego stabo coram te supra petram Horeb: percuti esque petram, & exibit ex ea aqua vt bibat populus.

FIGVRÆ EXPLICATIO.

CAPVT

XCIII.

1. Cor. 10.

Esa. 28.

Matt. 16, 21.

1. Pet. 2.

Ephes. 2.

Acto. 4.

Psal. 39.

Psal. 60.

Allegoria PETRÆ à Mose percussæ, et fundentis largissimos aquarum fontes, à S. Paulo traditur his verbis: Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Propterea autem Christus PETRA nominatur: qui ipse firmum est & solidum FUNDAMENTVM Ecclesiæ, & RVPES nostræ salutis: quam nulla tempestates, nulli fluctus peccati & mortis euertere possunt. Sed nec quenquam, qui huic firmiter insistit Petra: fundatus est enim super Petram. Hinc Apostolus Petrus ait: Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis edificandus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ad hanc Petram respexit vtiq. Regius ille Prophetæ David, cum dixit: Et statuit super petram pedes meos: & direxit gressus meos. Ac rursus: In petra exaltasti me. Vidi iam grande Mysterium: & admirandum consilium nostræ Redemptionis, in hac imagine Mosis ferientis petram, significatum. Recipit Deus immensa misericordia sua genus humanum: sed cum iustus sit, & Legi Dei satisfieri oporteat, vel obedientia, vel pœna: propter ordinem iustitiæ decretum fuit, vt aliquis in

qui in genere humano prorsus innocens, pro ceteris son-
 tuam penam solueret: ut per soluto pretio, homines in
 patriam Dei, & promissam aeternae salutis hereditatem
 acciperentur. Lex ergo, qua nos iustissimo iudicio op-
 pressura erat: quia omnes declinauerunt, simul inutiles
 facti sunt, nec fuit qui bonum faceret, vsque ad unum: Psal. 13. 52.
Esa. 53.
 unum illum, nempe CHRISTVM IESVM prehendit,
 qui tamen peccatum non fecit: in hunc volentem, atque
 pro peccatoribus semet sponte offerentem, vniuersas ma-
 ledictiones simul effudit. Ita Legislator PETRAM
 CHRISTVM ferit: ne nos feriret, sed parceret. Sicut
 in Esaia dicitur: Ipse autē vulneratus est propter ini- Esa. 53.
 quitates nostras: attritus est propter scelera nostra.
 Disciplina pacis nostrae super eum: & liuore eius sanati
 sumus. Et Apostolus Paulus ait: Christus redemit nos Gal. 3.
 de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.
 Emittit autem haec PETRA largissimos fontes aquarum, Ioan. 4.
 salutes in vitam aeternam: flumina videlicet Euange-
 lio: per quae corda nostra astu ira Dei, & metu aeterna-
 rum poenarum torrefacta, suauiter recreantur. Vnde
 dicit in Euangelio Christus: Venite ad me omnes qui Matth. 11.
 laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Ac rur-
 sum: Si quis sitis: veniat ad me, & bibat. Quare in Ioan. 7.
 omnibus angustiis & doloribus nostris, confugiamus ad
 hanc petram, D. N. Iesum Christum: ut viuus fontis
 Euangelij sui, corda nostra arida reficiat et recreet.
 Huc etiam referri debet amplissima Consolatio, quae est
 in verbis D. Bernardi: quae habentur supra de Pass.
 & Morte D. N. Iesu Christi, lib. III. cap. LIX.

FIGVRA

FIGURA VIII.

Christus in CORONA AVREA, & PROPITIATORIO, quo operiebatur Arca fœderis, designatus. Exodi 25.

Arcam de lignis Setim compingite. Et deaurabis eam auro mundissimo, intus & foris: facitque supra Coronam auream per circuitum. Ponetis in Arca testificationem, quam dabo tibi. Facies & Propitiatorium de auro mundissimo.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT

XCV.

Hieron. in
cap. 3. Ioc.
Vide eundem
in Esaię cap.
41.

Philip. 4.
1. Pet. 1.

Non est pulchrior imago Ecclesie Christi Iesu D. N. qui est Umbraculum & Operimentum Ecclesie: quam Arca fœderis, & Propitiatory regentis Arcam. ARCA cōpingebatur è ligno Setim, quod impetribile & fortissimū est: & incredibilis leuitatis ac puritatis: deinde autē vestiebatur auro purissimo, intus & foris. Etsi verò homine Christiano nihil videtur possit imbecillius, abiectiusve: tamen nihil est eo formosius ac splendidius; quippe qui omnia potest in confortante Christo. Et splendet fide charitatēque, tanquam auro purissimo quæ igne tribulationis in variis tentationibus usque & usque in hoc mundo probatur: quo fiat purior, nitidior, atque pretiosior. Proinde licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Ornatur hac Arca, quæ est Ecclesia, & qualibet anima fidelis, CORONA AVREA per circuitum: quæ significat in Christo, qui est Corona gloriæ nostræ, primo Divinam naturam, tanquam circumlucum, initio & sine carentem, deinde Maiestatem regni. Est enim Rex regum, & Dominus dominantium. Continebat etiam Arca VIRGAM AARON, quæ frondebat: & MANNA. Vtrumque Christum aptissime designat. V

1. Cor. 4.

Apo. 17. 19.
Exodi 16.
Heb. 9.
Num. 17.

De enim Virga arida germinavit, & turgentibus
 gemmis eruperunt flores, qui foliis dilatatis, in amygda-
 la deformati sunt: ita & Christus, per passionem ari-
 de, ut testa, atque ab omnibus despectus, mortis, tra-
 ditus, iterum resurgendo germinavit, fructumque copio-
 sissimum pariter ac suavisimum protulit: dum multos
 filios in gloriam adduxit. Ipse est & MANNA. Sicut
 dicit: Ego sum panis vivus, qui de calo descendi. Si quis
 manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et panis
 quem ego dabo, caro mea est: quam ego dabo pro mundi
 vita. Ob quam causam caro nostra non potest in cor-
 ruptiohem devenire, & non percipere vitam: utpote qua
 Corpore & Sanguine Domini alitur. Collocabatur
 quoque in Arca LIBER FOEDERIS vel testamenti: ita
 singulorum hominum fidelium corda debent esse Arcu-
 le, in quibus asseruetur Dei Verbum & Præcepta. Sic-
 ut in Psalmo dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua:
 ut non peccem tibi. Verumtamen quia à quovis profi-
 ciente non ex omni parte cõplentur: PROPITIATORIUM
 est desuper protegens Arcam. Ad hoc enim opus est,
 ut propitius sit Deus: & ideo desuper ponitur, quia su-
 perexaltat misericordia iudicio. Hinc Propheta David
 ait: Beati quorum coëta sunt peccata. PROPITIATO-
 RIUM autem Christum propriissimè designat: quia in
 eo Deus placatur, nobisque sit propitius. Huic namque
 omnes Propheta testimonium perhibent, remissionem pec-
 catorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in
 eo. Verè propitiatorium est pro Ecclesia & omni po-
 pulo terra: saluator enim omnium hominum, maxi-
 me fidelium. Quin & peccatores & iusti, Domini pro-
 pitiatione salvantur.

Psal. 118.

Heb. 1.
Ioan. 6.Irenæus lib.
4. cap. 34.

Psal. 118.

August.
Quæst. 105.
in Exodum.
Iacobi 1.
Psal. 31.

Acto. 10.

Hieron. in
Ezech. cap.
43. & 45.

FIGVRA

FIGVRA IX.

MENSA auro purissimo inaurata, & PROPOSITIO PANVM, & CANDELABRVM aureum, cum lucernis, Christum D. N. figurabant. *Exodi 25.*

Locutus est Dominus ad Mosen, dicens: Facies mensam de lignis Setim: & inaurabis eam auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo: & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso.

FIGVRÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCVI.
Cyrill. in
Ioan. lib. 4.
cap. 28.
Ioan. 6.

His omnibus Christus significatur. *Is enim* MENSA est, in quo panes depositi sunt: quibus omnes participatione Corporis & sanguinis sui ad Vitam eternam aluntur. Ego enim, ait, sum panis, qui descendi de caelo & vitam eternam do mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Mensa significatur propositio, id est, panes sanctissimum Christi corpus, quo ad vitam eternam omnes aluntur, prorsus significat. CANDELABRVM etiam vniuersum terrarum orbem illuminans, Christus est. Ego, inquit, sum lux mundi. Septem vero lucerna in candelabro sunt: quia multis ac variis modis per gratiam sancti Spiritus, credentium animas Christus illuminat. Que omnia ex auro sunt purissimo: quia nihil pretiosius Christo.

Ioan. 8.

FIGV.

FIGURA X.

ALTARE AVREVM ad adolendum thymiana, & ALTARE HOLOCAVSTI mystice Christum adumbrarunt. *Exodi 40.*

Erexit Moses tabernaculum. Cumque intulisset Arcam in tabernaculum: posuit Mensam in tabernaculo testimonij, ordinatis coram propositionis panibus. Posuit & Altare aureum: & adoleuit super eo incensum aromaticum: & Altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum.

FIGURÆ EXPLICATIO.

Considera quàm diligenter vtrisque ALTARIBVS Christus nobis describitur. Coram enim Arca aurum Altare, in quo incensum adolebatur, positum erat: & in introitu tabernaculi tentoriũ extendebatur, ne quid de interioribus vulgo cerneretur: holocausti vero Altare iuxta portas tabernaculi extra tentorium constitutum erat. Ita per Altare quidem incensi, suavitatis odor ascendisse ad Deum Patrem intelligitur: sicut Apostolus ad Ephesios dicit: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Holocausti vero Altare, hostiam illam pro nobis ad eadem actam designabat: quod vulgo patebat, quia mors Christi omnibus pater. In introitu autem tabernaculi Altare holocausti stabat, quod mortem Christi, quam pro omnibus tulit, significabat, ut dictum est: ut intelligamus nullo nos posse modo ad Deum patrem accedere, nisi per sacrificiũ Christi. Ego sum, inquit, porta: & nemo ad Patrem accedit, nisi per me. Est bene considerandum, quod tabernaculum cõposito & precedente, Hebrei sequebantur: stante castra-

CAPVT
XCVII.
Cyrill. in
Ioan. lib. 4.
cap. 18.

Ephes. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

castrametabatur: ut nos discamus nullum alium datum nobis esse Ducem ad salutem, quam Verbum Dei hominem factum. Domine, inquit S. Petrus, ad quem ibimus? verba vite aeterna habes. Indicat solimmodo CHRISTVM sequendum esse MAGISTRVM: illi soli inherendum, qui ad Vitam aeternam deducere potest.

FIGURÆ XI.

Christus verè SERPENS æneus pro signo positus. Numeri 21.

Misit Dominus in populum ignitos serpentes: ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Dominum, & te: ora ut tollas à nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo: & locutus est Dominus ad eum, Fac Serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCVIII.

Ioan. 3.

EIus figura veritas ad nos pertinet. Nos enim veri Hebrei sumus: qui ex regno Satane per desertum huius mundi transimus ad caelestem patriam nobis promissam. Hic inter eundem à iaculis demonum ignitis percutimur, & vulneribus peccatorum letaliter affici-
mur. Atqui nobis unicum remedium Christus Iesus est: qui hunc SERPENTEM ÆNEVM figuram fuisse sui, ipse indicauit, dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sicut autem serpens æneus omni veneno caruit, similitudinem tantum gerens serpentis: ita Christus in cruce pendens in similitudine carnis peccatorum omnium

omino expers peccati fuit. Et ut Hebraei contemplan-
 tium animum Serpentem seruabantur, non quidem per si-
 num hoc quod videbant, sed per omnium Saluatorem: Sap. 16.
 & nos qui fide uina credimus Christum pro nobis
 mortuum, nequaquam perituri sumus: sed uitam ha-
 bituri aeternam. Ideo Christus subiungit: Sic enim Deus
 dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut
 omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam
 aeternam. Singula uerba magnam vim habent: & im-
 mensam amoris significant uehementiam. Qui immor-
 talis & incomprehensibilis, quique potentissimus est: ex
 terra & cinere factos, & innumeris peccatis obnoxios,
 & male de se meritos & ingratos dilexit: adeo ut filium
 suum unigenitum daret. Non seruum, non angelum, non
 archangelum. Nemo unquam pro filio tantam pre se
 tollit charitatem, quantam pro seruis, & ingratis ser-
 uis Deus.

Chryf. hom.
 26. in Euan.
 Ioan.

FIGURA XII.

Christus uerus est ille Samaritanus Euan-
 gelicus. Luce 10.

Dixit Iesus ad Legis peritum: Homo quidam descen-
 debat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in
 latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & pla-
 gis impositis abierunt seminiuo relicto. Accidit
 autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia:
 & uiso illo praeteriuit. Similiter autem & Lenita,
 cum esset secus locum, & uideret eum, pertransiit.
 Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit
 secus eum: & uidens eum, misericordia motus
 est. Et approprias alligauit uulnera eius, infundens
 oleum & uinum: & imponens illam in iumen-
 tum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit.

V 2

FIGURA

FIGVRÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCIX.
Ioan. 8.

Pl. 114. 126.

PER SAMARITANVM D. N. IESVS CHRISTVS semet significauit. Et rectè: tum, quod à Iudeis velut Samaritanus contemneretur, & probri causa ita appellaretur: tum quod id nomen, si significatum spectes, probè in ipsum quadret. Significat enim CUSTODEM. Samaritanus ergo est: nempe is, de quo in Psalmis dicitur: Custodiens paruulos Dominus. Et: Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Caterùm per hominem, qui descendit ab Hierusalem in Hiericho, intelligitur vniuersum genus humanum: quod in primis parentibus nostris à paradiso, in quo fruebantur illi sublimi illa, tranquilla, & pacifica vita, excidit in vallem hanc lachrymarum: vbi omnia mutationibus sunt obnoxia. HIERICHO quippe luna interpretatur: mundi figuram continet. Qui cum descendisset, incidit in latrones: quia mercedum demonum venit potestatem, qui illum & exurrunt & spoliauerunt veste innocentia & immortalitatis, ac omnis denique Gratia spiritalis: & iam exitum etiam plagis multis affecerunt, reddentes illum obnoxium peccatis, ignorantia veri, & imbecillitati rectè operandi: ita vt iam iaceret abiectus, destitutus, at desperationi mortisq; proximus: nec tamen mortuus plane, sed seminarius: quod spes esset vita & sanitatis in Christo. Sic autem vulneratam iacentem Naturam humanam Sacerdos & Leuita, hoc est, Lex & Prophetia pertransierunt: quippe qui peccatum hominis & miseriam indicabant, sed tollere, hominemq; sanare nequebant. At SAMARITANVS CHRISTVS IESVS per assumptam humanitatem etiam iter faciens Hierusalem cœlesti in Hiericho vallem huius mundi cum pe-

post legem & prophetas videret humana Nature
 curam: et em, non eam prateriuit, aut neglexit: sed fa-
 cta compassionis nostra susceptione finitimus, quam-
 nam ab hominibus probris multis affectus, misericor-
 dia motus, non nostris meritis commotus: propius etiam
 nos accedens per suam nobiscum conuersationem, mox
 cepit obligare vulnera nostra vinculo doctrinae & gra-
 tiae suae, infundens oleum & vinum, quae solus ille secum
 in via assumpsit, ac nobis infundere potuit: nimirum gra-
 tia & charismatibus Spiritus sancti, & sui sanguinis
 effusione nos curans. Vnde ipse in Esaia dicit: Spiritus
 Domini super me, eo quod unxerit Dominus me. Ad
 annunciamandum mansuetis misit me: ut mederer contri-
 tis corde. Non satis autem illi fuit hoc modo obligasse ho-
 minis vulnera: sed praeterea etiam illum imposuit in in-
 iumentum suum. Audi quomodo te imponat. Peccata no-
 stra portat, & pro nobis dolet: & Pastor posuit ouem
 lassam super humeros suos, ut Lucae xv. dicitur. Bene
 ergo in iumentum suum nos imponit, peccata nostra susci-
 piens in corpore suo, ac de suo dependens, quod nos com-
 merueramus: ut per nostri corporis assumptionem, in-
 iumentum carnis nostrae aboleret. Deinde hominem de-
 dit in diuersorium suum: hoc est, Ecclesiam. Hic,
 quoniam corporali praesentia per sese hominis curam ge-
 rere non semper licuit: quod proficiscendum ei esset in
 caelum unde venerat, hospitibus suis saucium hominem
 curandum commisit. Hi sunt Apostoli, & eorum
 successores: per quos etiam hodie curat humanum
 genus.

Esa. 61.

V 3

FIGVRA

FIGURA XIII.

Christus semetipsum GALLINÆ comparavit. 4 Esdra 1. Mat. 23.

Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti!

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAP. 6.
August. in
Plal. 90.

Ioan. 1.
Psal. 90.

Sapientia Dei, Christus Dñs noster & Saluator ipse tanquam GALINAM se dixit. Gallinā cognoscimus in infirmitate vocis, in relaxatione plumarum, tota mutatur affectu pullorum: quia illi infirmi sunt, infirmam se facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmam se fecit sapientia Dei: quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: ut sub alas eius speremus. Ideo Psalmista ait: Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis. Hoc dicit, ne tua protectio à te tibi sit: ne putes, quia tu te potes protegere: ille te proteget, ut teneat de muscipula venantium. Et quia dicit: Sub alas eius sperabis: manifestum est, quia protectio alarum patris facit te esse inter scapulas Dei, ut hinc atque inde ala Dei te ponant in medio: & non timebis, ne quis tibi noceat: tantum tu noli inde recedere, quò nullus inimicus audeat accedere. Si gallina protegit pullos suos sub alas suis: quanto magis tu sub alas Dei tutus eris.

FIGURA XIII.

Christus PASTOR ille bonus: nos autem Oves pascuæ eius. Ioan. 10. Psalm. 73. 76.

Ep sum
& cog
ter, &
pono
audiu
me. E
ibunt i
de ma

PASTOR
PILL
curam &
mum illu
plissima
Primu
OVES M
quoquid
nota su
asseritur,
sunt hom
ventur al
Firmum
COGN
SVI. E
ba hac: s
inclusivo
Ad
& devot
curari a
firma si
herere.
Eg

Ego sum Pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAP. CI.

Ex Cor. I. au-
ferio, &
aliis.

PASTORIS imagine Christus verè PASTOR ILLE BONVS incredibilem suam erga nos curam & sollicitudinem, tanquam oves suas, & extremum illum exprimit affectum: enumeratque hic amplissima Beneficia, qua nobis exhibet.

Primum Beneficium est: **ET COGNOSCO OVES MEAS.** Est duplex Cognitionis genus. Vnum, quo quid res sit cognoscitur: quo cognitionis genere Christus nota sunt omnia. Alterum, quo res tanquam nostra asseritur, custoditur, & defenditur. Hoc modo oves, que sunt homines Christiani, Christo D. N. sunt cura: fomentur ab eo, & defenduntur. Unde dicit Apostolus: Firmum fundamentum Dei stat, habes signaculum hoc: **2. Tim. 2.**
COGNOVIT DOMINVS QVI SVNT SVI. Ergo non de simplici cognitione intelligemus verba hac: sed que singularem affectum & amorem in se inclusum habent.

Ad hac igitur verba excitemus in nobis fidem & deuotionem: & credamus nos diligi, respici, & curari ab optima Pastore Christo: & adnitamur firma fiducia ei in omnibus angustiis nostris adhaerere.

V 4

Secun-

Secundum Beneficium, & summum quidem, est: ANIMAM MEAM PONO PRO OVIBVS MEIS. Significat Christus se nos à lupi infernalis feruare faucibus: adeoque diaboli fraude peremptos sua morte ad vitam restaurare. Ideo dixerat: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro multis. Et hoc quidem non amicis, sed inimicis beneficium præstitit: quid igitur non libentissimè faciat nunc nobis, qui reconciliati per sanguinem eius, iam non amplius inimici, sed amici facti sumus? Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Item: Vos dixi amicos. Ad hæc si tantum potuit præstare boni per mortem iam mortui: quid non possit nunc in vita, semper viuens ad interpellandum pro nobis?

Tertium Beneficium est: ET SEQUUNTUR ME. Quæ verba gubernationem indicant. Ut enim pastor ingressus ad oves, mox ad vocem suam agnoscitur ab eis, & ipse vicissim agnoscit eas: atque ita educit è caulis ad salutaria pascua, quæ tunc sunt gratiora, cum riuulis per ea suauiter fluentibus irrigantur: oves verò vocata parenti vocanti voce amica notaque. Ad eundem modum Christus oves suas cognoscit, & vicissim cognoscitur ab eis: & oves suas in pingua & herbidâ, semperque virentia pascua educit. Sicut in Psalmo dicitur: Dominus regit me, siue Pastor est meus, & nihil mihi deerit: in loco pascua, ibi me collocauit. Super aquam refectiois educavit me. Locus ille pascua graminosus, est Ecclesia: gramen Doctrina pia, quæ animam alit & pinguefacit: aqua verò requietis, vina dissinarum literarum sunt oracula. Deus enim in congregatione sanctorum suorum, salutari Verbi sui doctrina, & bene

Matt. 20.

Ioan. 15.

Heb. 7.

Psal. 12.

Beneficiorum suorum dulcedine mentes hominum
 sciens incredibili cum voluptate pascit: & sitibun-
 tu in xta fluentia Scripturarum sanctarum potat, &
 mirabiliter recreat. Ad hæc, ut pastor eductas oves non
 deserit, sed semper præsto est, curans, fovens, ac defendens
 eas: ita & Christus perpetuò adest suis, fovet ac tuetur
 eas. In manibus meis, ait, descripsi te. Constat autem
 nullum esse animal, quod tam facile aberret, ut onis: ita
 & nobis nihil facilius, quam labi & errare. Omnes nos,
 inquit Esaias, quasi oves erravimus: unusquisque in
 viam suam declinavit. Et mundus iste quasi solitudo
 est: in qua non aliter inter spiritus nequam, atque oves
 inter lupos erramus: qui nos crudeliter laniarent ac de-
 glorerent, nisi Pastor ille bonus Dominus noster Iesus
 Christus nos clementer defenderet. Itaque eximia est
 valde Consolatio habere nos Christum Pastorem, Du-
 ctorem, & Defensorem: quare ei omnino adherentes,
 tanquam fidei Creatori animas nostras commen-
 demus.

Esa. 49.

Esa. 53.

1. Pet. 4.

Quantum Beneficium est: ET EGO VITAM
 ETERNAM DO EIS: ET NON PERI-
 VUNT IN ÆTERNVM. Christus ut oves suas
 servaret, nec perirent in aeternum: ipse semetipsum eis
 pendit: & vitam suam libenter perdidit tempora-
 rem: ut vitam ipsa acciperent sempiternam. Ideo rectè
 Pastor bonum vocat: qui & animam pro eis dedit.
 Atque hunc humilem et abiectum titulum sibi sumpsit,
 ut nos terreret, sed consolaretur: & in memoriam redu-
 ceret labores, quos pro nobis tulit nostram querens sa-
 lutem. Cum esset Deus, indutus est veste lanæ ex oui-
 bus sumpta: sumpsit naturam nostram, ne ab eo fugere-
 mus, neve exterreremur. In similitudinem hominum
 factus,

V 5

factus,

Philip. 2. factus, ac Apostolus, & habitu inuētus ut homo. O immensum amorē: o admirabilem pietatē diuini huius Pastoris! Cur ergo non magnopere letemur, ad has suavissimas voces, Ego vitam eternam do eis. Et, Non peribunt in aeternum? Quid mirum, si ad vitam eternam nos pascat & foueat, quos tanto pretio emit, nempe sacrosancto Sanguine suo? Nec admirandum, si, ne pereamus, omni nos cura, perinde ut pupillam oculi sui defendat: cum pro nobis alapas & flagella, & alios cruciatu acerbissimos sustinuerit, ac demque vitam liberrimē, ut nos lucrifaceret, amiserit?

Postremum Beneficium est: ET NON RAPET EAS QUISQUAM DE MANU MEA.

Esa. 40. Eximia profecto Consolatio: nos comprehendit, munus & contineri manibus Iesu Christi: sicut in Esa. a quoque dicitur, Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo lenabit, foetas ipse portabit. Quid igitur metuat, qui animo suo certo persuasum habet, quod à Filio Dei gestetur brachiis, sinuque eius complectatur ac foueatur? Eandem Christi Iesu Pastoris boni Pietatē abumbravit, quod in Exodo scribitur,

Exodi 28. Sacerdotem magnum portauisse coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem, & super pectus suum, nomina filiorum Israël. sculpta in lapidibus pretiosis: nimirum significatum est Iesum Christum summum sacerdotem, Pastorem & Episcopum animarum nostrarum, nos in humeris & in pectore gestare, tanquam sibi charissimos: ut semper nos in conspectu & ante oculos habeat, diligentissimeq; seruet. Et bene in lapidibus pretiosis insculpebantur: quia nihil pretiosius Christo quam homines: quos tanti aestimauit, ut eos non corruptilibus auro vel argento, sed pre-

1. Pet. 2. **1. Pet. 1.**

in sanguine suo redemerit. Qui igitur fieri poterit, 1. Cor. 6.
nunc negligat mercem suam, tam magno pretio
quam?

Hec Consolatio omnino est necessaria, cum oppu-
nant nos terrores mortis: ideoque hac Christi voce nos
munitur. Ita fiet, ut fideliter ei adherentes, ab omni
discrimine ereptos accubare faciat in pascuis uberris Ezech. 34
que, in montibus excelsis Israel: in requie opulenta & Efa. 64.
sempiterna: ubi omnium bonorum permanet copia, que 1. Cor. 2.
oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascenderunt.

LIBER



no. O im-
muni Pa-
has sua-
Non pe-
a eternam
sempe sa-
si, ne pe-
oculi su-
alios cru-
am libe-

N RA-
V MEA,
li, munit
sua quoq;
raehio sui
ipse por-
to persua-
s, sinuat
oristi lesu
xodo scri-
Domino
, & super
a in lapi-
m Chr-
piscopus
Elore ge-
in compe-
rnet. Et
nia nihil
a stima-
sed pre-
tio;

CHRISTIANAE EX APOSTOLORUM Symbolo, & Dominica Oratione: præcipuis etiam Sacramentis. Et, quid ad Satanæ Obiectiones, ægroto, cum aliàs, tum maximè in mortis discrimine, respondendum.

Quàm sit magna Christianæ Fidei in Apostolorum Symbolo summatim comprehensæ, vis & efficacia: ac quàm necessarius vsus.

CAP. I.

Hebr. 11.



QUIA credibile est, veterem humani generis inimicū diabolū, in illa mortis necessitate, hoc ante omnia conari, ut Fidem ægroti, quam ille in Deum habet, sine qua impossibile est placere Deo, labefactare queat: ideo sæpè ob

oculos ponendi sunt Fidei Christianæ articuli. Nam perquam vberem Consolationem in hoc Fidei Symbolo comprehensam habemus: ut rectè à veteribus SYMBOLVM FIDEI & SPEI vocatum sit: quod ab Apostolis traditum non scribitur in charta & atramento: sed in tabulis cordis carnalibus.

Nec est expeditior defendendi sui, hostemque fugandi ratio, quàm que fide fit. Propter quod Apostolus Petrus scribit: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens

Hieron. ad Pammach. aduersus errores Ioan. Episc. Hieros. 1. Pet. 5.

ueniens circuit, quarens quem deuoret: cui resistite for-
 mite fide. Et S. Iohannes, Hec est, inquit, victoria qua 1. Ioan. 4.
 vincit mundum, Fides nostra. Paulus Apostolus ad Ephes. 6.
 eundem quoque modum dicit: Non est nobis colluctatio
 aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes
 et potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum,
 contra spiritualia nequitia in caelestibus. Propterea, in-
 quit, accipite armaturam Dei: ut possitis resistere in die
 malo, &c. In omnibus sumentes Scutum fidei, in quo
 possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hoc ni-
 mirum est Scutū illud, quod Saul proiecit, in S. nar- 1. Reg. 17.
 ratur Historia: perinde quasi nō fuisset unctus oleo. Er-
 go nos tanquam Reges & Athletas unctos fortiter re- Eph. 6.
 sistere oportet aduersus insidias diaboli, & in omnibus
 periculis stare, per omnem orationem & obsecrationem
 orantes omni tempore in spiritu: dicentes cum Apostolis, Luc. 17.
 Domine adauge nobis fidem. Et, ut ille orabat: Credo Mar. 9.
 Domine: adiuua incredulitatem meam. Nunc ergo
 videndum, qua cum recitatione verborum Symboli, si-
 mul animo obuersari debent.

**ARTICVLORVM XII. FIDEI, AD
 CONSTANTIAM IN CHRISTI FIDV-
 CIA RETINENDAM & AUGENDAM, Explicatio.**

ARTICVLVS I.

Credo in Deum Patrem omnipotentem: Crea-
 rem celi & terræ.

Docet hic articulus DEVM esse, cuius Voluntate CAP. II.
 facta sunt omnia: cuius Providentia conseruan- Pf. 3. 18. 105.
 tur & gubernantur, cuiusque Nutu geruntur omnia: 148.
 in quo viuimus, mouemur & sumus: in cuius manu a- Rom. 1.
 nimia omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis: ad

61114

Acto. 17.
Job 12.

cuius potentiam & maiestatem nihil est omnium cele-
stium, terrestrium & infernorum potestas. Verè ac-
tem in Deum credit, quicunque spem & fiduciam om-
nem in ipso collocat: eique toto pectore adharens, totum
se se committit. Neque moueri poterit is, etiamsi un-
uersa demonum potestas moliatur perniciem: fundatus
est enim super firmam petram, aduersus quam neque
porta inferi proualent.

Matt. 7. & 16.

PATRIS appellatione non solum agnoscimus Deum,
eternum ac naturalem Patrem D. N. Iesu Christi, ve-
rum etiam nostrum esse gloriamur: quippe quos per
unigeniti filij sui gratiam, & fidem in eum, in filios ad-
optare dignatus est: unde & fiducialiter eum Patrem
possumus compellere. Qui verè PATER NOSTER,

Ioan. 1.
Matth. 6.

omnem carnalis parentis curam, prouidentiam, chari-
tatemq. longe superat. Si vos, inquit Christus, cum filij
mali, nostis bona data dare filiis uestris: quanto magis
Pater uester cælestis dabit spiritum bonum petentibus
se? Et in Esaia dicit Dominus: Nunquid obliuisci po-
test mulier infantem suum, ut non misereatur filio utri-
us sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscer
tui. Qui non contentus in usum & ministerium no-
strum uniuersa condidisse, cælum, terram, aerem,
ignem, aquam, & quæcunque ex his proueniunt: tan-
dem etiam pro nobis redimendis unicum dedit filium.

Luc. 11.

Esa. 49.

Cuius curam etiam in eo agnoscimus, quod de cibo &
uestitu nobis prospicit: quod ad tutelam nostram, dispo-
sito Angelorum ministerio, eorum nos undique custodia
munuit & protegit: quodq. semper nobis assistens, ne ca-
pillum quidem capitis sine voluntate sua excidere per-
mittit. Proinde ad hanc suauissimam & dulcissimam
Patris vocem, erigemus & confirmabimus corda no-
stra: & spem certam simul & fiduciam de eo concipiemus.

Ioan. 1.
Rom. 8.
Matt. 6.
Psal. 34.
Matt. 10.
Luc. 12. 21.

fit, ut in omnibus afflictionibus nobis auxiliari velit: *Ephes. 3.*
 quod quidem abundantius multo, quam nos vel petere vel
 intelligere queamus.

Ut vero tanto firmiorem & certiore de paterna
 ipsius voluntate erga nos, tanquam non inani & imbe-
 cilli, fiduciam possimus concipere: profitemur eundem
 Deum Patrem OMNIPOTENTEM, & CREA-
 TOREM CÆLI & TERRÆ: hoc firmiter cre-
 dentes, ut qua paterno affectu vult, eadem omnipotenti
 virtute perficere & adimplere possit. Patres carnales
 etiam si impensè diligant liberos suos, non tamen semper
 illis quod cupiunt prestare possunt: Deo autem, quia
 Pater est, nunquam benefaciendi Voluntas desit: &
 quia omnipotens est, nunquam voluntatem eius Facul-
 tas destituit. Proinde & vult, & potest nos iuuare Pa-
 ter Omnipotens. Quapropter humiliari nos decet sub
 potenti manu Dei, et ipsius omnipotentia totos nos com-
 mittere: in cuius potestate sumus, sicut lutum in manu
 figuli: & in omnibus rebus, siue letis siue tristibus, fide-
 li creatori animas nostras commendare: scientes, quo-
 nam administrante Deo, omnia cooperantur in bonum,
 his qui diligunt eum.

1. Pet. 4.
 Ierem. 18.
 Rom. 9.
 1. Pet. 4.
 Rom. 8.

ARTICVLVS II.

Et in Iesum Christum filium eius vnicum, Domi-
 num nostrum.

Hæc est, inquit Christus, Vita æterna: ut cognos-
 cant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum
 Christum. Cōdiderat nos Deus, cum non essemus. Ingēs-
 sare hoc beneficium: sed excellentiorem multo in nos cha-
 ritate ostendit, quod cum culpa nostra perissemus, nos
 redemit tradito pro nobis filio: cuius morte ab æterna
 damnatione peccatis nostris debita, nos asseruit. Sic enim
 Deus

Ioan. 17.

- Ioan. 3.** Deus dilexit mundum, ut Christus *D. N.* ipse aut, et filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Sic etiam
- 1. Ioan. 4.** Apostolus Ioannes, In hoc, inquit, est Charitas Dei non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem peccatis nostris. Et S. Paulus scribit: Commendat charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Huic nostro Propitiatori, ac Dei & hominum Mediatori, Deo & homini **IESVS CHRISTO**, . vocabulum **IESVS** attributum est, quod **SALVATOREM** seu **SALVTARE** senatus aptum nomen ei, qui vnus omnium salutem perfecit. Ipse est enim, qui saluum fecit populum suum a peccatis eorum. Quem videns Simeon, mortem secure optauit: quod vidisset Salutare Dei, quod preparatum erat omnibus populis. Hoc verò nomen illi per angelum inditum est, prius quam in utero conciperetur: quod non sit aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et vocabulum **CHRISTVS** officij nomen est & dignitatis, vinctum significans. Vngebantur in veteri Testamento Sacerdotes, vngebantur & Reges. Vtranque dignitatem in se complexus est **IESVS CHRISTVS D. N.** Sacerdotalem scilicet & regiam: & utriusque dignitatis functionem assoluit, vinctus non oleo externo, ut alij sacerdotes & reges, sed plenitudine Spiritus sancti: & de plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Itaque
- Psal. 109.** **IESVS CHRISTVS** verus & solus Sacerdos est, secundum ordinem Melchisedech: id quod Consolationem adfert eximiam. Cum enim sit summus & aternus Sacerdos,
- Luc. 4.**
- Ioan. 1.**
- Psal. 44.**
- Esa. 61.**
- Luc. 4.**
- Ioan. 1.**
- Psal. 109.**
- Heb. 5. 7. 9.**

vidos, suo sacrificio quod in ara crucis obtulit, reconciliavit nos Deo patri. Et eo quod maneat in eternum, imperpetuum habet sacerdotium: unde & saluare in perpetuum potest. Est & verus ac solus Rex regum, & Dominus dominantium: cuius potestas eterna, quae non auferetur: cuius Regnum non corrumpetur: qui cum sit tantus Rex, certe nos in omnibus periculis tueri potest & seruare.

Bene autem Iesum Christum, DOMINUM NOSTRUM vocamus: quoniam ipse creauit nos, cum non essemus: redemit, cum perissemus. Premebat nos duro & crudeli dominio diabolus venditos sub peccato: venit vnicus Dei Filius, natura non gratia, & impenso in precium sanguine suo, à diaboli tyrannide nos redemit, & in regnum suum eternum adseruit. Unde cum nos iure seruos, ut à se redemptos, possideat: non tamen designatur fratres, utpote ad aeterni Regni cōsortium adscitis, vocare. Itaque cum Dominus noster sit iure duplici, nempe Creationis & Redemptionis, ac nos proinde seruos Possessio eius: imò cum fratres eius simus, GRATIA NON NATURA: in omnibus periculis anima & corporis bene sperabimus, siquidem sub eius tutela confidenter habitare poterimus. Ipse enim est vnicus Protector noster, qui non patietur hereditatem suam ab hostibus perdi. Ideo in Zacharia dicit: Ego ero ei murus in circuitu. Et in Esaia, Noli, inquit, timere: quia redemi te, & vocavi te nomine tuo: MEVS ES. Sic in Euangelio quoque dicit: Oves mea vocem meam audiant, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Ergo vitam eternam do eis: & non peribunt in eternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.

Apo. 17. 19.
Dan. 6.
Luc. 1.

Rom. 7.

Ioan. 10.
Heb. 2.

Rom. 8.
August.
Tract. 81.
in Ioannem.

Zach. 2.
Esa. 43.

Ioannis. 10.

Qui conceptus est de Spiritu sancto: Natus ex Maria virgine.

- Heb. 2.** Dominus noster Iesus Christus, Dei patri ab aeterno Filius, propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelo: & in utero Mariae virginis, Spiritus sancti operatione & benedictione conceptus est, & carni ac sanguini nostro participauit. Unde S. Ioannes in Euang. dicit: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Necessesse autem fuit, ut Deus humanam naturam assumeret, ac verus homo fieret: ut verè MEDIATOR Dei & hominum existeret, utriusque naturam participans. Christus Iesus ergo Deus verus de Deo vero ante secula genitus ex homine quoque, verus homo in seculo natus est. Sed cum peccati immunem esse deceret eum, qui aliena peccata solueret, & omnium crimina expurgaret: ipse ab omni peccati sorde purissimus, de virgine, sine viri commixtione natus est. Atque hanc purissimam Christi conceptionem intra castissima virginis Mariae viscera, Spiritus sanctus, ut dictum est, perfecit, iuxta angeli dictum: Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus, innocens, impolutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus. Et debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum: ut repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.
- Inc. 1.**
- Heb. 7.**
- Heb. 2.**
- Isa. 7.** De hac mirabili & sancta Conceptione ac Natiuitate D. N. Iesu Christi, Esaias propheta vaticinatus est, dicens: Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabi-

vocabitur nomē eius EMMANVEL. Quod est interpre-
 tum (ait Evangelista Matthæus) NOBISCUM Matt. 1.
 EVS. Quid aliud est, Deus nobiscum, quam Deus
 et Saluator noster? Ad hoc enim fuit nobiscum, ut nos
 saluaret. Quod propheta David iis verbis prædixerat: Psal. 84.
 Veritas de terra orta est. Hoc est, Deus qui est ipsa Ve-
 ritas, terrenum corpus accepit, ut terrā colentibus viam
 æternæ salutis aperiret, eosque saluos faceret: atque ad
 veram cœlestemque promissionis patriam perduceret.
 O immensam Dei erga nos pietatem. Rursum Esaias Esa. 9.
 ait: Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis,
 & factus est principatus super humerum eius. Nomine
 pueri significatur Christi humanitas: nomine verò filij,
 Divinitas. PARVVLVS ergo natus est, quia verus est
 homo: FILIVS datus est, quia est verus Dei filius. Na-
 tuus est parvulus, ne terremur: & quia puer statim
 commissa condonat, & facillè placatur. & datus est fi-
 lius, ut nos posset à Satana liberare. Quid iam Pater
 nobis negabit, quibus filium suum dedit? Et factus est
 principatus super humerum eius. Hoc est, Posuit in suis
 humeris omne pondus eorum, quibus dominatur. Est
 autem hoc pondus, peccatum generis humani, quod su-
 per se Christus posuit, ut pro eo innocentissimus poenas
 haberet. sicut idem Propheta alio loco dicit: Posuit Domi- Esa. 53.
 nus in eo iniquitatem omnium nostrum. Principatus
 itaque Christi, nos sumus, cum uniuersa peccatorum
 nostrorum mole: quos super humeros suos posuit, ut ad
 patriam sempiternam asportaret. Genus hominum hic
 per principatum intellectum, alio in loco Omnis qua pe- Luc. 14.
 tratur appellatur, quam Christus inuenit, & super hu-
 meros adduxit. Eramus perditi in vitiorum saltibus er-
 rates: non poteramus viribus nostris à tantis malis li-
 berari. venit Pastor ille clemētissimus Christus D. N.
 X 2 posuis

posuit nos super humeros suos, ut è valle miseria ad montem visionis diuina perduceret: ubi ipso in placidissima tranquillitate fruere mur.

ARTICVLVS IIII.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

AB inuente etate multis & variis passionum generibus afflictus est Christus. Nam per omnem vitam, verus homo, nature nostre infirmitatibus dominus, frigus, estus, fatigatione, famem, sitim, conuitia, colapas & flagella pertulit: nimirum ad expianda nostra peccata, sicut in Psalmo dicit: *Quae non rapui, exolueram.* Et in Esaia scriptum est: *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum: & timore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Tandem aeternam mortem subiit amaram: ut nos morti adducti, aeterna redderet vita. Crucis vero ignominiosum supplicium perferre voluit: ut significaret se in sublimi, patetis brachijs pro sua inenarrabili charitate, cupere nos complecti & saluos fieri, sicut hoc mortis genus designans, aiebat discipulis: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* In cruce ergo Vita mortuam, ut nos in hereditatem immortalis vitae restitueret: tanquam in ara, verus ille Agnus, propter scelera populi percussus, qui tollit peccata mundi, per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti: & consummatus, factus est omnium

Psal. 68.
Esa. 53.

Philip. 2.

Ioan. 12.

Esa. 53.

Ioan. 1.

Heb. 9.

Heb. 5.

in omnibus obtemperantibus sibi CAUSA SALV-
TIS AETERNÆ.

Ad huius spontanea Passionis eius imitationem, non
gaudemur ad exemplum Ducis nostri, qui proposito si-
gudio sustinuit crucem, momentaneas & lenes hu-
manis seculi afflictiones tolerare: ut aeternae eius glorie con-
sortes esse possimus. Reliquit enim nobis exemplum, ut
sequamur vestigia eius. Porro si commortui sumus, &
conuivemus: si sustinobimus, & conregnabimus.

Heb. 12.
1. Cor. 4.
1. Pet. 2.
1. Tim. 2.

Deinde de cruce depositus, SEPULTVS EST: & caro
eius, ut Propheta David ait, requieuit in spe, & non vi-
dit corruptionem: ut nostra sanctificaret sepulchra: ut
non sint fouea, in quibus corpora nostra corrumpantur
& pereant: sed sint tanquam lectuli, in quibus ad Re-
surrectionem certissime futuram requiescant: unde suo
tempore, hoc est in nouissimo die, utcumque in cinerem
reducta & dissipata, perinde atque herba pretiosa sub-
tilitatem efflorescens & germinans, prodibunt ad aeter-
nam vitam. Ideo in Esaiâ dicitur: Quomodo, si cui ma-
ter blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem
consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum: &
flos vestra quasi herba germinabunt.

Psal. 15.
Acto. 2.
Esa. 66.

ARTICVLVS V.

Descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Vidisti hominis filium in infirmitate morientem:
nunc considera Dei filium, Regem cali, ad inferos
descendentem, & cum ingenti gloria redeuntem: cruci-
fixum in infirmitate, resurgentem in Dei virtute. Sicut
quidem Rex terrenus aliquis, ciuitatem inimicam expu-
gnans, carceres effringens, liberat si quas de suis ciuibus
ante captos inuenerit: sic Christus ad inferos descendit,
non ut penas lueret, sed ut dissoluere: non ut vinciretur,

X 3 sed

Lucz 11.
Colof. 2.

sed ut viuetos educeret: non ut prada fieret, sed ut pradam raperet. Forti enim armato, quem iam in crucem triumphans deuicerat, & arma eius in quibus confidebat, confregerat: nunc superueniens, & atrium eius violentus victor irrumpens, pradam eius diuisit. Christi ergo Descensio, iuris est infernalis abolitio, & nostra liberatio.

2. Tim. 2.

Tertia autem die resurrexit à mortuis: id quod animo nostro nunquam excidere debet. Sicut S. Paulus discipulum suum Timotheum docet, dicens: Memor esto Dominum nostrum Iesum Christum resurrexisse à mortuis. Nam si Christus non resurrexisset à mortuis, nulla esset resurrectio mortuorum: inanis esset Fidei nostra: miserabiliores essemus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuificabuntur.

1. Cor. 15.

&c. Hec ergo D. N. Iesu Christi RESURRECTIO, nostra Fidei basis est: in eam Spes omnis nostra inmittitur. Hac est, cur omnia graua in hoc mundo leti persequimur, & in aduersis securi duramus: scientes, quod qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra. propter inhabitantem Spiritum eius in nobis. Ideoque non deficimus: sed momentaneas seculi huius tribulationes firma spe toleramus: utpote, quas scimus nobis in Resurrectione aeternis bonis rependendas. Certum est enim, quoniam Dominus noster resurrexit, nos quoque post eum, in suo quaque ordine resurrecturos. Huc pertinent etiam Christi uerba: Ego sum Resurrectio & Vita, &c.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

1. Cor. 15.

Ioan. 11.

Quid uerò profuisset nobis miseris Incarnatio Christi & Mors: si non ipse morte sua temporaria aeternam

deuicif-

deniciffet mortem, infernum destruxiffet, & Satana
 preftatem pijs confregiffet? Promiffit itaque hoc fe fu-
 turum. De manu mortis, inquit, liberabo eos, de mor- Ofce 13.
 te redimam eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero
 inferne. Quod autem promiffit, hoc ipfum & praftitit:
 ficut in Zacharia dicitur: Tu quoque in fanguine testa- Zach. 9.
 menti tui emiffisti vinctos tuos de lacu. Et S. Paulus 1. Cor. 15.
 morti infultans, ait: Vbi est mors victoria tua? Vbi est
 mors stimulus tuus? Deo autem gratias, qui dedit no-
 bis victoriam, per Dominum noftrum Iefum Chriftum.

ARTICVLVS VI.

Ascendit ad caelos, fedet ad dexteram Dei patris
 omnipotentis.

O Summam naturae humanae dignitatem, quam in
 feipfo Dei filius caelo intulit, & ad dexteram Dei
 patris collocavit: unde nobis spes indubitata ostenfa
 est, carnem noftram vtcunque ex feipfa vilem & mife-
 ram, ex dignitate tamen Chrifti olim in caelo collocan-
 dam. Ob id enim ipfum vilitatem carnis noftra no hor-
 ruit in feipfo, vt in nobis quoque eandem ad immenfam
 claritatem & incorruptibilitatem commutaret: no, que
 hic humi reptantes vermiculi, vitam nouam in corpore Philip. 3.
 fimul & anima fperaremus. Qui reformabit, inquit
 Apoftolus, corpus humilitatis noftrae, configuratū cor-
 poris claritatis fuae: fecundum operationem virtutis fuae.
 Itaque carnem noftram in feipfo caelo inuexit, ne quis
 dubitare poffet, olim nos eo peruenturos, quod caput no-
 ftrum penetravit. Non erit expers futura gloria caro
 noftra, non exul a cali patria: cuius primitias iam nunc
 in caelo Chriftus dedicavit in feipfo. Proinde hac fpe in
 futurum fulcit animos noftros Chrifti in calum. Ascen-
 fo, vt fperemus nos eo fecuturos: vt perpetuo fimus

X +

membra

Micha. 2. membra cum capite, ministri cum Domino & Duce nostro. Ideo in Michaa scriptum est: Ascendet iter pandens ante eos: diuident, & transibunt portam, & ingredientur per eam: & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. Et Apostolus Paulus dicit: Conresuscitauit nos, & consedere fecit in caelestibus Christo Iesu. Quia enim fide certa, quod futurum est, iam tenemus: consedere, sine simul sedere nos dixit in caelestibus, licet adhuc in hoc mundi saelo degentes.

Deinde hanc quotidie ex Christi ascensione consolationem accipimus: quod ex S. Scriptura didicimus eum coram Patre suo Aduocatum agere. quod equidem magnam nobis parit securitatem, aduersus omnia Satanae terri culamenta: praesertim, cum magnitudo peccati nos premit, & grauitas ira Dei. Ascendit namque in caelum: ut proprio Mediatoris & summi Sacerdotis officio in vero suo templo fungens, intercedat pro nobis apud aeternum Patrem: ac PATRONI & ADVOCATI munus obeat. Hinc Apostolus Paulus dicit: Introiit in ipsum caelum: ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Heb. 9. Et iterum: Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Rom. 8. Et iterum: Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et etiam Apostolus Ioannes, Filioli mei, inquit, haec scribit vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est Propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Quia & Christus ad dexteram Patris sedens, inde nostras necessitates & misérias videt & adiuuat: nobisque in terra peregrinantibus, ad tuendam corporis & animae salutem, necessaria & vtilia subministrat.

Cogitemus

Cogitemus autem in Christo spectaculum nobis esse
 arbitrium: ut & nos animos nostros à terrenis curis ad
 celestis vite desiderium transferamus: & ut S. Pau- Coloss. 3.
 ad Colossenses scribit, quæ sursum sunt, queramus:
 ubi Christus est in dextera Dei sedes. quæ sursum sunt,
 sequamur: non quæ super terram. Ad hæc, abnegemus Matt. 10. 16.
 nosmetipsos: & tollamus crucem nostram, & Christum
 sequamur: ut cum eo, cui hic sæculo ministramus, in cœ- Rom. 8.
 lesti gloria conglorificemur. sicut ipse dicit: Si quis mihi Ioan. 12.
 ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & mini-
 strer meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit
 cum Pater meus.

ARTICVLVS VII.

Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Redimus Iesum Christum propter nos venturum
 iudicare viuos & mortuos: nimirum ut impiis
 æterno supplicio adiudicatis, pios à corporali morte, &
 aliis omnibus ærumnis & angustiis liberatos, in regnum
 suum cæleste euehat. Cùm dicturus est: Venite benedi- Math. 25.
 cti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à con-
 stitutione mundi.

Prinde, qui Christo insiti, Christo adharemus, hunc
 Adventum cum summo desiderio præstolabimur: le- Luc. 21.
 nantes (sicut Christus ipse in S. Euangelio docuit) ca-
 pta nostra, quoniam appropinquat redemptio nostra:
 & orantes, ut Deus pacis sanctificet nos per omnia, ut
 integer spiritus, & anima, & corpus, sine querela in 1. Theff. 5.
 aduenit, Domini nostri Iesu Christi conseruetur. Sit
 hoc semper votum nostrum: Cupio dissolui, & esse cum Philip. 1.
 Christo.

Credo in Spiritum sanctum.

Rom. 1. **H**ic est vnicus ille Spiritus sanctificationis, Patri
 & Filio per omnia equalis: natura sanctus, & ex
 se sanctificans omnia: extra quem nihil est sanctum, de
 quo propheta Dauid dicit: Et Spiritum sanctum non
 auferas à me. Est autem hoc opus Spiritus sancti pe-
 culiariter attributum, vt creatos à Patre, & per Fi-
 lium redemptos, virtute & gratia sua peccatorum re-
 missionem operans, sanctificet, & in nobis sanctificatio-
 nem conseruet: quamuis tota Trinitas inseparabiliter
 omnia in omnibus operari & efficere credatur.

1. Theff. 4. Quam stupenda sunt in nos miseruors vermiculos
 beneficia Domini: qui etiam Spiritum suum sanctum
 dedit in nobis? Ipse in nobis habitans, corda nostra vr-
 etione sua imbuendo, & intellectum nostrum illuminan-
 do, diuina voluntatis & agnitionis nos capaces reddit.
 Et de Christo testimonium exhibens, & adoptionem fi-
 liorum in nobis contestans, fiduciam nostram in Deum
 erigit: vt per eum clamemus, Abba, Pater. Nec solius
 fiduciam interpellandi ad Patrem nobis prabet, sed &

Gal. 4. que vtiliter petere debeamus, ipse suggerit. Hic ille Pa-
 tracetus est, id est, Consolator: qui consolatur nos in
 omni tribulatione nostra: Spiritus veritatis, qui docet

Psal. 50. omnem veritatem: Spiritus reclus, qui deducit nos in
 viam reclusam ad cali regnum, vt non deslectamus à di-
 uina voluntate: Spiritus principalis, qui confirmat nos,

Rom. 8. vt nullis perturbationibus à Christo separari valea-
 mus, sed in omnibus operibus bonis, siue lata contingant
 siue tristia, stabiles facit: qui adiuuat infirmitatem no-
 stram: in quo ob signati sumus ad diem redemptionis. Et
 quauquam diuersis appelletur nominibus, secundum di-
 uersas

Gal. 4.
Ephel. 4.

operas operationes suas: tamen idem est Spiritus, om-
ni operans in omnibus.

Hunc indefinenter invocare debemus, deuotissimis ^{1. Cor. 12,}
scilicet verbis: Veni sancte Spiritus, & emitte cœlitus lu-
cis tue radium. Veni Pater pauperum, veni dator mu-
nerum, veni lumen cordium. Consolator optime, dulcis
hospes animæ, dulce refrigerium. In labore requies, in
aestu temperies, in fletu solatium. O lux beatissima, re-
ple cordis intima tuorum fidelium.

ARTICVLVS IX.

Sanctam Ecclesiam Catholicam: Sanctorum Com-
munionem.

Ecclesia nomine complectimur omnem cœtum eorum,
qui à primo electo vsque ad nouissimum, Deo per fi-
dem adhaerent. Qui partim adhuc in mundo peregri-
nantes, & cum variis huius vitæ arumnis colluctantes,
duram militiam sub spe cœrona percipienda sustinent:
partim verò ex tribulationibus huius seculi iam enase-
runt: & accepta iustitiæ corona, cum Deo regnant in
gloria. Hæc Ecclesia, Dei peculiū est: hæc Dei familia:
ad quam solam omnia Domini beneficia pertinent, quæ
conferre ad salutem possunt: ita, vt extra hanc familiam
existens, de beneficiis quæ Deus redimendo humano ge-
neri per Filium impendit, nequaquam communicet.

Ad hanc beatam Societatem, quæ Apostolos & Pro-
phetas, quæ tot Martyres & Virgines, tot animas Deo
claras complectitur: nos quoque ex gentibus vocare di-
gnata est Dei benignitas. Sicut Apost. Paulus scribit
ad Ephesios, dicens: Eratis illo in tempore sine Christo, Eph. 2.
alienati à conuersatione Israël, & hospites testamento-
rum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc
mundo

mundo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui eratis
 aliquando longè, facti estis prope in sanguine Christi.
 Ergo iam non estis Hospites & aduene: sed estis Cives
 sanctorum & Domestici Dei. Hæc est illa Ecclesia, fi-
 delium congregatio, à solis ortu vsque ad occasum lau-
 dans nomè Domini, in vno spiritu, fide & doctrina, per
 vinculum charitatis conglutinata: cui mundanda et
 sanctificanda, filius Dei semetipsum impendit: quam
 sanguine suo, nullum habens peccatum, ab omni redemit
 peccato: quam in manibus suis descriptã habet: quam
 tanquam pupillam oculi sui obseruat: quam aduersus
 inferorum portas inuolabilem obfirmavit: cui tanquam
 reliquo corporis opificio caput, vitam suam infundit: ce-
 rere omnium mēbrorum, qua iam eius beneficio in vnum
 corpus coaluerunt, supremum Caput. Quæ, quòd ab ini-
 tio semper durauerit eadem, & omnes orbis terminos
 amplitudine sua amplexa sit: rectè CATHOLI-
 CA, id est, vniuersalis appellatur. Huius societati
 pars est & illa, qua in celis semper, ex quo condita est,
 cohesit Deo: nec vllum sui casus malum experta est.
 Hæc in sanctis Angelis beata persistit: & sua parti
 peregrinanti, sicut oportet, opitulatur: quia vtraque
 vna erit consortio aternitatis, & nunc vna est vinculo
 charitatis.

Est autem Ecclesia, Sanctorum qui in celo, & qui in
 terra sunt, inter se Communio & Societas. Quos per
 vnius fidei professionem, & similem Sacramentorum
 usum, arētissimo charitatis vinculo, cum capite Chri-
 sto, & inter se inuicem, velut corporis eius mystici mem-
 bra, vnius Spiritus sanctus coniungit. Etenim in vno
 Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue
 Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in
 vno Spiritu potati sumus. Inter quos velut vnius cor-
 poris

Psal. 112.

Ephes. 5.

Esa. 49.

Zach. 2.

Matt. 16.

August. in
 Ench. ad
 Laur. cap.
 16.

1. Cor. 12.

ipsa membra, rerum omnium est Communio: qui bona Gal. 6.
 inique, secunda & aduersa inuicem ferimus: alij alio-
 rum curam gerimus, & onus sustinemus. Summam
 omnium curam Christus gerit: ad quem defensio nostri
 carnis consanguinitatis pertinet. Assumpta quippe carne
 nostra, humanam Naturam sibi aeterno foedere copula-
 uit: & factus est frater noster, os ex ossibus nostris, & Ephes. 5.
 caro de carne nostra. Qui etiam ut coniunctior nobis Osee 2.
 ferret, desponsauit nos sibi in sempiternum, in iustitia
 & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Et
 desponsauit nos sibi in fide. Vnde passim Christus in dini-
 nis literis se Sponsam, et populum suum Sponsam voca-
 re voluit. Nec sunt inuenta aequè dulcia nomina, quibus
 Verbi (id est, Christi) Animaq; dulces ad inuicem ex-
 primerentur affectus, quemadmodum Sponsus &
 Sponsa: quippe quibus omnia communia sunt, nil pro-
 prium, nil à se diuisum habentibus. Vna utriusque ha-
 reditas, vna domus, vna mensa, vnus thorus, vna etiam
 caro. Prodiit itaque Christus humana carne vestitus, Psal. 18.
 tanquam Sponsus de thalamo intemeratae Virginis, & Eph. 5.
 coniunctus est Ecclesiae: & facti sunt duo in carne vna.
 Vnde & omnia cum eo communia habemus. Christus
 habet omnia bona, & summum Bonum, Beatitudinem
 videlicet sempiternam: ad nos verò spectabant omnia
 mala, peccata omnia, infelicitas summa, & summum
 malum: nempe Damnatio aeterna, qua omnia Chri-
 stum se suscepit. O felicem commutationem: o beni-
 gnam Christi communicationem. Commutat nobiscum
 Christus, nobisq; communicat sua bona: suam gratiam
 & iustitiam pro nostris peccatis: suam vitam pro no-
 stra morte: suum calum pro nostris miseriis & aeterna
 damnatione: ac nos iustos, acceptos, saluosque facit per
 suam. Cantate Dño, quoniam magnificè fecit: annūciate Esa. 12.
 hoc

Esa. 61.

hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël. Gaudens gaudebo in Domino: & exultabit anima mea in Deo meo.

Ephes. 5.

Quia induit me vestimentis salutis: & indumento m-
stituta circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona,
& quasi sponsum ornatum monilibus suis. Ergo quoniam
caro nostra Christus est, quandiu in hac lachrymarum
ualle degimus, pro nobis sollicitus est, nostriq. curā assi-
duè gerit: quoniā nemo carnē suam vnquam odio habuit.

1. Cor. 12.

Denique filij Ecclesia huius non aliter alij aliorum
curam gerunt, atque membra hæc nostra in naturali
nostro corpore sibi mutuo inseruiunt & opitulantur: &
vt Apostolus ait, inuicem alia pro alijs eandem solici-
tudinem gerunt: præsertim prius ille coetus animarum
sanctarum: Patriarchas dico, Prophetas, Apostolos,
Martyres, alijsque pios nunc in cælestibus degentes:
qui vitæ piæ in corporibus acta, meruerunt adsciscere in

Sopho. 3.

Angelorum consortium, nec ultra timent malum. Hi
multo magis nunc pro nobis solliciti sunt: quia charitas
nunquam excidit, sicut S. Paulus scribit Corinthiis.

1. Cor. 13.

Hæc est illa piorum Societas, seu potius Fraternitas,
de qua Psalmista canit: Particeps ego sum omnium ti-
mentium te, & custodientium mandata tua.

Psal. 118.

Est ergo hic Articulus de Ecclesia & Sanctorum
communionem, consolatione plenus: præcipuè in gradibus
afflictionibus & tentationibus. Etsi enim pij videantur
in hoc mundo abiecti planè: tamen sunt ciues sanctorum,
vt ante dictum est, & domestici Dei: qui apud Zacha-
riam dicit: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi
mei. Consuefaciendus itaque est animus, vt in omnibus
rebus tristibus, protinus in Deum oculos intendat: cogi-
tans vniuersam Ecclesiam, hoc est, omnes pios, siue iam
exutos corpore, siue adhuc in carne existentes, pro nobis
sollicitos

Ephes. 2.

Zach. 2.

peccatorum
in eum. I-
fert exim-
num suorum
impensum
benignitas
et de ad-
cauendum
nemq. su-
auserat
promissa
his com-

factos esse: & S. Angelos, atque etiam Filium Dei,
nam nostri agere, nobisq; opulari.

ARTICVLVS X.

Remissionem peccatorum.

Omnes peccauerunt, ait Apostolus, & egent glo- Rom. 3.
ria Dei. Proinde peccato praecipati, conuerta-
mur ad hunc articulum, de Remissione peccatorum. quo
admonemur hanc esse certam & firmam Prophetarum
& Apostolorum, imò ipsius filij Dei Doctrinam, quod
his qui peccauerunt paenitentibus aditus pateat ad re-
missionem peccatorum consequendam, in nomine Iesu
Christi, id quod multa magnorum peccatorum testan-
tur exempla.

Cum mortui essemus in peccatis, misit Deus filium Esa. 53.
suum, & imponens super eum omnes iniquitates, in
mortem eum tradidit: ut poenam, quam peccata nostra
conmeruerant, ipse sustineret: & moriens iustus pro in-
iustis, nocentium debita innocens ipse exolveret. Ephes. 2.
Quem Acto. 10.
a morte resuscitans Deus, nos simul cum illo viuificauit. 1. Ioan. 2.
cui testimonium omnes Prophetae perhibent, remissionem
peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt
in eum. Sed ut haec Christi Iesu gratia consolatione ad-
fert eximiam de peccato contristatis, & sub onere crimi-
num suorum gementibus: ita duri cordis hominibus &
impoenitentibus parum est utilis: nisi quod ex ipsis suscipiet
benignus Dominus, si ante vita finem auersi a peccatis,
et de admissis dolentes ad Dominum conuersi fuerint. Sed
cauendum, ne quis spe longioris vita deceptus conuersio-
nem, suam differens, morte praeventus, sine poenitentia
auferatur: & remissionem peccatorum in sanguine Christi
promissam ex propria negligentia non capiat. Eccles. 9.
Ne tar-
dius conuertatur ad Dominum: ait Scriptura.

Igitur

Psal. 122.

Igitur peccatorū pondere pressi, toto corde ad Deum conuersi, pœnitentiã agamus, dicentes cum Prophetia Dauid: Sicut oculi seruatorum in manibus dominorū suorum: & sicut oculi ancille in manibus domine suã: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec mereatur nostri. Miserere nostri Domina, miserere nostri quia multum repleti sumus despectione.

August. de
Fide &
Symb. cap.
10.

Sed obseruanda est præclara D. Augustini sententia: Credendum, inquit, omnino, nullo modo ignoscẽdas, quæ peccamus, si nos inexorabiles ad ignoscẽda peccata fuerimus. Conuenit hæc sententia cum Parabola Christi, de Rege, & duobus seruis debitoribus: quæ extat Matth. xviii. Et cum iis Christi Iesu verbis, quæ sunt apud eundem Mattheum Cap. vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

ARTICVLVS XI.

Carnis Resurrectionem.

1. Cor. 15.

Credimus secundum Scripturas in virtute Dei per Spiritum eius, etiam hæc nostra corpora ad vitam esse resuscitanda: & alibi, tam bonos quam malos, non in anima solū: sed etiã in carne victuros. Nec in alia carne, sed in ea ipsa, quã nascentes acceperunt, & quam super terram viuentes circumtulērunt. Ideo S. Paulus hanc ipsam visibilem carnem, eadem prorsus secundam substantiam, mutatam autem secundum qualitatem, tanquam digito demonstrans, reuicturam ait: Oportet, inquit, corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem. Queris autem, quomodo corpora, vbi computruerunt, aut à vermibus excelsa sunt, restituentur ad vitam integra? Deus faciet in ope-

operatione virtutis sue. Qui pro sua omnipotentia
 videre potuit corpora cum non essent, idem post corru-
 tionem poterit in eadem substantia, & qualitate qui-
 bus meliore, restaurare ad immortalitatem eadem cor-
 pora. Tu in Creatore omnipotente, alicuius rei possibi-
 litate quæris apud quæ nihil impossibile est? Attamen
 oppositio rationis humane satisfacit abunde idẽ Apo-
 stolus: Insuper, tu quod seminas non vivificatur, nisi
 prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futu-
 rum est, seminas, sed nudũ granũ, vti puta, tritici aut ali-
 cuius ceterorũ. Deus autẽ dat illi corpus sicut vult: &
 vivificat, seminũ propriũ corpus. Tẽpus futura Resurre-
 ctionis sibi soli cognitũ, nobis incertum esse voluit Deus:
 Medũ tamen resurgendi, ad consolationẽ nobis ostẽdere
 per Apostolũ suũ Paulum dignatus est, quẽ ille descri-
 psit in priorẽ Epistola ad Thessalonicenses, Cap. IIII.

Luc. 1.

1. Cor. 15.

Porro Resurrectionis spes magnum semper fuit sola-
 tio omnibus piis, in medijs tribulationibus. Vnde Ter-
 tullianus dicit: Fiduciam Christianorum esse Resurre-
 ctionem mortuorum. Exemplo est patientissimus Iob tor-
 mentorum victor, & testa radens putida carnis saniem:
 non tamẽ miseras suas Resurrectionis spe & veritate so-
 latur. Scio, inquit, quod Redemptor meus vivit, & no-
 strũ die de terra surrecturus sum, & rursus circum-
 dabo pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem
 visurus sum ego ipse, & oculi mei cõspecturi sunt, & non
 alienus. Reposita est hac spes mea in sinu v. o. Quid hac
 propheta manifestius? Nullus tã aperte post Christum
 quã iste ante Christum, de Resurrectione loquitur.
 Atque ex fiducia resurgendi, contemnit presentia, sola-
 tur futurorum: quando omnis caro videbit salutare Dei.
 Exemplo quoq; sunt fortissimi illi Machabei fratres: qui
 crudelissima perferentes supplicia, in ipsis tormentis spe
 Resurre-

Tertul. de Resurrectione carnis.

Iob 19.

Hieron. aduersus Ioa. Epist. Hierosol. Esa. 40. 1. Mach. 7.

X Resurre-

M.
 ad Deum
 Prophecia
 innotu su-
 e sua: ma-
 nec res-
 ere no-
 ni senten-
 gnoscim-
 ceda per-
 Parabola
 que ex-
 verbis, qua
 dimiserit
 Pater vo-
 fertis ho-
 ta vestra.
 te Dei per
 ad vniuers-
 asalas, non
 Lec in alia
 & quom-
 S. Paulus
 cõmuni-
 alitatem,
 Oportet,
 mem: &
 is autem,
 verbum
 us facit
 in ope-

Resurrectionis sese solati sunt. Quorum tertius linguam postulatam abscindendam cito protulit, & manus constanter extendit. Et tanquam nihil ducens cruciatu, cum fiducia ait: E celo ista possideo: & propter Dei leges, nunc haec ipsa despicio: quoniam ab ipso me ea recepturum spero. De hac resurrectione in Esaiam manifestissimum est vaticinium: quo nihil dilucidius & dulcius potest: *Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent. Expergiscimini & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis (ò Deus) ros tuus. Expergiscimini,* inquit, *Mors in diuinis literis somnus dicitur: propter futuram Resurrectionem, ceu quandam è somno excitationem & experrectionem: ideo expergisci & euigilare iubentur.* Sicut in Daniele dicitur: *In tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuictus fuerit scriptus in libro.* Et multi de his qui dormiunt in terra puluere euigilabunt, &c. vt intelligas per dormientium quietem, morte non esse perpetuam: qua somni vice inuitur ad tempus. Queniam modum autem rore genitalia omnia terrarum semina suscitantur: ita quoque corporis nostri cineres ac faeculae, pinguedine caelestis roris exuberabunt: & accepto humore vitali, in compagem suam membrorum nostrorum habitus reformabuntur.

Esa. 26.

Dan. 12.

Ioan. 11.
Acto. 7.Ambrosii de
fide Resur-
rectionis.

Ezech. 37.

In Ezechiele quoque illustris extat *Visio de Resurrectione mortuorum: & clarissima prophetica Visio interpretatio, ad hunc modum: Hec dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israel. Et scietis quia ego Dominus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populus meus: & dederò spiritum meum in vobis, & vixeritis. Et requiescere vos faciam super humum vestram: & scietis quia ego Dominus locutus sum, et feci, ait Dominus Deus.*

Ergo

Ergo in omnibus rebus acerbis, quaecunque ille sunt, referim in morbis, animum futura Resurrectione obprobriamus: illud Apostoli Pauli in memoria habemus, Saluatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae, secundum operationem quam etiam possit subiicere sibi omnia. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Sic pius ille Lazarus, cuius laus est in Euangelio, praeterquam quod scatebat ulceribus & pure, dotoribusque acerrimis cruciabatur, etiam fame extrema conficiebatur. In his autem, & reliquis vita praesentis arumnis, se sustentabat consolatione & spe futura Resurrectionis & Vita aeterna. Unde & mortuus, per angelos in sinum Abrahae transfertur, ad dulcissimam consuetudinem Dei, & beatorum quem qui imitantur, habebunt & ipsi Deum Custodem & Defensorem: & post hanc vitam ab angelis transferentur in sinum Abrahae, & in omnem aeternitatem Dei conspectu fruuntur. Sicut Christus in Ioanne dicit. Oves meae vocem meam audiunt, & sequuntur me: & ego vitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Promittit hoc loco Christus se servaturum Ecclesiam & singulos pios, dum curriculum vitae huius ad metam pervenerit: & ubi decedendum erit, vult ipse nobis quoque adesse, & animam emigrantem de corpore transferre ad vitam sempiternam. sicut alio loco dicit: Vado praeparare vobis locum. Et si abiero, & praeparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, & vos sitis. Proinde tamen si per unam cum corpore, propter peccatum originis, deponunt hoc corpus tabernaculum, ac in sepulchris tabescunt: tamen illa dissolutio corporum non est exitium:

¶ 2 quiescunt

Philip. 3.

Matt. 13.
Luc. 16.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

2. Thef. 4.

quiescunt in sepulchris tanquam cubilibus suis, expectantes auroram latissimi diei, quo filius Dei per Archangeli tubam euocabit eos e monumentis, ac restituet Vitam & Immortalitatem.

ARTICVLVS XII.

Et vitam æternam.

EXpauescit natura humana, & dolet in amissione corporis sui: quem mœrorem mitigat fides nostra, indubitata corporis restitutionem sub multo meliore conditione repromittens, & Vitam æternam ostendit: in qua erit felicitas & beatitudo æterna, & Vita in corpore simul & anima nunquam finienda. Tunc corpus ab omni corruptione & mortalitate liberum, non famem sentiet, non sitim, non æstum, non frigus, non morbum aut vllum dolorem. Anima sine desiderio mortalis, & sine mœrore viuet: & erunt homines plane ut Angeli, indigentia omnis expertes, & omnis felicitatis compotes. Sicut in Apocalypsi dicitur: Non esuriunt, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq. vllus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vite fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, nec dolor erit ultra, que prima abierunt.

Matt. 22.

Apoc. 7. 11.

32.

Vicissim autem impij viuent quidem, & immortalitatem obtinebunt: sed propter continuos cruciatus, & indefinita supplicia, que sine respiratione sustinebunt, eorum misera viuacitas, & molesta immortalitas, non vita sed mors, & mors secunda & æterna nuncupatur. Torquebuntur enim igne inextinguibili: & vermis morsum sustinebunt non morientis: ipsi miserabiliter mori, ad solos cruciatus viuaces.

Apoc. 21.

Eia. 66.

Inquit

ingite ad Dominum Deum nostrum ex toto corde con-
 uramur: ad eum suspiramus, cum Davide propheta
 licentes: Quam magna multitudo dulcedinis tue Do-
 mine: quam abscondisti: timentibus te. Quemadmodum
 desiderat cervinus ad fontes aquarum: ita desiderat ani-
 ma mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem
 vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Nihil
 sit tam molestum aut amarum, quod non rerum coele-
 stium nobis et Vita aeterna contemplatione dulcescat. In
 illa namque Vita optatissimam quietem adipiscemur:
 atque aeternis ac nunquam desituris bonis satiabimur:
 in qua quid non sit, quam quid sit, facilius possumus
 dicere. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est ibi
 lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla si-
 tus, nullus aestus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla
 miseria. Ecce quid ibi non sit. Quid autem ibi sit nos-
 se nunc? Hoc nec oculus vidit, nec auris audivit: nec in
 cor hominis ascendit, quae preparavit Deus iis qui
 diligunt illum.

Ioel. 2.
 Psal. 30.
 Psal. 41.

Psal. 16.
 August. de
 Symb. ad
 Catech. lib. 3
 cap. 11.

Esa. 64.
 1. Cor. 2.

D. Augustini Episcopi, ab Symboli Apostolici fide
 Admonitio & Consolatio.

CAPVT
 IIII.

Quisquis itaque fideliter credit, & hanc professio-
 nem Fidei sua, in qua remittitur omnia peccata,
 indubitanter tenet atque amplectitur, praeparet volun-
 tatem suam voluntati Dei: ut si eum post baptismum di-
 gnatus fuerit in hac vita aliquantulum detinere, ista
 non quiescat orare & dicere: ADIVTOR MEVS ESTO,
 NE DERELINQVAS ME DOMINE. Si autem dignatus
 fuerit liberum & ab omni sece peccati mundatum ad se vo-
 care, incunctanter ac sine tristitia pergat ad eum, cum
 quo, & per quem incipiat & ipse regnare: nec vehiculum
 mortis timeat, in quo prior ascendit ipse, qui vocat, Iesus.

August. de
 Symb. ad
 Cate. lib. 3.
 cap. 10.

Psal. 26.

T 3

Christus

Christus. Sicut enim ipsum resurgendo perduxit ad Patrem: ita & te illi per resurrectionem representant. Quia ut te inuideret ad celum, ad terram descendit: sed non deseruit celum.

VERBA HANANI PROPH. AD ASA
REGEM IVDÆ.

I I. Paralipom. XVI.

Oculi Domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfide credunt in eum.

CONSOL. EX ORAT. DOMINICA.

Quàm efficax sit apud Deum Oratio: & unde ei hæc efficacia.

CAPVT
IIII.

Psal. 146.
Luc. 12.

Quàm sit efficax apud Deum Oratio, multis ac præclaris utriusq. Testamenti exemplis declaratur. Si causas huius rei quarimus: in promptu sunt. Prima est, naturalis illa & incòprehensibilis Dei BONITAS. Hac miseris nostris tangitur: hac iumentis etiam dat escam ipsorum, & pullis cornuorum inuocantibus eum. Altera est, illius DILECTIO: qua & ipsa immensa est & infinita. Hanc si addamus naturali illi Bonitati, facile apparebit, quid apud eum possit affectuum oratio. Præterquam enim quòd summè bonus est: etiã supra modum nos diligit. Unde fit, ut anima condonabilia petenti nihil negare possit. Tertia est, illius PRÆCEPTO de orando adiuncta PROMISSIO. Nam qui optimus est, quique impensè nos diligit, orare nos iussit: operumque suam pollicitus est.

Psalmo XLIX. Inuoca me in die tribulationis: erua me, & honorificabis me.

Psal. XC. Clamauit ad me, & exaudiam eum: cum ipse fuerit in

in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Esaia: LXV. Eritq; antequam clamet, ego exaudiam: illuc illis loquentibus, ego audiam.

Matthæi VII. Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Marci XI. Dico vobis, omnia quaecunque orantes petitis, credite quia accipietis, & enesient vobis.

Ioannis XVI. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Oportet autē fidem adhibere firmissimam Promissis Rom. 10.
diuinis. Siquidem primus ad orationem nos incitās sti-

mulus, est nostra i. Deum fides: quam spes & charitas, indiuulsa vera a fidei comites, fulciūt. Vt sciamus omnia

bona tanquam ex suo fonte à Deo petenda esse: simulq;

speremus, ea ipsa Dei bona in hoc ab eo parata esse, ut

nostris utilitatibus inserviant: sicq; accensi charitate in Deum, cum fiducia accedentes ad thronum gratia

eius, petamus nobis necessaria: scientes, nos diuitem & benignum habere Dominum. Cum autem in verbis suis Heb. 4.

fidelis sit & verax Dominus: utiq; ritè orantibus iam Psal. 144.

ex promissione sua existit debitor. Et cum ad præstan-

dum, quod promittit, abundet, ita ut ad opitulandū nec

desit facultas, & prompta semper adsit voluntas: ple-

nam utique salutem Orationis beneficio impetrare li-

cet, ut fiat quod scriptum est: Omnis qui inuocauerit Ioel. 2.
nomen Domini, saluus erit. Ideo Proph. David ait: Pro- Rom. 10.
pe est Dominus omnibus inuocantibus eū: omnibus inuo- Psal. 144.
cantibus cum in veritate. Voluntatē timentiu se faciet,

& deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Septem petitionum Orationis Dominicæ, ad cor-

roborandum ægroti animum, Expositio.

Beneficiā suā Deus multis modis in nos ostendit. CAP. V.

Qui: cum nō essemus, fecit nos: cum ex culpa nostra

Cyprian. de
Oratione
Dominica.
Luc. II.

perissemus, refecit & redemit nos: sanctificans & muniens nos Spiritu suo, cuius opitulatione in accepta salutem ac tuendam instruere dignatus est, etiam orandi modum dedit. Qui solus nouit bona dona dare petentibus se, idem quid petere debeamus, nos erudire uoluit, ut sui beneficij esset totum quod sumus & possumus: a quo non solum corpus & animam accepimus, sed quocumque ad tuendam corporis & anime salutem necessaria & utilia sunt, de eiusdem Bonitatis fonte etiam habuimus: nihil non quod salubriter postulamus, dum oratione Filij apud Patrem utimur, sine repulsa impetrantes. Sic ergo, inquit, vos orabitis. Matthæi VI.

PATER NOSTER, QUI ES IN CAELIS.

Idem.

Homo nouus renatus, & Deo suo per gratiam creatus, PATER, primo loco dicit: quia filius esse iam cepit. Quod nomen nemo nostrum in oratione auderet attingere: nisi Christus nobis sic permisisset orare. Statim autem nos benignitatis Dei admonet, & fiduciam nostram in Deum attollit Patris appellatio. Qui curam patris adimplet in nobis: & omnia parentis officia & curas affatim exequitur. Nouerunt carnales parentes dilectionem impensè exhibere filiis suis: quid ergo nobis neget Deus, qui iam hoc ipsum dedit, ut sit Pater noster? Et affectu illo, quem indidit Deus parentum pectoribus erga liberos suos, declarat animam suam erga nos: qui tamen ardentior est, & longè uehementior, quam quorumcunque hominum. Sicut Esaias XLIX. & Luca XI. clarè dicitur. Et quia hic in Exordio dicimus. QUI ES IN CAELIS: admonemur Patrem nostrum, non esse terrenum, infirmum, aut corruptibilem hominem,

Psal. 88.
Hester. 13.

hanciem, sed calorum Dominum: cuius sunt caeli & terra
 in cuius ditione cuncta sunt posita: qui iuuare vult,
 Pater noster est: & iuuare potest, quia in calis est
 Dominus & Rex omnipotens. Qui quia omnes nostras
 necessitates ex alto respicit: hoc ipsum corda nostra mi-
 sericordie exhilarare, animum eleuare, & fiduciam nostram
 suscitare & adaugere debet. Pari modo admonemur,
 quo animo terre huius incolatum ferre debemus. Nam
 si Pater noster in calis est: certe Patria nostra non terra,
 sed caelum est. Itaque non res terrenas, sed caelestem illam
 hereditatem inquirere debemus: ad eam anhelare &
 suspirare: dicentes cum regio illo Propheta: Quando ve-
 niam, & apparebo ante faciem Dei? Simulq; afflictio-
 nes huius temporis patienter ferre discemus: quippe qua-
 non sunt condigna ad futuram gloriam qua reuelabi-
 tur in nobis.

Coloss. 3.
1. Pet. 1.

Psal. 41.

Rom. 8.

PETITIO I.

Sanctificetur nomen tuum.

Quoniam honorum filiorum est, ante omnia patris
 honorem & gloriam querere: ideo & nos primo
 loco petimus, ut nomen eius sanctum per vniuersas orbis
 nationes inclarescat: ut iusto honore ab omnibus homi-
 nibus colatur et suscipiatur. Vis ergo ut & per te, quod
 equum est, maxime sanctificetur Dei Nomen? Con-
 templare Dei incomprehensibilem Bonitatem & Ma-
 gnitatem: quia & nouit pios de tentatione eripere: nec
 patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit
 ut cum tentatione pronentum, ut possumus sustinere.
 Da gloriam Deo: & per patientiam in aduersis, Do-
 minum Iesum Christum sanctifica in corde tuo, com-
 municans eiusdem Iesu Christi D. N. passiombus, ut
 & reuelatione gloria eius gaudeas exultans. Sic ex-
 emplar

T 5

Iob. 1.
1. Pet. 4.Ioan. 10.
Rom. 16.

emplar illud omnis patientia, S. Iob, in omnibus afflictionibus suis, ait: Sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Commenda & fidei Creatori animam tuam: certus quod non rapiet eam quisquam de manu eius, qui etiam conteret Satanam sub pedibus tuis velociter.

PETITIO II.

Adueniat regnum tuum.

Coloss. 1.

Matth. 25.

Esa. 32.

1. Cor. 5.

Vere felicitas est summa, summum sibi vendicare posse Regem & Dominum: Regem calorū & Dominum uniuersa terrae. Qui gratuita bonitate sua, et mundi huius nos regno selectos, cooptauit in Regnum suum, filij sui unigeniti Coheredes. Quocirca cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae, assiduis hoc ab eo precibus contendere debemus: ut quos pietate sua semel à peccati & Satana tyrannide ereptos, suoque Regno ascriptos esse voluit, Fide firmos, Spe robustos, Charitate feruidos, Christo adherentes, in sempiternum custodiat: quò ad Regnum illud maiestatis & gloria à Deo repromissum, Christi que sanguine acquisitum, perueniamus. Hoc est illud Regnum nobis ab origine mundi paratum: quod nos demum ab omnibus malis & sollicitudinibus, atq. item omnibus Satanae captiōibus & terriculamentis liberos, in sedem quietis reponit, sicut in Esaia dicitur: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in requie opulenta: quod dum nominamus, pigere nos debet peregrinationis huius, & fluxarum rerum, quae in hoc mundo sunt: voluntatem autem bonam habere magis peregrinari ab hoc mundo, & praesentes esse ad Dñm.

Certè, ritè expensis multiplicibus mundi perturbationibus

nobis & pressuris, quis non hinc tanquã è mari tur-
 lentissimo, ad portum tranquillissimũ demigrare ge-^{1. Cor. 2.}
 rit: talibus fructurus bonis, que in cor hominis non as-
 cenderunt? Quis non cum S. Paulo dicat: Cupio dissol-^{Philip. 1.}
 ueri esse cum Christo? Et cum Davide Rege, Educ de
 custodia animam meam? O Regnum verè beatum. O ^{August. lib. Meditat. cap.}
 ciuitas sancta Hierusalem. Quam foelix anima mea, si ^{25.}
 intueri meruero gloriam tuam, beatitudinẽ tuam, pul-
 chritudinẽ tuam, portas & muros tuos, & plateas tuas,
 & mansiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos, & for-
 tissimum Regem tuum, Dñm nostrũ in decore suo. Mu-
 riamque tui ex lapidibus pretiosis, porta tua ex mar-^{Apoc. 21.}
 garis optimis, platea tua ex auro purissimo: in quibus ^{Tob. 13.}
 iucundum ALLELVIA sine intermissione concinitur.

PETITIO III.

Fiat Voluntas tua, sicut in caelo, & in terra.

Omnipotens est Deus noster: & nemo potest resi-^{Hester. 13.}
 stere eius Voluntati: facitq; omnia que vult, in ce-^{Psal. 134.}
 lo & in terra. Itaq; nos de eius gratia eam nobis concedi
 oramus obedientia, qua voluntatem eius perfectè facia-
 mus in terra: ad exemplum nimirum celestium Spiri-
 tuum, Deo per omnia obtemperantium: vt voluntatem
 nostram per omnia ipsius voluntati submittamus. Ad
 quem modũ & David orabat, dices: Doce me facere vo-^{Psal. 142.}
 luntatẽ tuã, quia Deus meus es tu. Porro voluntas Dei
 plenam à nobis obedientiam requirit: qualis obedientia
 non solum faciendo qua placent Deo, sed etiam patiedo
 libenter, que minimè placent nobis, prestatur. Oran-^{Ephes. 5.}
 dam igitur equanimitatem & tolerantiam nobis diui-
 nitus dari: ne deficiamus in tribulationibus, ne irrite-
 mur aduersus Deum, & murmuremus: sed patien-
 ter feramus correptiones eius, quoties suam voluntatem
 in nobis:

in nobis operatur: scientes omnes seculi huius erummas, nobis ad probationem, non autem ad exitum immitti: & aeterno gloria pondere pensatum iri. Quam vero sumus Deo curae, verba Christi satis arguunt, dicentes: Nonne duo passeres asse vaneunt, & unus ex illorum cadet super terram sine Patre vestro? vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nec proprio suo peperit Deus, sed voluit eum omni genere afflictionum exerceri propter nos: quare non mirabimur, si & nos, filii saltem adoptiui, etiam affligamur. Et firma sit S. Pauli sententia: Quos praesciuit, & predestinavit conformes fieri imaginis Filii sui: ut sit ille primogenitus in multis fratribus.

2. Cor. 4.
Math. 10.

Rom. 8.

Math. 10.
Ioan. 15.

Math. 26.

Proinde quaecumque nobis obveniunt, bona vel mala, firmiter statuimus, a Deo nobis immitti: & afflictionum recordabimur verborum Christi: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Atque cum eodem Magistro & Domino nostro Iesu Christo dicemus ad Patrem nostrum celestem: Fiat voluntas tua. Non sicut ego volo, sed sicut tu.

PETITIO IIII.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Filii iuxta carnem geniti, a parentibus, si qua re opus habent, postulant: neque solliciti sunt de aliquo subsidio, nimirum prospiciente ipsis benignitate paterna. Cum igitur nos per fidem & adoptionis gratiam filii Dei effecti simus: merito ad Deum Patrem in omnibus necessitatibus nostris confugimus, omnemque sollicitudinem nostram in eum proicimus: quoniam ipsi cura est de nobis. Qui tam opulentus est, ut det escam omni carni: a quo proinde animalia pusilla cum magnis, omnia expectant, ut det illis escam in tempore. Qui tam ben-

Gal. 3. 4.
Gal. 54.

1. Pet. 5.
Psal. 135.

Psal. 103.

est, ut etiā vilissima animalcula pascat: attestante
 propheta qui ait: Qui dat inmentis escam ipsorum, &
 is coruorum inuocantibus eum. Ideoq; Christus D.
 paulo postquam orationem hanc absoluisset, nolens
 solitudine d'urni victus torqueri: eode vitur ar-
 gumento, confirmans Patrem cœlestem tam opulentum,
 tam benignum, tam nostri amantem, cuiq; tantopere cu-
 ra sumus, non commissurum, ut cum passerculus etiam
 vagis, & coruis de victu prospiciat: cum lilia agri tan-
 to decore vestiat: nobis in filios cooptatis vestis desit au-
 culis. Quoniam autem constat nos duplicis esse substan-
 tia, & quamquamque proprio indigere sustentaculo,
 corpus corporali, animam spiritali: at verò animam
 partem esse nostri potioris: ideo spiritualem ac cœlestem
 alimoniam à benignitate Patris nostri cœlestis, potissi-
 mum optare debemus. Principio quidem Dei Verbum,
 ut in eo vivamus: quia non in solo pane vivit homo, sed
 in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hinc in libro
 Sapientia dicitur: Non natiuitatis fructus pascunt ho-
 mines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, conser-
 uat. Deinde Christum ipsum anxie desiderare debe-
 mus: qui vnigenitus Dei filius, vita est largitor & al-
 ter, quem nobis de celo pater mittere dignatus est, fame
 pereuntibus: de quo quisquis ederit, non morietur in
 ætænum. Per hunc panem reniximus: per hunc alimur
 & aginamur, & adolescimus ad perfectum robur spi-
 ritus. Hic nobis quotidie trauciendus in anima visce-
 re, quod sit, dum eum propter nos & nostram salutem
 hunc mundum de celo descendisse, carnem induisse,
 & in ara crucis immolatum, perpetuam generi huma-
 ni salutem attulisse, firma fide credimus, & grata men-
 ter recolimus: cuius quidem fiducia non dubitamus pro-
 piam nos habere patrem Deum: & post hanc vitam
 piè actam,

Psal. 145.

Matt. 6.

CONSIDERATE
CORVOS.
LUC. 12.Deut. 8.
Matt. 4.
Sap. 16.

Ioan. 6.

Eph. 4.

Vide Aug.
doct.
Christ. lib.
3. cap. 16.

Hieron. in
Matt.
August. su-
per Luc. ser.
28.

Idem Hom.
24. Et ad
Probam
Epist. 121.

Cyprian. de
Cena Do-
mini.

1. Cor. 11.
3. Reg. 19.
Iosue 5.
Exodi 3.

pie actam, Vitam in Christo habituros eternam. Est & Panis Spiritualis, anima cibus: Panis ille super substantialis, qui super omnes substantias est, & uniuersas superat creaturas: Eucharistia communicatio, & Sacramentum fidelium: cuius participes sunt omnes, qui uerantur in magna domo, qua est Ecclesia. Sicut autem panis communis, quem quotidie edimus, uita est corporis: ita Panis iste super substantialis, uita est anima & sanitas mentis. Hic Panis spiritualis, qui anima nostra fulcit substantiam, quò magis est necessarius & salutaris, eo ardentioribus uotis a Deo est expectendus. Huius autem, id est, hoc tempore, est necessarius Panis iste, non quidem ad huius temporis, sed ad futuram felicitatem consequendam. Nam Panem Angelorum, quem sub sacramento manducamus in terris, eundem sine Sacramento manifestius edemus in caelis, in mensa Patris nostri caelestis: qua Regni filios feliciter explebit perenni copia ueritatis aeternae: qua perfrui perfecta felicitas est, nesciens desiderium alterius rei, siue qua in caelis, siue qua in terris est. Quam ob rem sedulo nobis orandum, ut eo dignè utentes, corroboremur in huius mundi deserto, donec ad promissionis terram, uerò à Dei magnifica gloria lacte & melle manantem, perueniamus.

PETITIO V.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Luc. 12.

Debitorum nomine peccata significantur. Ideo in Luca dicitur: Dimitte nobis peccata nostra. Habet haec petitio commonitionem infirmitatis nostrae, quae miseriam nostram fatemur, & culpam agnoscimus: & gratia Dei atque misericordia nos indigere testamur: perentes

antes dimitti nobis debita nostra. Nostra sunt de-
 bita: Nos peccauimus: Dei est, misericordia: in quam
 nos omnem figere debemus. Ideo bene S. Augustinus
 ait: Vna spes, vna fiducia, vna firma promissio, Misericordia tua Domine. Nam & eadem haec petitio spe-
 ra fulcit cor nostrum: remissionem peccatorum indu-
 bitatam ostendens. Nequaquam enim Christus veniam
 delicti petere nos iussisset: nisi sciret, Patrem ad dan-
 dam eam semper promptum & paratum esse.

Misericordiam suam erga eos, qui peccauerunt, &
 agnoscunt delicta sua, Deus luculeis Promissionibus in
 Scripturis S. proposuit, incundis Parabolis adumbra-
 uit, & confirmauit Exemplis. Apud Ezechielem: Vi- Ezech. 33.
 no ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut
 conuertatur impius à via sua. Et in Euangelio clamat
 Christus: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati Matt. 12.
 estis: & ego reficiam vos. Et ne quis de peccato conuersus
 ad Deum, repulsam vereatur, parabolā de filio post pa- Luc. 15.
 ternā substantia infamē dissipationē, ad patrem reuerso,
 & cum ingenti letitia suscepto: similiter de oue perditā
 & requisita: & de drachma reiuuenta, proponens: Sic
 erit, inquit, gaudium in celo super vno peccatore peni-
 tentiam agente: Praestitit fidelis Dominus quod promi-
 sit: & post multas iniquitates & impietates, MANAS- 1. Paral. 33.
 SEM: post aliena vxoris violationem, & mariti cadem, 2. Reg. 12.
Luc. 18.
 DAVIDEM recepit in gratiam: & post vnā vocem,
 compuncti cordis indicem, PVBLCANVM de templo in-
 domum suam miseratio Domini remisit iustificatum.
 Multa quoque peccatricis mulieris peccata, intra mo- Luc. 7.
 ram vnius conuiuij, omnia deterfit. Similiter & PAV- 1. Tim. 4.
 LVM, ex blasphemō & persecutore Ecclesie, insignem
 Apostolum & Euangelij praconem effecit: in iis exem-
 pli clementia suā proponens, ut ad similem spem venia
 erudi-

August.
 Conf. II. lib.
 10. cap. 32.

1. Paral. 33.
 2. Reg. 12.
 Luc. 18.

Luc. 7.
 1. Tim. 4.

Cyprianus.

erudiret omnes, qui credituri sunt in vitam aeternam. Addidit autem Legem Christus, certa nos conditione constringens: ut sic nobis debita dimitti possideamus, secundum quod & ipsi debitoribus nostris dimittimus: scientes impetrari non posse, quod pro peccatis poscimus, nisi & ipsi circa debitores nostros paria fecerimus. Idcirco alio in loco dicit: In qua mensura mensueritis, in ea remetietur vobis. Et seruus qui post dimissum sibi à Domino omne debitum, conseruo suo noluit ipse dimittere, in carcerem relegatur, quia indulgere conseruo suo noluit: & id quod sibi à Domino indulsum fuerat, amisit. Qua adhuc fortius Christus in praeceptis suis maiore censurae suae vigore proponit: Cum steteritis, inquit, ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et Pater vester, qui in caelis est, remittat peccata vobis: si autem vos non remiseritis, neque Pater vester, qui in caelis est, remittet vobis peccata vestra. Excusatio tibi nulla in die iudicii superest: cum secundum tuam sententiam iudicaris, & quod feceris, hoc & ipse patiaris.

Matt. 7.
Matth. 18.

Mat. 11.

Et ne nos inducas in tentationem.

PETITIO VI.

Et ne nos inducas in tentationem.

Job. 7.

Non hoc postulamus à Deo Patre nostro, ne nos tentatio impugnet in hac vita, quae tota tentatio est super terram: sed ne derelicti ab eo, tentationibus aut consentiamus decepti, aut cedamus afflicti. Quandiu autem in hac vita versamur, mille modis sollicitamur ad ruinam: nec possumus unquam esse securi. Nusquam cessat tentator ille: qui non veritus est unigenitum Dei filium aggredi. Et si meminerimus, quid Apostolorum principi acciderit, qui fortem usque ad mortis societatem animum professus, ter Dominum suum abiuravit: non possumus non perhorrescere tentationis periculum.

Matt. 4.
Ioan. 14.
Matth. 16.
1. Cor. 10.

Sed

consolatur nos *Apostolus Paulus*, qui fidelem esse
 suam dicit, qui non patietur nos tentari supra id quod
 possumus: sed facturum etiam cum tentatione prouen-
 tum, ut possimus sustinere. Quare de nostris non pre-
 sumamus viribus, sed sobrietate, vigilatia, & precatio-
 ne, aduersus tentatoris assultus nos muniamus: nec ho-
 stem prouocemus, memores imbecillitatis virium: & ta-
 men aduersus ingrumentem tentationis procellam infra-
 ctis animis consistamus, diuino freti presidio: sine quo nihil
 possumus, & in quo omnia possumus. *Beatus autem vir*
qui suffert tentatione: quonia cum probatus fuerit, acci-
piet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se.

Ioan. 15.
 Philip. 4.
 Iac. 1.

PETITIO VII.

Sed libera nos à malo.

Neque hic petimus à Deo, ne quid in hoc mundo
 patiamur aduersi: sed ne ipsis aduersitatibus ani-
 ma latur. Tam est vita hæc referta calamitatibus,
 ac tristicissimis casibus: tã plena periculis ac scopulis: ut
 merito vite huius saturi ac mortis cupidissimi esse de-
 beamus. Ad hæc rãta natura infirmitate circũdati su-
 mus, & in tanto vite humana lubrico incerta vestigia
 ducimus: ut ad tuendã corporis & anime salutẽ, multis
 admodũ presidiijs Diuinis indigeamus. Sed cum potens
 sit Deus, omnia facere superabundanter, quã petimus
 aut intelligimus: nostrãq; ipse imbecillitatem bene co-
 gnitã habet: totos nos in eius tutelã tradentes, rogamus,
 ut in vniuersum ab omni malo per gratiam suam libe-
 rare dignetur: ut eius ductu in hoc mundo toto in mali-
 gno posito, inter laqueos ad perniciem nostrã undique
 dispositos ambulantes, per varios casus, per tot disci-
 mina rerum salui euadamus. Proinde Christus ipse mi-
 ser ac infelicis nostrã conditionis misertus, ad Patrem
 suum orauit sollicitus pro nobis, dicens: *Nõ rogo ut tollas*
eos de

Eph. 3.

1. Ioan. 5.

Ioan. 17.

Z eos de

eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Tentationem ergo molestiam omnem atque arumnarum, patienter tantisper feramus, ac superemus: donec caelesti Patri placuerit, omni mortalitatis huius onere exutos ad perfectam, & nullis iam amplius molestiis obnoxiam Beatitudinem traducere. Vbi autem tempus aduenerit, ex hac nobis migrandum sit miserissima vita: tum vero obnixius Deum precemur, ut placidam horam, fructu bonum, & felicem exitum cõcedat: nostrasq; animas in manus suas perpetuò commendatas habeat.

A M E N.

HAc voce confirmamus & ostendimus fiduciam nostram: non modò nos optare salutaria, sed & omnino nihil hesitare indicantes, quin qua iubente & erudiente Filio piè petimus, præstante Patre efficaciter consequamur. Requiritur enim fides certa & indubitata, de promissione gratiæ & misericordiæ Dei: qua sine ulla hesitatione ac diffidentia credamus nos accepturos, qua in Oratione dominica oraculo Iesu Christi vobis tradita. precati sumus. qui dixit: Petite: & dabitur vobis. Et: Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Item: Amen, amen dico vobis. Si quid petieritis Patrem in nomine meo: dabit vobis. De fide autem, quam in oratione necessariam esse diximus: extant Christi Iesu verba, Matthæi ix. & xxi. Marci ix.

Luc. 11.
Ioan. 14. 16.

M O S E S. Deuteronomij IIII.

Non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

CON-

CONSOLATIO EX BAPTISMI
SACRAMENTO.

Quanta sit Baptismi gratia, per quam originis sordibus abluti, Deo reconciliati sumus: & Christo Iesu insiti, ac per eum in filios adoptati Regni hereditatem expectamus. lapsi denique, sed verè & ex animo pœnitentes, vi fœderis à Deo nobiscum pacti, in gratiam denuò recipimur.

Valde consolatur agrotum BAPTISMI gratia, si CAP. VI.
rectè expendatur. Etenim prior natiuitas illa no-

stra ex carne & sanguine Ade patris nostri originem habet: unde & eius peccatum nos quoq. premit, stipendium habens mortem, sicut scriptum est: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sed addit Apostolus: Non sicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit, &c. Itaque Iesu Christi gratia, denuò ex aqua & Spiritu sancto renati, & abolitis omnibus prioris Natiuitatis vitis & maculis, mundati sumus: sicq. cum Deo, in Christo Iesu, reconciliati.

Rom. 6.
Rom. 5.

1. Corinth. v. 1. Et hec quidem fuistis: (videlicet, maximi peccatores) sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.

Ephes. v. Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aqua in verbo vite, &c.

1. Petri 1. 1. Quod & vos nunc similis forma salutis facit Baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu

Z a

Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vita aeternae heredes efficeremur. BAPTISMVM appellat Apostolus Ablutionem, non sordium corporis, sed animi, qua conscientia pacata ac tuta coram Deo, fit bene respondens apud Deum: nimirum iam sentiens per acceptum Spiritum adoptionis & renouationis se habere Deum placatum, ac pium patrem.

Romanorum v. Reconciliati sumus Deo, per meritum Filij eius.

11. Corinth. v. Qui nos reconcilianit sibi per Christum: & dedit ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum.

Coloss. i. In ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, sine qua in terris, sine qua in caelis sunt.

Nec solum in remissionem peccatorum, in nomine D. N. Iesu Christi baptizati sumus, sed & Deo reconciliati, sed & eidem, tanquam capiti nostro insiti, ac plane incorporati sumus: atque ita omnium meritorum eius & beneficiorum participes effecti, in filios Dei, & aeternae vitae hereditatem adoptati sumus.

Galat. iii. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Omnes filij Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu.

1. Ioan. iii. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, ut filij Dei nominemur & simus.

Roman. viii. Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.

Itaque qui iuxta carnalem nativitatem eramus filij hominis terrestres, nunc per hanc salutiferam regenerationem filij Dei excelsi facti, tanquam in pietissimis

patru

peris protectionem, ut filij charissimi suscipimur: & celestis Regni hereditatem, quodam adoptionis iure non minus expectamus. Addidit celestis Pater pignus hereditatis nostre Spiritum s. diffusum in cordibus nostris, qui fiduciam hanc nostram augeat: ut in quantis- que paucioribus, non aliter atque filij a patre indulgentissimo, omnia nobis bona speremus: ac de hereditate filiorum quandam obsequationem habeamus.

Ephes. 1.
Rom. 5.

Ephes. 1. & 4

Roman. VIII. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

Galat. III. Quoniam autem estis filij Dei: misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater. Itaque iam non est seruus, sed filius. Quod si filius: & heres per Deum.

Tit. III. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum Regenerationis & Renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatore nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vite aeterna.

Sed Baptizati, proclinati sumus tamen ad peccandum: & saepe contingit nos quamlibet cautos praecipuum aliquo delicto, sicut scriptum est: Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Itē: Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? Ob id Saluator noster ad Petrum dixit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. designans carnis nostrae infirmitatem: qua facit, ut septies in die etiam cadat in terram & resurgat. Huic quoque malo subuenire dignatus est clementissimus Dominus. Nam Spiritum sanctum, ut dictum est, cordibus nostris infundit: qui non solum vetustate peccatorum abolita, in nouam vitam hominem regenerat,

3. Reg. 8.
Eccl. 7.
Prouerb. 20.

Ioan. 13.
Prou. 24.

sed & contra obrepentia peccata sua gratia opem adhibet: & si per imbecillitatem carnis homo nihilominus non omnes lapsus vitauerit post Baptismum, propitiis indulgentiam pollicetur, ex vi fœderis nobiscum pacti. Nouum quippe fœdus inuit Deus cum filiis Ecclesie sue: cuius formula hæc est: Hoc erit PACTVM quod feriam cum domo Israël post dies illos, dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribã eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, &c. Et sequitur: QVIA PROPICIABOR INIQUITATI EORVM, ET PECCATI EORVM IAM NON MEMORABOR AMPLIUS.

Jerem. 31.
Heb. 8.

1. Cor. 12.

Ad hoc fœdus vel pactum non recipitur quisquam, nisi per Baptismum, quo S. Ecclesia, qua est corpus Christi, cuique hæc Constitutio solium facta est, inserimur. Ideo Apostolus Paulus dicit: In uno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus: sicut Iudei sive gentiles. Cum igitur peccata nos premunt, supra modum incunda est prioris Lauacri, & cum Dei Reconciliationis, recordatio: atque noui illius fœderis Constitutio & Stipulatio, diuina vtique gratia & honoris Testimonium luculentissimum: iuxta quam verè poenitentes, cum fiducia ad Deum clamare, ac certo nos exaudiri, atque in gratiam recipi: insuper in omnium bonorum ius nobis in Baptismo acquisitum, ac per peccatum veluti amissum, per Poenitentiam iterum Dei gratia restitui: statuere possumus, ac firmiter credere. Verax est enim qui promisit: & vt falli à nemine, ita quoque neminem fallere potest. De hoc fœdere sunt & hæc S. Scripturæ loca.

Jerem. xxxii. Et feriam eis pactum sempiternum: & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. Et labor super eis, cum bene eis facero.

Jerem.

Jerem. 1. In Sion interrogabunt viam, huc facies con-
uenient & apponentur ad Dominum fœdere sem-
perno: quod nulla obliuione delebitur.

Baruch 1 1. Statuam illis Testamentum alterum
sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi
in populum.

Ezechiel. x v 1. Recordabor ego pacti mei tecum in
diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempi-
ternum. Et recordaberis viarum tuarum, &c.

Cum ergo ad nos huius noui fœderis decretum perti-
neat: quid potest nobis miseris peccatoribus magis esse
consolationis, quàm hæc Baptismi gratia? Hæc efficit, ut
nulla sit desperandi causa: sed fortiter quidem peccato
repugnemus, præoccupati autem quopiam delicto, leua- Thren. 2
re audeamus corda nostra cum manibus ad Dominum
in celos: cum Davide dicentes, Memor esto verbi tui Psal. 112
sermo tuo, in quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est
in humilitate mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: misere-
re mei, secundum eloquium tuum. Ideo idem Propheta
dixit: Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit ani-
ma mea in Domino. Omnia autem hæc diuina Benefi-
cia ex S. Baptismo nobis profinentia, Christus vnica Mar. 16
hæc sententiæ complexus est: Qui crediderit & bap-
tizatus fuerit, saluus erit. qui vero non crediderit: con-
demnabitur.

CONSOLATIO EX POENI- TENTIÆ S.

Quod Deus nolens perire quos condidit, post Ba-
ptismum etiam labentes, non cessat reuocare ad
veniam: & spem æternæ Vitæ per Pœnitentiæ
medicinam restituit. Et qualis pœnitentis ani-
mus esse debeat.

Z 4

Mili-

CAPVT
LXXVI.
Iob 7.

Ezech. 18.
Pfal. 144.

Matt. 9.
1. Cor. 4.

Luc. 10.

Militia est vita hominis super terram, S. Iob attestante: vnde nobis, perinde vt in praeliis corporalibus, se penumero contingit, vt resistere aduersario nostro pra impugnationum grauitate non valentes, vel per ignauiam negligentes, vehementer sauciati corrumpimus: & quam per Baptismum consecuti sumus vitam amittamus. Non vult tamen mortem peccatoris miserator & misericors Dominus, vere patiens & multum misericors: cuius miserationes super omnia opera eius, ac proinde huic rei amplius remedium instituit, nimirum Poenitentia Sacramentum: per quod lapsos resurgere liceret, quodque de venia & remissione peccatorum promissa certiore redderet poenitentem: non septies, sed septuagies septies.

Vnde Christus ad Apostolos, suos in terra Vicarios, sic loquitur: Matthæi xviii. Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Item, Ioannis xx. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Hinc non aliter accipienda est vox Sacerdotis legitime absoluentis, quam ipsius Iesu Christi ad paralyticum: CONFIDE FILI, REMITTUNTUR TIBI PECCATA TVA. Ille minister tantum est, & dispensator mysteriorum eius: sed ipse Christus author. Quare cum nobis peccata condonantur per Ecclesiae ministrum, cogitabimus hunc non sua, sed Iesu Christi vti potestate: vt fides nostra atque spes non in homine sint, sed in Deo viuente. Hic est Samaritanus ille Euangelicus, qui homini à latronibus despoliato, ac grauissimis plagis afflicto appropinquans, ceteris praeteruentibus solus misericordia mouetur: & totus salutis hominis vulnerati intentus, Sacramentorum suorum

forum alligamenta adhibet: qui solus sanat contritos Pfal. 146.
 corde, & alligat contritiones eorum.

Commendat ergo Deus immensam suam erga nos
 Misericordiam: qui nō solum uniuersa prioris vite de-
 bita, per Baptismi gratiam semel nobis condonat, sed
 etiam sequentibus lapsibus nostris eadem sua Bonitate
 subuenit: & cum Regenerationis dona vel malitia no-
 stra, vel ignorantia, vel imbecillitate nature prolapsi,
 violauerimus, non nos tamen abiicit: sed nolens perire
 quos condidit & redemit, nō cessat renocare ad veniam,
 & spem Vitae aeternae per **POENITENTIAE M E-
 DICINAM** restituit. Hac onem perditam reportat Luc. 15.
 ad caulam: & creaturam suo reddit Creatori: & pec-
 catorem ex profundo flagitiorum subleuatum, & in-
 ferni faucibus ereptum, inter Angelos collocat. Quem
 igitur ad Poenitentiam non inuitet tanta Domini Boni-
 tas? Qui peccatis nostris iustam Dei iram meruimus, Psal. 102.
 ne expauescamus redire ad eum. Bonus est, benignus est:
 non secundum peccata nostra faciet nobis, neque secun-
 dum iniquitates nostras retribuet nobis. Non ut index
 debitam infliget poenam: sed ut pater grauitā nobis ad
 se reuersis prestabit misericordiam. Sic nobis fecit, cum Rom. 5.
 inimici essemus, per mortem suam nos reconcilians Deo:
 multo itaque magis reconciliatis miserendo perget esse
 benignus. tu tantummodo noli obliuisci omnes retribu-
 tiones eius. Nec te magnitudo praeteritorum criminum,
 quominus ad eum conuertaris, absterreat: quia propi-
 tatur omnibus iniquitatibus tuis, & sanat omnes infir-
 mitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui
 coronat te in misericordia & miserationibus. Qui re-
 plet in bonis desiderium tuum.

Tanta autem huius vis est Poenitentiae, ut immuta-
 bilis Dei mutare posse sententiam videatur: & cum eius
 voluntati

Ierem. 18.

voluntati resistere nemo audeat, tamen contra excita-
tam eius iram Pœnitentiæ vires præualeant. Ideo in Ie-
remia dicit: Repente loquar aduersum gentem & ad-
uersus regnum, ut eradice[m] & disperdam illud. Si pœ-
nitentiã egerit gens illa à malo suo quod locutus sum
aduersus eam: agam et ego pœnitentiã super malo quod
cogitavi ut facerem ei. Et subito loquar de gente & de

Exod. 14.

regno, ut adificem & plantem illud. &c. Testantur hoc
duorum Regum diuersi exitus, Pharaonis & Nabo-
chodonosor: quorum alter toties flagellatus, duritiã cor-
dis non dimisit, ideoque cum toto exercitu, qui ipsum se-
quebatur, fluctibus obrutus perit: alter mente captus,

Dan. 4.

& ex hominibus abiectus, cum feris & bestiis versatus,
quod Deum contempserat, inter aduersa reddito sensu
respiciscens, Deo sese submisit, & veniã ab eo petiit: quo
miserante, calamitatibus liberatus, & in regno fuit re-
ceptus. Huc referri debet, quod in Iona Propheta legi-
mus: Locutum esse Dominum contra Nininitas, ut dis-
perderet eos: at vero ut vidit opera eorũ, quia conuersi
sunt à via sua mala, rescissa pœnarum sententiã, iram
suam in subitam commiseratione conuertisse. Misertus
est, inquit, Deus super malitia quam locutus fuerat, ut
faceret eis, & nõ fecit. O pœnitentiã, misericordiam mater,

Iona 3.

magistra virtutum, magna opera tua, quibus reos sil-
uis, ac rescicis delinquentes, lapsos releuas, recreas despe-
ratos. Per te nobis Christus regnum calorũ appropia-
tum designat, dicens: Pœnitentiã agite, appropinqua-
bit enim regnum calorũ. Per te subito rapuit latronem
ad regnũ: per te David post flagitium, felix iterũ rece-
pit Spiritum sanctum: per te Manasses post cruenta fac-
inora, ecce meruit fieri acceptabilis: per te Petro Apo-
stolo, postquam ter rogauit Dominum, data est indul-
gentia dextera: per te filius prodigus regressus ad patrem,
non solam

Chryf. de
Pœnitentiã.

que in
scientiã
neque s
& pœni
ti remi
Domi
Ne
& cor
mittat
neri:

Matth. 3.

Luc. 21.

1. Reg. 12.

1. Paral. 33.

Luc. 22.

Luc. 15.

non solum amplexuum osculumq³, sed etiam epulum vici-
tati saginati, vestemque insignem promeruit adipisci.

Sed audiant qui agunt penitentiam, (inquit S. Am-
brosius) quomodo agere debeant: quo studio, quo affectu,
qua mentis intentione, qua intimatorum concessione vi-
scerum, qua cordis conversione. Vide, inquit Ieremias,

Domine, quia tribulor: venter meus turbatus est a ste-
tu meo: conuersum est cor meum. Cognouisti intentio-
nem animi: fidem mentis cognosce, & habitum corporis.

Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt seniores filie Sion,
& imposuerunt terram super caput suum, precinxerunt
se cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Hie-
rusalem descenderunt in lachrymis, oculi mei caligave-
rant. Quin & perfecta Penitentia, (ait D. Chryso-
stomus) cogit peccatorem omnia libenter sufferre: in corde

eius Contritio, in ore eius Confessio, in opere tota Humi-
litas. Cuius similitudini Penitentiam comparemus?

Sic est, quomodo ager fructifer, aut vinea secunda, aut

etiam arbor fructifera: fructus eius edu peccator fame-
licus, proficit in fiducia Dei, acceptaque remissione,

pinguescit in vita: & hac sunt verba eius. Domine

ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a-
nte te non est absconditus. Clamorem meum, suspirium-
que intellige: pavor peccati sollicitat me, pondus con-
scientie mea deprimit me: & non est mihi spes viuendi,

neque fiducia moriendi: iudicium tuum Deus vereor,
& penas timeo preparatas impiis. Tali animo peniten-
ti remissio datur, & vita donatur: nec regnum deerit a
Domino tribuendum, &c.

Neque verò conturbare nos debet, si ipsa necessitas,
& corporis habitum, & temporis mensuram non ad-
mittat. Sufficit hic ex toto corde, vbi Deus videt, con-
uerri: sicut vidit cor Davidis, quando ille increpatus a

Prophe-

Ambros. de
Penitentia,
lib. 2. cap. 6.

Thren. 1.

Chryf. ser.
de Peniten-
tia.

Psal. 37.

2. Reg. 11. *Propheta grauius, post comminationes terribiles Dei exclamauit, dicens: PECCAUI. & mox audiuit: ABSTVLIT PECCATVM TVVM. Tantum valent tres Syllaba. Tres enim syllaba sunt, Peccauit: sed in istis tribus syllabis, flamma sacrificij cordis eius ad celum ascendit.*

Ambros. in Exhortat. ad pœnitentes.

CONSOLATIO EX S. EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

Exuberantissimã esse S. Eucharistiæ gratiam: quippe quæ peccatorum remissionem ex Iesu Christi D. N. Passione & Morte proponit, nos reficit in hac peregrinatione & sustentat, viuificat, & ad immortalitatem reparat.

CAPVT VIII.

Nec verbis exprimi potest, quàm exuberantè consolationem adferat Eucharistiæ Sacramentum: quod propterea Christus iam iam moriturus instituit, ut penes nos esset amarissima Passionis & Mortis eius memoria: nimirum Corpus eius in mortem traditum, & sanguinem profusum esse in remissionem peccatorum. Voluitq; hoc sacrosancto Mysterio mortem suam annunciari in omnes omnium seculorum generationes. Primum quidem, ut cumulata in nos Dei beneficia, maxime autem summum hoc Iesu Christi sacrificium, gramine recolamus, atque fiduciam de remissione peccatorum, pœnitentes ex animo in nobis accendamus: insuper S. Eucharistiæ huius perceptione virtutem gratiæ spiritualis & vitam animæ hauriamus. Non enim vita & gratia nobis deesse potest, cum nosmet, iuxta Apostoli præceptum, rite probantes vita & gratiæ summum auctorem.

1. Cor. 11.

ibid.

Ante omnia ergo gratias oportet agere Deo, cum pro vniuersis suis in nos beneficiis, tum verò peculiariter, quia

quia quod erat apud eum omnibus pretiosius, unigenitum
 pro nobis filium dedit: & quidem cum adhuc essemus
 ipsius inimici. Ideo in Osee dicitur: Convertere Israël
 ad Dominum Deum tuum: quonia corruiisti in iniqui-
 tate tua. Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad
 Dominum, & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, &
 accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostro-
 rum. Sanè hominum beneficia recordantes vehementius
 eorum amore succendimur: multo: gatur magis (ait Chry-
 sostomus) beneficiorum in nos Dei memores, studiosiores
 erimus ad ipsius mandata seruanda. Idcirco Apostolus
 dixit, Et grati estote. Optima quippe beneficiorum cu-
 stos est, ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratia-
 rum confessio. Propterea & reuerèda ac salutaria My-
 steria, qua in omni certè ecclesia congregatione celebra-
 mus, EYCHARISTIA, id est, gratiarum actio nuncu-
 patur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum:
 caputque ipsum diuina erga nos Charitatis ostendunt.
 Fit hæc gratiarum actio illustrior Deoq; acceptior, cum
 non tantum pro his qua bona putamus, sed etiã qua nos
 coarctant, et contra nostram veniunt volutatem, in Dei
 praconium mens lata prorumpit. Ideo hæc actio gratia-
 rum (ut scribit D. Hieronymus) apud prudentes vi-
 ros, & generaliter & specialiter obseruatur. Generali-
 ter, ut gratias agamus Deo, quod sol oritur, dies currit,
 nox mutatur in requiem: splendore lune tenebrae tempe-
 rantur, & ortu occasuq; stellarum tempora mutantur
 & redeunt: quod nobis seruiunt pluuia, terra parturit,
 elementa famulantur: quod tanta animalium varietas,
 vel ad vehendum, vel ad operandum, vel ad ve-
 sendum, vel ad tegmen, vel ad exemplum, vel ad mi-
 raculum data sunt, & ad extremum quod nati sumus,
 quod subsistimus, quod in mundo quasi in quadã domo
 potentis-

Chryf. in
 cap. 8. Matt.
 Hom. 16.
 Coloss. 3.

Hieron. in
 cap. 5. Epist.
 ad Ephesios.

potentissimi patris familiars procuracionem gerimus: & totum quidquid in mundo est, nostri causa intelligimus procreatum. Specialiter vero, cum in Dei beneficis quibus nobis accedunt gratulamur. Sed hoc & Iudeus fuit, & publicanus & ethnicus. Christianorum propria virtus est, etiam in his qua aduersa putantur, referre gratias creatori. Si domus corruerit: si amantissima uxor & filij vel captiuitate, vel veneno, vel naufragio intercepti sint, si diuitias proscriptioe perdidimus: si finitatem innumerabiles morbi frugerint. Qui sibi factiores videntur, solent Deo referre gratias, quod de periculis vel de miseris liberati sunt: sed hac virtus est maxima, ut in ipsis periculis atque miseris, Deo gratias referantur, & semper dicamus: Benedictus Deus: minora nescio sustinere quam mereor, hac ad mea peccata parua sunt: nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christiani est: hic crucem suam tollens sequitur Saluatorem. Qui autem, sicut diximus, gratias agit Deo & Patri, in mediatore Dei & hominum referat eas Christo Iesu: quia nisi per illum accedere non valemus ad Patrem. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo: id est fructum labiorum confitentium nominis eius.

Deinde & fiducia de Remissione peccatorum vehementissimè in nobis, si verè eorum nos poenitet, excutitur & inflammatur. Etenim quia ad redimenda hominum peccata Christus venerat, nimirum corporis & sanguinis sui dispendio, sicut in Esaiâ dicitur: Tradidit vitam suam: voluit sanè eiusdem Corporis quod daturus, Sanguinisq; què fusurus erat, Sacramentum, perpetuis temporibus perpetuum esse de remissione peccatorum Testimonium: nempe, Mortem suam, & sanguinis profusionem, in omnia secula, in iis qui verè poenitent, ad delenda peccata esse perquam efficacem. Sicut Apostolus dicit: Iesus Christus heri & hodie: ipse &

Matt. 10. 16.
Luc. 9.
1. Tim. 2.
Heb. 13.

Esa. 53.

Ibidem.

senla. Atq. ideo hoc suo sanguine obsignauit nouū illud
 in quo pollicitus est remissionem peccatorū: de quo
 Spiritus sanctus in Ieremia contestatus est, dicens: Ecce
 dies uenient, dicit Dñs, & consummabo super domum
 Israël, & super domū Iuda, TESTAMENTVM NOVVM
 &c. de quo videatur, quæ supra Cap. VI. in Sacramēto
 Baptismi dicta sunt. Et huc faciunt uerba S. Pauli:
 Accēstis ad Testamenti noui MEDIATOREM IESVM:
 & Sanguinis aspersione melius loquentem, quàm Abel.
 Cum itaq. peccatorum moles nos premit, & Satan suas
 admoet machinas, ut nos ad desperationē adigat: re-
 colamus immensam Dei Patris charitatem, qua sic di-
 lexit mundū, ut filium suum unigenitū daret: ut omnis
 qui credit in eum nō pereat, sed habeat uitam eternam:
 quem proposuit propitiatorē per fidē in Sanguine ipsius.
 Regulam itidem insignem illam dilectionē & obedi-
 entiam, unigeniti filij Dei, qua calicem Passionis bibit, fa-
 ctus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem
 crucis: in quo habemus redemptionē per sanguinē eius,
 remissionem peccatorum, secundum diuitias gratia eius:
 & in his meditates, animū nostrum nutantē, spe qua-
 dam ac fiducia suffulciamus. Si enim cum inimici esse-
 mus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, mul-
 to magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius.
 Quin & hoc uinifico cibo potuq. dignē utentes, resi-
 cimur ac sustentamur in hac uita nostra militia & per-
 egrinatione, nullo non certaminum genere, & aruma-
 tum pondere pregrauati: donec perueniamus cum Elia
 ad montem Dei Oreb. Ideo dicit propheta Dauid: Pa-
 rati in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribu-
 lent me. Et rursum: Memoriam fecit mirabilium suo-
 rum misericors & miserator Dñs, escā dedit timentibus
 s. Escam certē dedit: non talē, qualis est hac tēporalis
 seu corpo-

Hebr. 13.

Iere. 17.

Heb. 8. & 10.

Heb. 12.

Ioan. 3.

Rom. 3.

Philip. 2.

Eph. 1.

Colos. 1.

Rom. 5.

Iob. 7.

2. Cor. 5.

3. Reg. 19.

Psal. 22.

Psal. 100.

seu corporalis, paulisper atque ad tempus sustentans vitam, & corpus reficiens, quod nihilo secius imbecille permanet, & suo tempore quantumuis pastum æque castum est: sed quæ facit, ut verè satureremur, sicut in Psalmo dicitur: Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum, atque ita in Domino contra hostes spirituales confortemur. Præstat uero hæc esca verum & solidum nutrimentum, ut non esuriamus neque sitiamus in æternũ. Ideo Christus dicit: Ego sum panis vita: qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Hic est panis de celo descendens: ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur in æternũ. Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi. Et iterum: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. O quàm suavis est Domine spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, purissimum de celo præstito, esurientes replens bonis, fastidiosos diuites amittis inanes.

Ad hæc digna Mysterij huius participatione, in membra Christi transimus, & unimur cum illo: non solum secundum spiritum fide & charitate, sed vera corporis unione: ut iam ipsi velut membra capiti inhaeramus, & unum cum illo corpus efficiamur, qui corpus eius sumimus. Ex qua unione hic nobis salutaris fructus redundat, ut in Christo manentes, vitam æternam, & similem cum illo immortalitatis gloriam, in ipso, & per ipsum possidere possimus. Quæ autem lingua explicare, imò quæ mens cõprehendere valet hunc ardentem Christi in nos amorem: quippe cui non satis fuit, homo pro nobis fieri, colaphis cædi, nisi & semetipsum nobis committeret: ut non fide tantum, verum & ipsa re nos suum corpus efficeret? Cogita ò homo, quali sis insignitus honore, quali mensa si uaris: quod angeli videntes horrescunt, hoc nos participamus.

Psal. 11.
Ephes. 6.

Ioannis. 6.

Sap. 11. 16.

Philip. 3.

Chrysof. ad
pop. Antioch.
Hom. 60. &
61.

placemur, huic nos unimur: & facti sumus unū Christi corpus, & una caro. Quis loquetur potentias Domini, Psal. 105. auditas faciet omnes laudes eius? Vnum quid utiq; efficiamur tanquam corpus capiti coaptatum: vnum efficiamur, veluti surculi generosissimo stipiti insiti: unde fit, ut vero cibo potuq; Corporis & sanguinis Christi, qui Vita est, viuificemur & ipsi, & ad immortalitatem repareremur: vitam inde sicut ex vite palmites trahentes.

Cum enim sit ex substantia Patris Christus, naturaliter Vita est, cuncta viuificans: quo fit, ut & is uiuat, & eandem quam Christus, immortalitatis etiam habeat prerogatiuam, qui ex eo dignè manducat. Itaque corpora nostra quamuis insinitis hic calamitatibus, ac tandem etiam morti obnoxia sunt, verè corpora humilitatis & mortis: tamen in corruptionem deuenire nō possunt, & vitam non percipere, qua à Domini corpore & sanguine aluntur: sed quia panem vita suscipiunt, immortalitatem consequentur, et omnia interitus mala effugiet. Nec officit, quia fideles qui Christo participarunt, corpore moriuntur. Nam etsi hac communi omnium morte cadere videantur, viuunt tamen Deo; ut S. Paulus ait. Rom. 6. 14.

Neg. in hac cum Christo coniunctione nobis solum spes datur, fore, ut corpora nostra aliquando ad incorruptibilem statum reparentur, & immortalitatem consequantur: verum etiam hanc habemus fiduciam, dum in hac lacrymarum valle degimus, in Christo capite nostro securissime nos posse viuere: ut qui nostri, non secus atque sui ipsius corporis curam habeat: (qui enim adheret Dño, 1 Cor. 6. unius spiritus est) ut nullus nos attingere possit malignus, Zach. 3. quin ipsum in nobis attingat Dñm: imò pupillam oculi eius.

Postremò quoniam duo quedam hoc Sacramentum nobis commendat: capitis eximiam erga sua membra Charitatem, & membrorum inter ipsam Societatem ar-

Etissimam

Etissimam: conduplicatur solatium. Nam quicquid boni est in corpore, à capite Christo desluit, ac membrorum omnium commune est: ut in corpore animantis, licet diuersa sint membra variis officijs destinata, tamen vita à capite proficiens, eadē per omnia membra diffunditur, tam indiuidua societate, ut, quemadmodū docet Apostolus Paulus, si doleat vnum membrum, dolent ad omnia perueniat: si gaudeat vnum membrum, gloria sit omnium communis. Nec cōtractior est in corpore mystico Christi gratia, quā in animalis corpore natura: nec potest esse pauper Ecclesia, quae tam diuiti capiti est cōiuncta, in quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter: nec destitui potest membrum, quod à tot Sanctorum millibus subleuatur.

1. Cor. 12.

Coloss. 2.

CONSOLATIO EX VNCTIONIS
INFIRMORVM. SACRAMENTO

CAPVT

IX.

Iac. 5.

Quis vsus S. Vnctionis, & Mysterij explicatio.
DE S. Vnctione infirmorum sic habet Apostolus Iacobus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Quò magis ingrauescit corporis morbus, eò magis etiā angitur plerunque infirmi animus: praesertim cum expendat quod scriptū est: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: ut referat unusquisq. propria corporis, prout gessit siue bonū siue malū. Nec dubiū est, lupū illū infernalem homini peccatori eo momento omnia peccata tanquam in tabella depicta, ob oculos versare, et cōmeritam poenā exagregare: ut quocunq. se vertat, nil nisi tribunalia & gehennas conspiciat. Attamen hic rursum sollicitè succurrat Dei Opt. Max. benignitas: com-

2. Cor. 5.

Ephes. 6.

ta: communit ad hoc certamen militem suum panoplia
 cuncti, aduersus omnes insidias diaboli, ut possit resiste-
 re in die malo: & in omnibus perfectus stare. Induit lorica
 tam iustitia, & scutum tribuit fidei ad extinguendum
 omnia tela nequissimi ignea. Suggestit quoque fomentum
 inbecille fidei peccatoris infirmis, ne qua fiat, ut à spe
 diuina misericordia excidat: eiusdemque diuina sua
 misericordia pinguedine, vulnera cunctosq. dolores ani-
 ma eius sanat. Hoc significatur externò Sacramenti hu-
 ius elementorex cuius visibili forma, inuisibilis que intus
 confertur, euidenter apparet Gratia. Est enim Signum
 interioris atque spiritualis Vnctionis: ut cum corporis se-
 mul ac animi morbo oppressi fuerimus, in Christo respi-
 remus, qui est vnctus oleo letitie præ participibus suis:
 cuius Misericordia sapius in Scripturis Olei nomine
 exprimitur. Superfertur enim oleum ceteris liquoribus,
 atq. supernatur: & ita. Dei Misericordia cunctis super-
 eminet eius operibus: et plus ceteris in homines elucescit,
 Misericordia superexaltat iudiciū: & miserationes eius
 super omnia opera eius. Insuper oleum dolores vulne-
 rum mitigat, & sanat tumores & vlcera: Dei verò mi-
 sericordia plagas anima nostra curat, omnemq. depellit
 languore peccati, ut canit Propheta. Qui propitiatur, in-
 quit, omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infir-
 mitates tuas. Qui replet in bonis desiderium tuum: qui
 coronat te in misericordia & miserationibus. Demū qui
 palastrā subire debebāt aut luctā, oleo delibuti prodi-
 bent in mediū, quo eorū corpora ad id genus certaminis
 essent accommodatiora: sic in acie contra aërias potestates
 certaturis suā Deus misericordiā elargitur: ea nos præ-
 uenit, suggeritq. vires, quibus in tā difficili prelio robu-
 sti, suaq. ope vndiq. muniti, tandē victores euadamus.
 Ideo S. Propheta ait ad Dñm: In te eripiar à tēratione: et al. 17.

Psal. 144.
 Cyril. in
 Ioan. lib. 4.
 cap. 14.
 Iacob. 2.

Psal. 144.

Psal. 102.

et al. 17.

Pfal. 26.

& in Deo meo transgrediar murum. Et iterum: Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ; à quo trepidabo? Si confitit aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exarsit aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Rursum in loco: Fortitudinem meam ad te custodiã, quia Dominus susceptor meus es. Deus meus misericordia eius præueniet me.

Pfal. 58.

Accedit huc Oratio fidei, hoc est, quæ ex vera & pura in Deum fide proficiscitur: quæ sanè plurimum confert emolumentum ægroto, eiusq; animũ valde confirmat: solet: ut confidat se à Deo tanquam vitium eius membrum respici: eoq; minus dubitet se Domini esse, siue uiuat, siue moriatur.

Rom. 14.

OBIECTIONES SATANÆ ET RESPONSIONES FIDELIS ÆGROTI
AD EASDEM.

Aduersus insidias diaboli, & quasuis tentationes, quid faciendum: & quomodo ei resistendum.

CAPVT

X.

Ioan. 14.

Saluator noster Iesus Christus apud Ioannem docet: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Itaque dubium non est, quin quod ausus est Satan in Dominum nostrum Iesum Christum capere nostrum, audeat & in nos, qui membra eius sumus. Sed non est quod trepidemus: quoniã quidem sub alio Christi tutissimi sumus. Sic namque in Malachia dicitur: Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Huc spectat imago GALLINÆ, quæ se Christus comparare dignatus est: nimirum, ut ad huius alitis ingenio & natura, suum in nos affectum declararet. Nam ob oculos videmus penè quotidie, quædam acerba

Malach. 4.

arbitrate animalculum hoc sese opponat aduersarius,
 pro pullis suis: quantòne studio eos sub alas congreget,
 neatur & foueat, neglecta proprii corporis iactura: cu-
 us discrimè pullis tuendis ac fouendis subire haud me-
 rit. Idcirco Christus dixit: Hierusalem Hierusalem, Matt. 23.
4. Eid. v.
 qua occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt,
 quoties volui congregare filios tuos, què admodum galli-
 na congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Bene dicit
 se voluisse congregare filios Hierusalem, sicut gallina
 pullos suos sub alas, ut sicut ex ipsius comparatione cum
 gallina, desiderium salutis hominum in eo intelligimus;
 ita & comparatione hominum cum pullis, intelligamus
 quantopere Dei gratia, protectione, & fomèto egeamus.
 Vnde orat Propheta David Dominum, ut velut pul-
 lum se protegat. Sub umbra alarum tuarum, inquit, Psal. 18.
 protege me. Ergo Christi prasidio muniti, non metua-
 mus aduersarium: quin magis ei fortiter resistamus, in
 omnibus sumentes scutum fidei, in quo possimus omnia
 tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis, Ephes. 6.
 & gladium spiritus, quod est Verbum Dei. Scuto fi-
 dei excipienda sunt satanae tela, ne noceant: gladio spi-
 ritus, id est, Verbo Dei, ipse oppugnandus est & sternendus
 tentator, ne aduersum nos proualeat. Semper autem no-
 stre imbecillitatis memores, atque in Domino conforta-
 ti, non in nobis sed in Deo gloriari, ac victoriam sperare
 debemus. Propterea S. Iacobus ait: Subditi estote Deo: Iacob. 4.
 resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Hoc autem ante
 omnia diligenter obseruandum est, ne agroti, aut etiam
 sanis unquam cum diabolo de aliquibus fidei nostrae ar-
 ticulis disputandum nobis putemus: ne forte sicut Euam Genes. 3.
 seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus nostri, &
 excedant à simplicitate, qua est in Christo Iesu. Quare 1. Cor. 13.
 si de rebus fidei nobiscum agere nititur: protinus simpli-
 cissimas

- cissima fide Symbolum Apostolicum depromamus, nihil inquirentes, nihil hesitantes: & quod Catholica credit Ecclesia, hoc ipsum nos quoque credere profiteamur.
- Luc. 17.** Ad hac ardentem cum Apostolis Dominum Iesum, ut fidem nobis augeat, oremus. Ad reliquas eius Obiectiones seu Tentationes, perinde ut Christus Dux & Imperator noster in deserto, ita & nos ei obuiabimus: accipiendo nimirum eum, de quo modo diximus, spiritus gladium, Dei videlicet Verbum. Sic enim eo gladio usus est Christus, dum tentatori respondit: **SCRIPTVM EST.**
- Matt. 4.** **SCRIPTVM EST.** Ita autem fiet, ut ab oppugnatione nostri cesset, nosq; relinquat. Neque tamen omnia relictæ erimus, sed quemadmodum ad Christum angeli, fugato Satana, accesserunt, eiq; ministrarunt: ita & nobiscum erunt, ut nos custodiant in omnibus viis nostris.
- Psal. 139.** Hoc quippe mandati à Deo habent. Unde de eis Apostolus Paul. dicit: Oēs sunt ministratori spiritus, in ministeriū missi propter eos qui hereditatē capiet salutis.
- Heb. 1.** Iam ponenda sunt tanquam capita quedam, ea que Satan plerunque solet obuiocere, quibus fideles in exitum sempiternum conatur pertrahere: & qua vicissim ad eius Obiectiones ex Scripturis sanctis respondenda erunt.

OBIECTIONES XVIII. SATANÆ AD ÆGROTI

- tum & totidem Responsiones fidelis ægroti.
- CAP. XI.** **OBIECTIO SATANÆ. I.** Dulcis & incuuda est hac mundi vita.
- Iob. 7.** **RESPONSIO FIDELIS ÆGROTI.** Scriptū est: Multa est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij dies eius. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Pigrum & hospites sumus super terram. Neque habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus.
- 1. Cor. 15.**
- Heb. 11. 13.**

OBIECTIO II. Splēdidas relinquis opes: in quibus longum tempore voluptuari debebas. RESPONSO. Scriptum Eccl. 1. & 2.
 Est: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur praterita. Et mundus transiit, & concupiscentia eius. 1. Ioan. 2.

OBIECTIO III. Relinquis charissimam coniugem, dulcissimos liberos, & propinquos suauissimos: domum & agros, &c. RESPON. Christus Dominus meus dicit: Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est Mat. 10. 19.
 medignus: Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & Vitam aeternam possidebit.

OBIECTIO IN PAVPERES IIII. Non te mouet pauperula vidua, & orphani tui, à quibus diuelleris? RESPONSO PAVPERIS AGROTI. Dominus Deus, Pater est orphanorum, & Iudex viduarum: propinquus fortis paruulorum, & pupillorum. Ipse dixit: Relinque Prouerb. 23.
 pupillos tuos, ego faciam eos viuere: & vidua tua in me Ierem. 49.
 sperabunt.

OBIECTIO V. Desereris ab omnibus: solus migras. RESPONSO Hec dicit Dominus: Noli timere, quia rederi te, & vocati te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Noli timere, quia tecum sum. Item: Non te deseram neque derelinquam. In Deo itaque salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Nolo timere: plures enim nobiscum sunt, quam tecum. 4. Reg. 6.

OBIECTIO VI. Iratus est tibi Deus.

a 4

RESPON-

Michz. 7. **RESPONSIO.** *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei: donec causam meam indicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, & videbo iustitiam eius.*

OBIECT. VII. *Propter iniquitatem corripit Deus hominem: ideo circumdederunt te mala, quorum non est numerus. Hæc flagella sunt peccatorum.*

RESPONSIO. *Scriptum est: Beatus homo, qui corripitur a Domino. Quem diligit Dominus castigat: flagellat onnem filium quem recipit. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.*

OBIECT. VIII. *Horrenda res, mors: miserum est mori.* **RESPONS.** *Non moriar, sed vivam: & narrabo opera Domini. Credo videre bona Domini, in terra viventium. Beati mortui qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Mihi vivere Christus est: & mori lucrum.*

OBIECT. IX. *Pereundum est.* **RESPONS.** *Christus Iesus dicit: Hæc est voluntas eius, qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die.*

OBIECT. X. *In pulverem redigeris. Subter sternetur tineæ, & operimentum tuum erunt vermes.*

RESPONS. *Christus est Resurrectio & Vita. Resuscitabit me in novissimo die. Oportet autem corrumpi hoc, induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in calis.*

OBIECT. XI. *Mortuo homine nulla est spes amplius.* **RESPONS.** *Scio quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem*

Psal. 117.

Psal. 126.

Apoc. 14.

Philip. 1.

Esa. 14.

Ioan. 11.

Ioan. 5.

1. Cor. 15.

2. Cor. 6.

Iob 19.

cum visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt,
& non alius. *Reposita est hac spes mea in sinu meo.*

OBIECT. XII. Peccator es omnium maximus.

RESPONS. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: 1. Tim. 2.
quod Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores
saluos facere: quorum primus ego sum.*

OBIECT. XIII. Superant peccata tua arenam Pfal. 119.

RESPONS. *Copiosior est Domini misericor-
dia. Sicut fuit sensus meus, ut errare à Deo, decies tan-
tum iterum conuersus, requirameum. Quoniam secun-
dum altitudinem cali à terra, corroborauit misericor-
diam suam super timentes se. Suauis Dominus uniuersis
suis, & miseraciones eius super omnia opera eius. Bene-
placitum est Domino super timentes eum, & in eis qui
sperant super misericordia eius.* Baruch. 4.
Pfal. 102.
Pl. 144. 146.

OBIECT. XIII. Scriptum est: *Altissimus odio* Ecclef. 12.

habet peccatores: & impiis reddet vindictam.
RESPONS. *De obduratis & impœnitentibus dictum
est: Qui enim metis est dura, corruet in malũ. Et: Cor-
durũ malè habebit in nouissimo. Sic autem habet Scri-
ptura: Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimu-
las peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim
omnia qua sunt, & nihil odisti eorum qua fecisti. Par-
cis autè omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas
animas. Et in Ieremia dicit Dominus: Si pœnitentiam
egerit gens à malo suo quod locutus sum aduersus eam:
etiam & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut
ficerem eis.* Prou. 28.
Ecclef. 8.
Sap. 11.
Ierem. 18.

OBIECTIO XV. Serò nimis peccatorum pœnitet.

RESPONSIO. *Haud serum est, quod verum. Et la-
troni in cruce Christus, Hodie, inquit, mecum eris in
paradiso. Dicam ergo cum eodem: Domine, memento
mei, cum veneris in regnum tuum.* Luc. 23.

Rom. 3. OBIECT. XVI. *Iustus est Deus: nec vllum peccatum impunitum relinquit.* RESPONS. *Scriptum est: Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei: iustificati gratia per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus PROTITIATIONEM per fidem in sanguine ipsius. Et rursus: Si quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, IESUM CHRISTUM IUSTUM: & ipse est Propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Psal. 31. OBIECT. XVII. *Migras hinc peccatis onustus & cooptertus: nudus bonis operibus.* RESPONS. *Beati quorum remissa sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Ego autem gaudens gaudebo in Domino: & exultabit anima in Deo meo. Quia induit me vestimentum salutis: & indumento iustitie circumdedit me.*

Isa. 61. OBIECTIO XVIII. *Condemnaberis: non est tibi pars in Regno Dei.* RESPONS. *Vox Filij Dei est, Iesu Christi Domini mei: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in Filium, habet vitam eternam.* ALIA D. BERNARDI. *Fateor, non sum dignus ego, nec propriis possum meritis Regnum obtinere celorum. Ceterum duplici iure illud obtinens Dominus meus Iesus Christus, hereditate scilicet Patris, & merito Passionis: altero ipse contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono, iure illud mihi vendicans, non confundor.*

Vitz Bern.
lib. 1. ca. 12.
Hæc sententia sup. lib. 1.
ca. 28. etiam
posita est:
digna quæ
sepe repetatur.

Quid nam ægrotus ad diaboli deliniamenta, quibus illius merita extollere nititur, respondere, ac de se sentire debet.

Hoc quoque serîo cogitandum, cruentam illam **CAFVT**
 Hæsiam, stygium hostem Satanam, sæpe transfigura-
 XII.
 re se in angelum lucis: & quem ad desperationem lar-
 1. Cor. 11.
 uata facie adâncere non potest, alia assumpta persona,
 eum ad sui suorumq; meritorum fiduciam sollicitare:
 quo quidem astu permultos decipit. Exemplo est gloria-
 bundus ille meritorum suorum iactator & ostentator
 Pharisæus: cui Publicanus, quia peccatorem se humi-
 Luc. 18.
 liter agnouit, ab ipso Christo prelatum est. Venerunt due
 Chryf. Ho.
 naues, ait D. Joan. Chrystost. habentes onus: ambe por-
 mil. 4. de
 tum ingressæ sunt: sed Publicanus pulchrè in portum
 Verbis Esaiæ.
 appulit, Pharisæus autem naufragium perpeffus est: ut
 Vide Domi-
 disceres, quantum mali sit animi tumor. Valde timen-
 num.
 dum est hoc diaboli præcipitium: extollit in altum, quem
 antiè deprimere nequibat, ut lapsu grauiore ruere faciat
 magnificè sublatum. Proinde si suggerit Tentator ægrotus:
 Purus es ab iis vitiis, quibus ille & ille laborat: respon-
 deat, Est igitur, vnde Domino Deo meo gratias agam,
 non est vnde mihi placeat. Nã nisi me Domini Miseri-
 cordiâ protexisset, & si similis irruisset tentatio: patraf-
 sem eadem, aut forte sceleratiora. Ad eundem modum, si
 proponit multa & præclara Opera, puta, ieiunia, vigi-
 lias, orationes, eleemosynas, & id genus alia: huiusmodi
 praua suggestioni humiliter de se ac submisso sentiens
 ægrotus, & peccata sua in memoriam reuocans, cum Apo-
 stolo Paulo dicat: Gratia Dei sum, id quod sum. Et cum
 1. Cor. 15.
 Propheta David clamet: Non intres in iudicium cum
 Psal. 142.
 seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
 viuens. In Ieremia legitur dictum aduersus Ezebon:
 Ierem. 48.
 Pro

Pro eo quod habuisti fiduciã in munitionibus & in thesauris tuis: tu quoque capiẽris. Munitiones & thesauros intellige varia Spiritus S. gratiarum dona, & opera bona plurima: in quibus ni capi voluerimus à Satana obseruare oportet Regulam hanc à Salvatore nostri Iesu Christo præscriptã: Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. S. Iob, cui testimonium reddidit diuina Scriptura, quod fuerit simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, dicit tamen: *Quantus ego sum, vt respondeam Deo, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicẽ deprecabor. Si iustificare me voluerit, os meum condemnabit me: si innocentem ostẽdero, prauũ me cõprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundiissima manus meæ: tamen fordebus intinges me. Quid ni contremiscat quãuis perfectũ iustitia, ad tribunal iustitiæ diuinæ: cùm nec astra sint munda in conspectu eius? Celi, inquit, non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatẽ? Et iterum: Ecce luna etiam non splendet, & stella non sunt munda in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatẽ: quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenũ habent fundamentum? Et Esaias dicit: Facti sumus vt immundi omnes vos: & quasi pannus menstruatae vniuersa iustitiæ nostræ. Atque ideo p̃i fideles in æterna Beatitudine constituti videntes admirabuntur vtiq̃ue: ac fortasse querent, quibus operibus tantã percipere meruerint mercedẽ? Sed audient: Non ex operibus iustitiæ, quæ fecistis vos, sed secundum suam*

Luc. 17.

Iob 1.

Iob 9.

Iob 15.

Iob 25.

Iob 4.

Esa. 64.

M. Marulus,
de Relig. lib.
6. cap. 12.

Tit. 3.

miseri-

meritorem misericordiam piissimus Dominus saluos vos fecit. Non enim condigna erant passiones huius temporis tanta ac tali gloria: sed omnium bonorum largitor Deus, diues in omnes, nouit dare magna pro modicis, pro breuibus & momentaneis sempiterna.

In fallacem Meritorum fiduciam, vtilissima S. Patrum Admonitiones.

Periculum certè non exiguum est, ad Opera nostra spectare: nam si mala sunt, inde mox oritur desperationis occasio: si bona, facile nobis ob ea placentes, per inanem gloriam, quicquid in eis erat meriti amittimus.

Alia quippe quaecunq. iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia verò etià bonis operibus insidiatur, ut pereant. Reddet Deus haud dubie mercedem iustis laborum suorum: sed quid in iis nisi sua dona coronabit?

Quid, quod saepe (ut rectè à S. Gregorio dictum est) lustrina nostra, iniustitia est: et sordet in distinctione iudicis, quod in estimatione nostra fulget. Quemadmodum enim lucerna in tenebris splendere cõspicitur, sed in solis radium posita obtenebratur: ita & nos speciosum quid in nostris quidem oculis peregrisse videbimur, quod in conspectu tamen Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, nullo forsitan in pretio habebitur. Rectè proinde Agathon, ad quem cum dicerent discipuli, Et tu pater times agrotans? Respondit: Laboravi in hac vita, qua potui virtute, in custodiendis mandatis Dei: sed homo sum, & nescio si placuerint opera mea Deo: quia alia sunt iudicia Dei, alia hominum. Sint igitur in conspectu, in hoc tentationis genere, preclarissime trium illustriũ Ecclesie Patrum, Ambrosij, Augustini, & Beda Admonitiones: qui non minus veræ humilitatis quàm eruditionis gloria conspicui fuerunt. Ea sic habent.

AMBRO-

Rom. 8.

Rom. 10.

XIII.

August. Epist. 109.

Sap. 10. Vide Aug. Epist. 105. & in Psal. 70. 98.

1. Cor. 4.

In Collationibus Patrum.

AMBROSIVS.

Ambros. ser.
20. super
Psal. 118.
ad vers. Vi.
de humilita-
tem meam.
Rom. 14.

Nemo sibi arroget, nemo de meritis gloriatur, nemo de potestate se iactet: sed omnes speremus per Dominum Jesum misericordiam inuenire, quoniam omnes ante tribunal eius stabimus: de illo veniam, de illius indulgentiam postulabo. Qua enim spes alia peccatoribus? Et qui se hic aurum putat, habet plumbum: & qui putat se granum tritici, habet paleam, qui possit exuri.

AVGVSTINVS.

August. Cō-
fess. lib. 9.
cap. 13.

Verum etiam laudabili vita hominum, si remota misericordia discant eam Domine. Quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus aliquid quem apud te locum inuenire indulgentie.

IDEM.

In Expositio-
ne Psal.
142. ad vers.
Non intres
in iudicium.

Merito humilis in corpore Christi discens à capite, quoniam mitis est & humilis corde. Ne intres, inquit, in iudicium cum seruo tuo. Non litigemus: noli tecum habere causam, ut ego proponam iustitiam meam, tu conuincas iniquitatem meam. Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quoniam non iustificabitur coram te omnis uiuens. Iustificare forte potest se coram se, non coram te. Quomodo coram se? Sibi placens, tibi displicens: coram te autem non iustificabitur omnis uiuens. Noli ergo intrare mecum in iudicium Domine Deus meus. Quantumlibet rectus mihi videar, producis tu de thesauro tuo regulam, coaptas me ad eam, & prauus inuenior. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Indignum est tibi cum seruo tuo intrare in iudicium, nedum cum amico quidem tuo: quia vobis dico amicis meis non ducetis,

Iean. 15.

dices, nisi ex seruis amicos in ipse fecisses. Tu licet
 dicas amicum, ego confiteor seruum. Misericordia
 indigeo, fugitivus redeo, pacem quero: non sum di-
 gnus vocari filius tuus. Ne intres in iudicium cum
 seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo
 omnis vivens.

Luc. 15.

BEDA.

Pulsamus infatigabili desiderio eterna Beatitudinis,
 aureas per conditoris: nec cessemus a ceptis priusquam
 illo aperiente, de carcere mortis huius mundi eripi, ac
 portam mereamur celestis Patria ingredi. Nemo sibi
 blandiatur de innocetia, nullus fidens suis actibus, qua-
 si qui misericordia iusti iudicis non egeat, a preci-
 bus cesset: quin potius etiam cum se aliquid boni quis
 egisse cognoverit, quia qua hoc districtione iudicetur
 ignorat, tremens cum Propheta clamat: Ne intres in
 iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in con-
 spectu tua omnis vivens. Et cum beato Iob: Si iustifica-
 re me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem
 ostendero, prauum me comprobabit. Memor istius Apo-
 stolici sermonis: Si dixerimus quoniam peccatum non ha-
 bemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si
 confiteamur peccata nostra: fidelis est et iustus, ut remit-
 tat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniqui-
 tate. Si dixerimus, quoniam non peccauimus, mendacem fa-
 cimus eum, & verbum eius in nobis non est. Neque rursus
 quisquam considerata peccatorum suorum qualitate, seu quan-
 titate, a petenda venia mente desperando renocet. Ne-
 minem visa suorum putredine vulnerum, sui magnitudo lan-
 guoris, a salute querenda retrahat. Prebeat magna obti-
 nenda sanitatis fiduciam, quod ipse Conditor noster, Medicus
 nobis fieri, ipse ad nos venire in carne, ipse infirmitates
 nostras

Beda in cap.
1. Euang.
Luc.Psal. 142.
Iob. 9.

1. Ioan. 1.

Esa. 53.

nostras suscipere ut sanaret, dolores nostros ut auferret portare dignatus est: ipse pro nobis suum sanguinem fudit: suam pro vita nostra mortem obtulit. Ipse magis peccantium admissis, magna poenitentia remedia ostendit: ipse rogari ut praestet, amat: qui animos inopum ad se rogandum largus donator erigit, dicens: Omnis qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti aperitur. Non ergo dubitandum, quod petentes accipimus: querentes inuenimus: pulsantibus nobis aperietur: qui nimirum fallere non potuit Veritas qua promissit.

Luc. 11.

PROTESTATIO HOMINIS
CHRISTIANI EGROTI.

CAPVT

XIII.

Ex Ioan.
Lansp. &
Eud. Blofio.

Ego miser & infelix peccator, redemptus tamen pretioso Sanguine D. N. Iesu Christi, per magnum ipsius erga me Dilectionem, non meum meritum: Prostor coram omnipotenti Deo, & tota Curia caelesti, cupere & velle in ea Fide vitam hanc finire in qua conuenit obedientem S. Ecclesiae Catholicae filium mori. Credo & confiteor vniuersas & singulas partes Fidei Christianae, duodecim Articulis, vel aperte expressis, vel rationabiliter inclusas: secundum quod a Spiritu sancto per duodecim Apostolos veritate Euangelicis traditi sunt. Ad haec credo, & adhaereo illorum interpretationibus seu declarationibus, non quorumvis, sed quibus suis: sed iis, quae per sanctos Patres edita, a S. Conciliis approbata & confirmata sunt. Et generatim credo quidquid verè Christianus credere debet. Haec immobilem & firmam Fidem tenere volo, tanquam firmissimum & inuictissimum aduersus omnes Satanae insultus & insidias, Scutum. Quapropter, si vel hostis impugnatione, vel morbi violentia pressus, aliquid huic proposito contrarium cogitarem, loquerer, aut facerem iam illud

Ephes. 6.

omnium illud renoco, & contestor nullo modo consentire me
 in libris cogitationibus, verbis, aut operibus. Quod vero
 in me est, ignosco & remitto omnes iniurias & molestias
 mihi quomodocunque illatas: id ipsum humiliter petens
 mihi fieri ab his, quos vel verbis vel factis unquam of-
 fendi. Agnosco autem me hactenus non pure nec sancte
 vixisse coram Domino Deo, sicut vivere debueram.
 Agnosco scelera mea multa nimis. Agnosco culpas &
 negligentias meas infinitas. Agnosco quidquid mali per
 omnem vitam meam commisi: & supplici mente mise-
 ricordissimo Domino Deo nostro veniam peto: dolens,
 quod unquam eum offenderim. Quamuis autem gra-
 viter, & multis modis deliquerim: non tamen diffido de
 benignissima Misericordia Redemptoris mei: sed spero
 me per Meritum, non meum, sed Passionis & Mortis
 eius, participem futurum eterne Vitae. Itaque gratias
 ago misericordissimo Creatori meo, pro omnibus suis in
 me beneficiis in Christo Iesu exhibitis: commendoque ani-
 mam meam in manus eius: quiescens in amaritudine
 Passionis Domini & Salvatoris mei Iesu Christi. Cui
 laus & honor, in perpetuum. Amen.

PRECATIVNCVLA.

Sancta Trinitas, conserva hanc Fidei meae incorami-
 natam religionem: & usque ad excessum spiritus
 mei, dona mihi hanc Conscientia mea vocem, ut quod in
 regenerationis meae Symbolo, baptizatus in Patre, &
 Filio, & Spiritu sancto, professus sum, semper obtineam.
 AMEN.

Hilar. lib. 7. 2.
 de Trinitate.

Matt. 28.

LIBER QUINTVS.

SIVE

PRECATIONES PIÆ,

IN MORBO, AC MORTIS
periculo dicendæ, & in Passionem Do-
mini nostri Iesu Christi Meditationes: ad
iuuandum ægrotum accommodatæ.

Quomodo oraturi Affectus dirigendus & compo-
nendus: D. Basilij Mag. Admonitio.

CAP. I.
Constit.
exercitoria-
rum cap. 1.



RATIONIS duo sunt modi: alter
Glorificationis cum humilitate, alter
Petitionis illo inferior. Orans igno-
ne statim ad petitionem deueniat, quod
quod si non feceris, detegis propositum
tuum, quod à necessitate coactus Deum
adoras. Vbi itaque incipis orationem, sine terram, tran-
scende caelum, relinque omnem visibilem & inuisibilem
creaturam, & incipe à glorificatione Conditoris ver-
uerforum, Benedico te Domine longanimū & toleran-
tem malorum: qui pateris me quotidie peccantē, & da-
nobis omnibus pœnitentia potestatem. Propterea cum
taces ac sustines nos Domine, ut te generis nostri saltem
disponentem glorificemus: qui aliquando per timorem,
aliquando per admonitionem, aliquando per prophetas,
postea verò per presentiam Christi tui nos visitasti. Tu
enim fecisti nos, & non ipsi nos: in es Deus noster. Cum
autem glorificaueris ut potes & miseris laudem ad
Deum: tunc incipe cum humilitate, & dic: Ego quidem
Domine

Domine
peccata
missisti.
ti, & à fa-
tas tua e-
ago tibi, &
pro illa m-
debes pet-
corporis
ram geri-
nū esse, si-
ptum est:
ipse cura
indignat
tibi ipsi d-
fiteris do-
lio, Lucæ
minem, &
non accep-
pulsā ostē-
qui quar-
dilectē, q-
varunt?
ram han-
li, sic er-
præterit
fuit ipsi
& non a-
& patre
falsa est
habemus
notus pe-

Domine, non sum dignus ut loquar coram te, quia valde peccator sum. Gratias ago tibi, quod patiens fuisti ob peccata mea, & usque ad hoc tempus me impunitum dimisisti. Ego enim dignus eram olim innumera mala pati, & a facie tua abici. Verum tolerans malorum benignitas tua erga humanum genus patiens fuit ob me. Gratias ago tibi, etiamsi non sum sufficiens ad gratiarum actionem, pro illa malorum tolerantia tua. Tunc deinceps pete, quod debes petere: non divitias, neque gloriam terrenam, non corporis sanitatem. Ipse enim te fecit, & tua salutis curam gerit: & novit quod unicuique conducit, sine sanum esse, sine agrotare. Sed pete quemadmodum tibi preceptum est, Regnum caelorum: & de necessitate corporis tui, ipse curat. Munificentissimus est enim Rex noster, & indignatur si quis parvum quid ab ipso petat. Pete ergo tibi ipsi digna Rege Deo: petens autem digna Deo, ne desisteris donec accipias. Hoc enim innuit Dominus in Evangelio, Luca 11. Exemplum enim sumit ab homine ad hominem, ut discas nunquam desperare, ut ubi petieris & non acceperis, non desistas donec accipias: & patienter pulsa ostium Domini. Omnis enim qui petit accipit: & qui quatit invenit: & pulsanti aperietur. Vis discere o dilecte, quomodo patientes fuerint sancti, & non desperarunt? Ad Abraham dixit Deus: Tibi dabo terram hanc & semini tuo post te, & velut sidera caeli, sic erit semen tuum, quod non enumerabitur. Et praeterit multus annorum numerus, & mortificata fuit ipsius natura: praeforis autem ipsius erat mors, & non dixit, Domine semper mihi filios promittis, & patrem me omnium gentium futurum praedicis: falsa est promissio tua. duo enim senes qualem spem habemus? Non dixit haec, non cogitavit, sed fide incommuni permansit: & aetate quidem senescebat, spes autem

Mat. 6.

Genes. 15.
Roman. 4.

juvenesce

inueneſcebat. Deus eſt, inquit, qui promiſit. Ipſe eſt qui etiam impoſſibilia poſſibilia facit. Imitare fidem Abraha. Qui illi promiſit multiplicare ſemen ipſius, etiam nobis promiſit petentibus exhibere petitionem noſtram: dicit enim, Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, et ego reficiam vos. Nam cum tu longe ab ipſo abeſſis, ob languentem te & peccati onere granatum, miſericordia motus, te accerſiuit, vt te onere leuaret, & de cateris requiem largiretur.

Math. 11.

Precatio in Morbo, & alia quauis Afflictione.
Ex Tobia cap. 3.

CAPVT
II.

Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua vera ſunt, & omnes viae tuae miſericordia & veritas. Et nunc Domine memor eſto mei, & ne vindictam ſumam de peccatis meis, neque reminſcaris delicta mea, vel parentum meorum: quonia non obediuius preceptis tuis. Et nunc Domine ſecundum voluntatem tuam fac mecum: & praecepe in pace recipi ſpiritum meum.

D. Auguſtini Precatio, pro Patientia in Afflictione, vel Morbo.

CAPVT
III.

Ex lib. Meditationum,
cap. 38.

Pſal. 118.
1. Pet. 5.

Miſerere Domine, miſerere pie: miſerere mihi miſerrimo peccatori, indigna agenti, & digna patienti. Si penſo malum quod feci, non eſt tantum quod patior: grauius eſt quod commiſi, lenius eſt quod tolero. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum: & non eſt vlla iniquitas in te. Tibi cura eſt de omnibus, praecepe de ſeruis tuis, qui totam ſpem ſuam poſuerunt in ſola miſericordia tua. Idcirco obſecro & ſuppliciter rogo, vt non facias mihi ſecundum peccata mea, quibus iram tuam merui: ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam, qua ſuperant peccata etiam totius mundi. Tu Domine,

qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam: ita ut laus tua non recedat de ore meo. *Miserere mei Domine, miserere mei: & adiuua me, sicut tu nosti, quod mihi necesse est, in corpore & in anima. Scis omnia, potes omnia: qui vivis in secula. Amen.*

Alia, pro obtinenda Patientia, in Morbo, seu alia Afflictione

Clementissime Redemptor, qui semper es misericors, semper es servator. siue tristitia nobis immittis, siue letia. Magna enim misericordia est, dum per externas afflictiones, perque temporarias molestias preparas nos ad sempiterna gaudia: quandoquidem hanc ad veram felicitatem viam ipse nobis tuis praeignasti vestigiis, da ut hunc calicem velut abs te porrectum patienter & obedienter ebibam. Si visum est addere doloribus: adde & Patientia donum. Tibi subiecta est anima mea, quoniam abs te patientia mea: quia tu Deus meus, servator meus & adiutor meus: Deus auxilij mei, & spes mea in te est. Tibi gloria in secula. Amen.

CAPVT

IIII.

Eraf.

1. Pet. 2.

Psal. 61.

Ægrotantis Precatio.

OMnipotens & misericors Deus, qui per aegritudines corporales nos nostra admones mortalitatis, renocans ad penitentiam. Ad te clamo ex toto corde meo: ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: saluum me fac propter misericordiam tuam. Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac & saluus ero: quoniam laus tua in es. Tu vulneras & mederis: percussis & manus tue sanant. Tu occidis & vivificas: deducis ad inferos & reducis. Proinde si haec infirmitas non est ad mortem: fer opem

CAP. V.

Psal. 6.

Ierem. 17.

Iob 5.

Tob. 13.

b 3

fer opem

Ioannis. 11.
Psal. 40.
Psal. 39.

Tob. 3.
Psal. 30.

fer opem super lecto doloris mei. Placeat tibi Domine ut eruas me: Dñe ad adiuvandum me respice. Si autē expedit tibi iam mori magis quam vivere: fac mecum secundum voluntatem tuam: & præcipe in pace recipi spiritum meum: quem in manus tuas comendo. Qui vivis & regnas Deus, in secula seculorum. Amen.

In Mortis periculo, Precatio.

CAPVT
VI.
Eras.

Domine Iesu Christe, unica salus viventium, aeterna vita morientium: tua sanctissima voluntati me totum submitto, tradoque: siue hanc animam in huius corporis sculi domicilio diutius commorari placeat ad tibi feruendum, siue ex hoc seculo demigrare velis: certus, non posse perire, quod tua misericordia commissum est. Carnem hanc fragilem ac miseram a quo deponam animo, videlicet spe Resurrectionis: qua mihi illam reddet multo felicior. Animam quoque ut aduersus omnia tentamenta tua gratia corroboret: contraque omnes Satanae assultus cinge me scuto tuae Misericordiae: qua olim martyres tuos aduersus horrendos cruciatus, ac mortis crudelissimos, inuictos reddidisti. Video quam nihil in me sit praesidii: in tua inenarrabili Bonitate tota est fiducia mea. Nihil habeo meritorum, quod allegem apud te: malorum heu nimis multum video: sed per tuam iustitiam confido me in numero iustorum censendum. Tu mihi natus es, mihi sitiisti, mihi esuristi, mihi docuisti, mihi orasti, mihi ieiunasti: mihi tantum bonorum operum in hac vita peregisti: mihi tam acerba passus es, mihi in cruce pretiosam animam tradidisti. Pro sint mihi nunc, quae sponte donasti. Tuus sanguis abluit maculas criminum meorum: tua iustitia regat iniustitiam meam: tua Merita me supremo iudici commendent. Ingrauescente malo, adauge gratiam tuam: ne vacillet

in me

in me Fides, ne titubet spes, ne frigescat Charitas, ne terrore mortis deiciatur humana infirmitas: sed postquam mors occuparit oculos corporis, mentis tamen à te non desleatantur: cùmque lingua usum ademerit, cor tamen instanter ad te clamet: IN MANVS TVAS DOMINE COMMENDO SPIRITVM MEVM. Cui laus, honor & gloria sine fine, Amen.

Psal. 30.
Luc. 23.

Eiaculationes ex Psalmis, cùm aliàs, tum præcipuè in Mortis necessitate dicendæ.

Domine ne in furore tu arguas me: neq. in ira tua **CAPVT**
corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine: quoniam conturbata sunt **VII.**
ossa mea. Et anima mea turbata est valde: & tu Dñe **Psal. 6.**
vsque quo? Convertere Domine, & eripe animã meam:
saluum me fac propter misericordiam tuam.

Conserua me Domine, quoniam speravi in te. Sis **Psal. 15.**
in conspectu meo semper: & à dextris mibi, no commovear.

Inclina aurem tuam mibi: mirifica misericordias **Psal. 16.**
tuas, qui saluos facis sperantes in te. Custodi me vt pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me.

Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice. **Psal. 21.**

Ad te Domine lenani animam meam: Deus meus in **Psal. 24.**
te confido, non erubescam. Reminiscere miseracionum tuarũ Domine: & misericordiarum qua à seculo sunt. Delicta iuuentutis mea & ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniversa delicta mea. Custodi animam meam & eripo

- Psalm. 16.* & eripe me: non erubescam quoniam speravi in te. Adiuutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus.
- Psalm. 30.* Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua. Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
- Psalm. 37.* Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis mea.
- Psalm. 39.* Complacet tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuvandum me respice. Adiuutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
- Psalm. 40.* Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
- Psalm. 50.* Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me à facie tua.
- Psalm. 56.* Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam. In multitudine misericordiae tuae exaudi me: in veritate salutis tuae. Eripe me de luto vt non insigam: libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum. Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam à me, quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende anima mea, & libera eam.

Deus

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad ad- P^{sal.} 69.
 iuuandum me festina. Deus adiuua me. Adiutor meus
 & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

In te Dñe speraui, nō confundar in aeternū: in iustitia P^{sal.} 70.
 tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurem tuā, &
 salua me. Esto mihi in Deum protectorem: & in locum
 munitum, vt saluum me facias. Quoniā firmamentum
 meum, & refugium meum es tu. Tu es patientia mea
 Domine: Domine spes mea à iuuentute mea. In te con-
 firmatus sum ex utero: de ventre matris meae, tu es pro-
 tector meus. Cū defecerit virtus mea, ne derelinquas
 me. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium
 meum respice.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quo- P^{sal.} 75.
 niam inops & pauper sum ego. Custodi animam meam,
 quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus
 meus sperantem in te. Misere mei Domine, quoniam
 ad te clamaui tota die: latifica animam serui tui, quo-
 niam ad te Domine animam meam leuaui. Quoniam
 tu Domine suavis & mitis: & multa misericordia om-
 nibus inuocantibus te. Respice in me, & miserere mei.
 Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt
 me & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me,
 & consolatus es me.

Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut P^{sal.} 88.
 ignis ira tua? Memorare quae mea substantia: nunquid
 enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundū elo- P^{sal.} 118.
 quium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuae,
 & viam. Tuus sum ego: saluum me fac. Adiutor &
 susceptor meus es tu: & in verbum tuum super speraui.
 Suscipe me secundum eloquium tuum & viam: &
 non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, &

b 5 saluus

saluus ero. *Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. Misericordie tuae multa Domine: secundum iudicium tuum uiuifica me. Erraui sicut ouis quae perit: quare seruum tuum Domine.*

Psal. 119.

De profundis clamaui ad te Dñe: Dñe exaudi uocem meam. Fiant aures tuae intendentes in uocem deprecationis meae. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Psal. 142.

Nō intres in iudiciū cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Velociter exaudi me Domine: deficit spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: educ de tribulatione animam meam.

Eiaculationes alia, ex utroque Testamento collectę.
2. Paralip. 36.

CAPVT
VIII.

TU Domine omnipotens, benigne, longanimis & multum misericors, secundum multitudinem Bonitatis tuae, promissisti penitentiam & remissionem iis, qui peccauerunt tibi: & multitudine miserationū tuarum decreuisti penitentiam peccatoribus in salutem. Et nūc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui: & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te: remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum iratus, reserues mala mihi: quia tu es Deus, Deus penitentium: & in me ostēdes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Et laudabo te semper omnibus diebus uite meae: quoniam te laudat omnis uirtus calorum, & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

Iere-

Ieremiæ cap. 17.

*Sana me Dñe, & sanabor: saluum me fac, & saluus
erit: quoniam laus mea tu es.*

Baruch cap. 3.

*Dñe omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis,
& spiritus anxius clamat ad te: audi Domine & mise-
rere, quia Deus es misericors: & miserere nostri, quia
peccauimus ante te.*

Danielis cap. 9.

*Dñe Deus noster, auertatur obsecro ira tua: & ex-
audi Domine Deus noster oratione serui tui. Non enim
in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras
ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis. Ex-
audi Domine, placare Domine, attende & fac: & ne
moreris propter te ipsum Deus meus.*

1. Esdræ 9.

*Deus meus, confundor & erubesco lenare faciẽ meam
ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt su-
per caput nostrum, & delicta nostræ creuerunt vsque
ad calum.*

Matthæi cap. 15.

Miserere mei Dñe, fili Dauid: Domine adiuua me.

Matthæi 9. & 20.

*Domine miserere nostri fili Dauid: Domine miserere
nostri fili Dauid.*

Luçæ cap. 15.

*Pater Peccani in calum & corã te: iam non sum di-
gnus vocari filius tuus.*

Luçæ 18.

Deus propitiu esto mihi peccatori.

*Precatiunculæ, siue Eiaculationes ad D. N. Iesum
Christum, ex D. Augustini libris congestæ.*

Domine Iesu Christe, fili Dei vini, qui expansis in
cruce manibus, propter mortalium omnium re-
demptionem, hausisti calicem passionis: mihi hodie præ-
bere

CAPVT
IX.
Meditation.
cap. 39.

bere digneris auxilium. Ecce pauper venio ad te diuitem, miser ad misericordem: ne recedam vacuus.

Pfal. 37.

Ecce Domine, iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sunt super me, & nisi tu, cui proprium est misereri semper & parcere, dexteram tuae maiestatis supponas, mergi cogor miserabiliter in profundum.

Pfal. 70.

Ecce insultat aduersum me inimicus, dicens: Deus dereliquit eum, persequar & comprehendam eum: quoniam non est qui eripiat. Et tu Domine vsquequo? Conuertere & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Pfal. 6.

Placare obsecro, & miserere mei: & non auertas faciem tuam a me, qui pro me redimendo non auertisti faciem tuam ab increpantibus & conspuentibus in te.

Pfal. 101.

Esa. 50.

Fateor quia peccavi: & conscientia mea meretur damnatione, & poenitentia mea non sufficit ad satisfactionem: sed certum est, quod misericordia tua superat omnem offensionem. Noli quaeso piissime Deus scribere aduersum me amaritudines, ut intres in iudicium cum seruo tuo: sed secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Iob 13.

Pfal. 142.

Pfal. 50.

Tu Domine Iesu, non vis mortem peccatorum, nec letaris in perditione morientium: imo ut mortui uiuerent, tu mortuus es: & mors tua peccatorum mortem occidit. Et si ipsi te moriente vixerunt: obsecro Domine, ut ego te uiuente non moriar.

Ezech. 18.

Sap. 3.

Et quis bone Iesu unquam de tua misericordia diffidat? Quoniam cum inimici essemus, redemisti nos in sanguine tuo, & reconciliasti nos Deo. Ecce sub tua misericordia umbra protectus, ad thronum gratiae veniam postulans curro: clamans & pulsans, donec miserearis mei. Si enim ad veniam nos vocasti non quarentes,

Rom. 5.

Hebr. 4.

Pfal. 122.

Matt. 11.

quanto

quanto magis veniam impetrabimus postulantes?

Ne memineris dulcissime Iesu tua iustitia aduersus peccatorem tuum: sed esto memor benignitatis tuae aduersus creaturam tuam. Ne memineris ire aduersus reum: sed memor esto miserationis tuae aduersus miserum. Obluiscere superbum pronocantem: & respice miserum inuocantem: *Quid enim est IESVS, nisi Saluator?* Matt. 1.
Ergo Iesu per te ipsum exurge in adiutorium mihi: *dic anima mea, Salus tua ego sum.* Psal. 34.

Manus tuae Domine fecerunt me, & plasmauerunt me: manus utiq. illa quae affixe sunt clauis pro me. Opus manuum tuarum Domine ne despicias: & vulnera manuum tuarum precor aspicias. Ecce in manibus tuis descripti me: lege ipsam scripturam, & salua me. Soliloq. c. 2. Esa. 49.

En ad te suspiro creatura tua: Creator es, recrea me. Ad te clamo factura tua: Vita es, viuifica me. Ad te respicio tuum plasma: Plasmator es, restaura me.

Parce mihi Domine: nihil enim sunt dies mei. *Quid est homo, ut possit alloqui Deum factorem suum? Parce mihi. Aegrotus sum, ad medicum clamo: cecus sum, ad lucem propero: mortuus sum, ad vitam suspiro. Tu es Medicus, tu Lux, tu Vita Iesu Nazarene: miserere mei fili David: miserere mei fons misericordiae. Audi, qui ad te clamat, infirmum: Lux qua transis, expecta cecum: prebe ei manum, ut ad te veniat, & in lumine tuo videat lumen. Amen.* Iob 7. Luc 18.

Respice me Domine Iesu, & miserere mei: quia dolores cordis mei multiplicati sunt. Da mihi consolationem tuam caelestem: & noli spernere peccatricem animam, pro qua mortuus es. Meditat. cap. 16.

Alia

Alia Precatio, homini in periculo mortis constituto, & intra conscientiam suam anxio: veniamq; peccatorum humiliter flagitanti, & ad Dei misericordiam prouocanti, recitanda.

CAPVT

X.

Thomas
Kemp.
Lucz 15.

Domine Deus, sancte pater, peccavi in calum & coram te: & nō sum dignus vocari filius tuus. Sed pater mi, fac me sicut unum de mercenariis tuis. Iuste agis, si prouicis me à facie tua: sed misericorditer facis, indignum omni beneficio recipiendo. In hac confisus misericordia, procido ad pedes tuos, lachrymas fundo, vestigia tua adoro & osculor, te deprecans humili & contrito corde. Respice misericors Deus super canē mortuum, & pulicem unum. Pretende misericordiam tuā scientibus te: da dexteram tuā profugo seruo tuo. Ne irascaris Domine Deus in perpetuum, super malignitate serui tui: sed vniuersę multitudinis misericordia à seculo recorderis, & sis placabilis super seruum tuum. Exaudi Dñe hanc petitionem meā, quam fundit seruus tuus coram te, genua flectens ante omnipotentiam tuam: adorans super terram vultum glorię tuę: quia stultē egi, & insipienter nimis, multoties offendens Maiestatem tuam: non veritus thronum regni tui. Dimitte obsecro omnem noxam seruo tuo, & ne deleas nomen meum de libro viuentium: sed in electorum tuorum numero me scribere digneris: vt inueniar in gloriam & laudem nominis tui. Amen.

Dan. 3.
1. Reg. 24.
Psal. 35.

Psal. 24.

Alia, eiusdem generis.

CAPVT

XI.

Rex mitissime, qui per Ezechielem prophetam asseris, te nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: miserere mei, in summa miseria te misericordie fontem imploratis. Multa sunt peccata mea fateor, sed

sed cum apud te sit misericordia & copiosa redemptio,
non spernas deprecationem pauperis: ad te velut agro-
tus ad medicum suspiro, misericordiam implorans, ac
pro peccatis veniam postulans. Sana me Domine, & sa-
nabor. Serua hac pacta, quae promissisti, inuiolata. Dixi-
sti enim: Ecce dies veniunt, & seruiam domui Israel &
domui Iuda foedus nouum: PROPITIABOR INIQUITA-
TI EORVM, & PECCATI EORVM NON MEMORA-
BOR AMPLIUS. Exaudi poenitentem: quem ut resi-
pisceret, misericorditer expectasti. Ne intres in iudi-
cium cum seruo tuo: sed de morte fac transire ad im-
mortalitatis gloriam. Per Iesum Christum filium tuum
D. N. Amen.

Exercitium, quo aegrotus suspiriis & gemitibus
(quando aliud vix potest) Deo se resignet, at-
que ut eidem coniungatur, feruenter desideret.
Auctore Ioan. Lantspergio Carthuf.

O Amator fidelissime, misericordissime Domine Ie- **CAPVT**
su Christe, da mihi ut ex corde & animo sentiam **XII.**
quod dico: Quemadmodum desiderat cervinus ad fontes **Psal. 41.**
aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Elegi **Psal. 83.**
tabernaculis peccatorum. Beati qui habitant in domo **Psal. 41.**
tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Sitinit
anima mea ad te Deus: quando veniam & apparebo
ante faciem tuam? Quare tristis es anima mea, & quare
conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor
tibi: salutare vultus mei & Deus meus. **Psal. 30.**
Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me
fac in misericordia tua. Domine non confundar, quo-
niam inuocaui te. Deus ne elongeris a me: Deus meus **Psal. 70.**
auxilium meum respice. Tibi derelictus est pauper:
orphano

Pfal. 9.
Pfal. 31.

Pfal. 37.
Pfal. 30.

Pfal. 26.

orphano tu eris adiutor. Tu es refugium meum à tribulatione qua circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meae. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: adiutor meus & protector meus. Ne igitur derelinquas me: neque despicias me Deus salutis meus.

Pfal. 32. 118.
Ezech. 18. 33

Ecce venio ad te, quæ despexi & offendi, Deus meus: quia misericordia tua plena est omnis terra. Ad misericordissimum igitur te Patrem confugio. Suscipe me secundum eloquium tuum, (quo dicit: Nolo mortem peccatoris) & vitam: & nō confundas me ab expectatione mea.

Pro vita mea temporali non rogo Deus meus: sed te, qui es Vita aeterna, in animā meā inuoco. Heu Domine Deus, quod unquam te offendi: quod tuas inspirationes & monita neglexi: quod unquam aliud præter te, aut extra te amavi: pro hoc doleo Dñe Deus. Atq. utinam des mihi, ut ex toto corde meo doleam: & luceā per omnia momenta vite meae. Utinam omnes sanguinis mei guttas cum lachrymis præ dolore & amore in suavissimum cor tuum tibi fundere & offerre possim.

Matt. 20.

Dulcis Iesu, neque vitam neque mortem, sed tuum beneplacitum desidero & expecto: fiat mihi secundum voluntatem tuam. Si vis ut moriar, dulcis Iesu, suscipe spiritum meum: & licet ad vesperam venerim, omnium nouissimus, da mihi ut tecum, et in te, requiem accipiam sempiternam. Si verò vis ut diutius vitam, dulcis Iesu, hoc propono, & pro hoc gratia tua suffragium rogo, reliquā vitam meam corrigere, atq. in holocaustū tibi totū offerre, in gloriam tuam, & secundū beneplacitū tuum.

O desiderabilissime Iesu, quia vitam meam in peccatis consumpsi, ad contumeliam nominis tui gloriosi, nec tibi hæcenus seruire cœpi: da mihi, ut vel nunc perfecte incipiam.

incipiam: & omnes vires anime & corporis mei, omnemque residuum tempus mihi abs te concedendum, in gloriam & secundum optimam ac perfectissimam voluntatem tuam expendam.

Misericordissime Iesu, adesto mihi propitius in his penis ac miseriis, quibus teneor: & si qua grauiora & grauissima commeri peccatis meis: fac ut patientissime tolerem. Dulcis Iesu, si nihil unquam deliquissem, aut nihil mali apud te commeruissem, nihilominus ad gloriam tuam, & in tui amorem ac beneplacitum, in has et in quaslibet alias penas me tibi pro tua voluntate offero atq. resigno: non in mea virtute, sed in misericordiarum tuarum multitudi- ne, quibus innitor, & quas inuoco: ut fragilitatem carnis mee pusillanimitatemque spiritus mei tua virtute erigas, longanimitate confortes, ac patientia robores: ut nulla aduersitate aut tentatione victus succumbam, nulla pusillanimitate deficiam: sed amoris tui incendio absorptus, ad te solum suspirẽ, ad te sitienti corde anhelem, te solum cogitem, te solum desiderem: & mundum cum vniuersis qua in eo sunt relinquam, fastidiam & contemnam. Tibi verò pro omnibus, & latis & tristibus, ex toto corde gratias agam. Amen.

MEDITATIONES. IN PASSIONEM D. N. IESU CHRISTI, EX S. Scripturæ, & S. Patrum sententiis contextæ: cum adiunctis Precatiunculis, ad iuuandum ægrotum accommodatis.

DE TRISTITIA ET PAVORE CHRISTI, IN HORTO EXISTENTIS.

Ethymno dicto, egressus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron: & venit in villam
 6 quæ

quæ dicitur Gethsemani, ubi erat hortus: & dixit discipulis suis: Sedete hîc, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hîc, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Matth. 26, Ioan. 18.

MEDITATIO.

CAPVT
XIII.

Quis non timeat, ô Dñe Iesu, si times tu, quæ omnia timet: si expanescis tu, cui omne genu curuatur: si tu, qui mors es mortis, morte propinquate pertimescis? Sed metus ille infirmitatis humana communem exprimebat affectum: & significabat hanc poenam vniuersa successioni Adam sine exceptione impositam, vt difficultas extremi transitus timeretur. Positis autem in terragembus, procidisti in faciem tuam, orans in agonia, & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et angustias quidem cordis tui certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de carne tua sanctissima guttatim decurrebat in terram. Dominator Domine Iesu, unde tam anxia hæc supplicatio? Nonne voluntarie omnino patri sacrificium obtulisti? Vtique Domine. Arbitramur autem quod hoc ad consolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti: ne forte desperet quis, si caro infirma remurmuret, ubi ad passionem promptus est spiritus. Da mihi, bone Iesu, omnem mœstitudinem atque agritudinē meam in tua vincere: omnem quoque angorem & dolorem patienter pro tui nominis gloria perferre: propter te, qui dilexisti me, & tradidisti temetipsum pro me. *Præsto sum. Domine, fias*

Rom. 8.
Gal. 2.

fit quod bonum est coram te: veruntamen ne discesse-
 ra a me. 2. Reg. 15.
Psal. 37.

DE AGONIA CHRISTI IN HOR-
 TO, ET SANGVINEO EIVS SVDORE.

Apparuit autem illi Angelus de cælo confortans
 eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et fa-
 ctus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decur-
 rentis in terram. Lucae 22.

MEDITATIO.

VT cunctis seculis declarares, Domine Iesu, te ve-
 rè pro nobis doluisse, acerbissimamq; passionem
 subisse: concepta animo supplicij atrocitate, impensiq;
 beneficij apud homines ingratitude & oblivione, tanto
 horrore concussus es, ut affectus sanguineum sudorẽ ex-
 presserit, toto corpore confertim atque effusè promanan-
 tem: & Angelus tuus, creatura tua, minister tuus, te
 Creatorem Deum ac Dominum suum confortauerit.
 Quis verò cuicumque etiam supplicio expositus, sangui-
 nem legitur unquam sudasse? Nec mirum. Nullius
 enim supplicij tanta unquam fuit, aut futura est acerbis-
 tas, quanta amarissima tua passionis: cuius solius cogita-
 tio sudorem expressit sanguineum. Adfers autem ad ca-
 sus humanos exemplum: ut me sortis extrema homu-
 lum, pigrum & ignaum, non pigeat propter te Deum
 & Dominum meum aliquid tolerare, cum tu filius &
 natura heres, insons, inculpabilis, tanta perpeffus
 sis, dum patri obedis. Obsecro Domine, non pereat mihi
 tanti prety medicina. Succurre mihi in his meis angu-
 stis, in Conscientia pauore à facie iudicij tui. Nam an- Psal. 54. 143
 gustatus est in me spiritus meus: in me turbatum est cor
 meum. Et anima mea turbata est valde. Quid dicam?

IESV SALVATOR mundi saluifica me ex hac hora.

Exod. 23.

Mitte angelum tuum, qui custodiat me: & introducat in locum, quem preparasti expectantibus te. Amen.

DE PRODITIONE IVDÆ.

Et dicit discipulis suis: Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquavit, qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cū gladiis & fustibus. Qui autē tradidit eū, dedit illis signum dicens: Quemcunq. osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice ad quid venisti? Matthæi 26.

MEDITATIO.

QVam promptus, Domine Iesu, fuerit spiritus, euidenter ostendisti, quando venientibus vnā cum proditore tuo viris sanguinum & querentibus animam tuam, cum laternis & facibus & armis per noctem, vltro occurristi, & te ipsum manifestaſti. Nam accedentem ad osculum sanctissimi oris tui, trucem bestia non auersatus es: sed os in quo dolus non fuit inuentus, ori quod abundauit malitia, dulciter applicuisti. Et amantis planè affectu eum corripuisti: cum tamen ille amoris pignore vulnus infligeret, charitatis officio sanguinem funderet, & pacis instrumento mortem irrogaret: seruus Domino, discipulus Magistro: at tu amoris officia non negaſti. Ego quoque bone Iesu, quem in numerum amicorum & domesticorum tuorum assumere dignatus es: quoties te offendi, ac peccatis meis tanquam osculo perfido tradidi? Nam & ego, vt in manus impiorum deuenires, non minima causa extiti. Traditus es enim propter delicta nostra. Sed nunc Iesu pie, procido ad pe-

Esa. 53.
Psal. 49.Ioan. 15.
Psal. 54.

Rom. 4.

ad pedes tuos, præoccupo faciem tuam in confessione: re-
 cepe me cum filio perduto in gratiam tuam. Non ausim
 petere, ut ad osculum me admittas, seruum omni suppli-
 cio dignum: sed oro, ut me inter electos minimos habere
 digneris. Amen.

Psal. 94.
 Luc. 15.

DE CAPTIONE IESU.

Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: &
 tenuerunt eum. Matthæi 26.

MEDITATIO.

Non à te absternuit impios Domine Iesu, quòd in
 hora apprehensionis tua, omnipotenti brachio tuo
 terra eos altifisti: non quidem defensionis causa, sed ut
 cognosceret humana presumptio, nihil se posse aduersum
 te, nisi quantum permitteretur à te. Et quis audiat sine
 gemitu, qualiter homicidas man^u in illa hora in te inie-
 cerunt: innocetes manus tuas Iesu bone, vinculis astrin-
 gentes, te agnum mansuetum nihil loquentem, ad instar
 latronis contumeliose traxerunt ad victimam? Et nec
 tunc misericordiam effundere super inimicos tuos, & di-
 stillare fruum dulcedinis tuae Christe cessasti: & tãgens
 auriculam vulnerati, sanasti eum. Operatorem sum-
 limus agnoscit, & operatricem Domini manũ sequitur
 caro: sed impij illi nec intellexerunt infelices mysterium,
 nec venerati sunt tam clemente pietatis affectum: quòd
 stium hostes tuos non passus sis vulnerari: Illi mortem
 tibi inferebant: persecutorum vulnera tu sanabas. Rum-
 pe bone Iesu, funes peccatorum, qui circumplexi sunt
 me: ut securus decantem, dirupisti vincula mea Domi-
 ne: tibi sacrificabo hostiam laudis. Medere quoq; vul-
 neribus animæ meæ: sana animam meam, quia peccaui
 tibi. Saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea
 tu es. Amen.

Ioan. 18.

Luc. 22.

Psal. 118.

Psal. 115.

Psal. 40.

DE FUGA DISCIPULORVM.

Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Mat. 26.

MEDITATIO.

Ioan. 13.

Psal. 87.

Psal. 78.

Psal. 37.

Nec minus animum tuum afflixit discipulorum tuorum fuga: quos tu tamen vsque in finem dilexisti. Quippe impleri oportuit in te, quod antè propheta David in persona tua gemens & plangens dixerat: *Elongasti a me amicum & proximum: & notos meos à miseria. Opprobrium sustinuit cor meum & miseriam: & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: consolantem, & non inueni. Domine Iesu, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis mee. Amen.*

DE PRÆSENTATIONE IESU CORAM ANNA ET CAIPHA PONTIFICIBVS.

Et adduxerunt Iesum ad Annam primum. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem, Principes autem sacerdotum, & omne cõcilium querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogabat eum: & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum, & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. Summus autè sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. quid vobis videtur? Qui omnes, condemnauerunt eum
scum ef.

reum esse mortis. Et viri qui tenebant illum, il-
ludabant ei. Et cœperunt quidã conspuere eum,
& velare faciem eius, & colaphis eum cœdere, &
dicere ei, Prophetiza nobis Christe: quis est qui
te percussit? Et ministri alapis eum cœdebant.
Matti. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

MEDITATIO.

Circumdediderunt te Domine Iesu canes multi: &
Captum atque ligatum ducunt ac reducunt. At tu
Domine, non resistis dum caperis: non murmuras dum
hæris: non recalcitras cum duceris: non maledicis
dum traheris: sed vadis ut mansuetus: taces ut agnus:
sequeris ut innocens: pateris ut humilis. Amantissime
Domine, quanta indigna a propria gente pertulisti!
Vultum tuum desiderabilem, in quem desiderant ange-
li prospicere: qui omnes celos adimplet lætitia: pollutus
labus spūto coinquinauerunt: sacrilegis manibus suis
cecidit: velo in derisum operuerunt: & te Dominum
vniuersa creatura, tanquam seruum contemptibilem
colaphizauerunt. At tu voluntariè, ut nos sanares, Esa. 50.
corpus tuum dedisti percutientibus, & genas tuas vel-
lentibus. Faciem tuam non auertisti ab increpantibus
& conspuentibus in te. Et ego Domine Iesu, faciem tuam
non erubui: non sum veritus Maiestatem tuam: satura-
ui te opprobriis. Sed inuoco nunc nomen tuum Domine: Thren. 3.
ne sis mihi inexorabilis. Miserere mei, secundũ multi-
tudinem miserationum tuarum. Amen. Psal. 50.

DE NEGATIONE PETRI.

Petrus verò sedebat foris in atrio. Quem cum vi-
disset ancilla quædam sedentem ad lumen, &
eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat.
At ille negauit eum, dicens, Mulier non noui il-
lum. Et

b *

lum. Et

lum. Et post pusillum, alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo, non sum. Et intervallo factò, quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et cōtinuò adhuc illo loquente cantavit gallus. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Matthæi 26. Lucæ 22.

MEDITATIO.

Quam facile firmissima illa columna ad unius aura impulsam contremuit, ac tandem corruit. Vah, cecidit angelus in celo, Adam in paradiso, Petrus in mundo: quis non timeat iudicia tua Dñe Deus omnipotens, Rex seculorum? Tanquam momentū statera, sic est ante te orbis terrarum: & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram. Sed miseris omnium quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter penitentiā. Diligis enim omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti. Propterea conuersus respexisti discipulum tuum, vt eum ad penitentiam prouocares. Vnde & ille recordatus verbi tui, egressus foras fleuit amarè. Illis, quæso, bone Iesu, tuæ pietatis oculis, quibus tunc Petrum respexisti, me miserū quoque peccatorem elementer adspicias: vt exitus aquarum deducant oculi mei. Ne auertas faciem tuam a puero tuo. saluum me fac in misericordia tua. Respice in me, & miserere mei. Amen.

Apoc. 18.
Sap. 11.

Psal. 118.
Psal. 68.
Psal. 10.
Psal. 24.

DE PRÆ-

DE PRÆSENTATIONE IESV CO-
RAM PILATO: DEQVE ILLVSIONE
EIVS AC FLAGELLATIONE.

Manè autem factò, consilium inierunt principes sacerdotum aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præfidi. Tunc milites præfidis suscipientes Iesum in pratorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Matth. 27. Ioan. 19.

MEDITATIO.

Adhuc autem animam tuam, Domine Iesu, incircumcisa carni deglutendam tradiderunt. Vinctum siquidem ante faciem Pilati perduxerunt, postulantes crucis supplicio te interimere, qui peccatum non noceras: & verum homicidam dari sibi, agnum lupo, aurum luto postponentes. Et quidem non ignorabat impius ille, per inuidiam hæc in te fieri, nec tamen abstinnit a re temerarias manus: repleuit amaritudine animam tuam sine causa. Illusum recepit: in conspectu illuorum astringere te iussit: nec pepercit amarissimis verberibus virginæam carnem tuam diuellere: plagis plagas, liuores liuoribus crudeliter infligere. Electe puer Dei mei: quid tanta amaritudine, quid tanta confusione dignum commiseras? Prorsus nihil. Ego, ego homo perditus, totius perditionis tuæ causa extiti. Ego Domine vnam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt: quia que nõ rapuisti, tunc exoluebas. Posuit in te Deus iniquitatem omnium nostrum: tu vulneratus propter iniquitates nostras, attritus es propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super te. Bone Iesu, da mihi liuore tuo sanari. Amen.

Esa. 53.
2. Cor. 5.

Esa. 42.
Matth. 12.

Ezech. 18.
Psal. 68.

Esa. 53.

DE CORONATIONE IESV.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & velle purpurea circumdederunt eum, & arundinem in dextera eius. Et veniebant ad eum, & dicebāt: Ave Rex Iudæorum. & dabant ei alapas. Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Exiit ergo Iesus foras, portans coronam spineam, & purpureum vestimētum. Et dicit Pilatus Iudæis, Ecce homo. Matth. 27. Ioan. 19.

MEDITATIO.

EXpergiscere anima mea, & contemplare virū hunc memorabilem: quem in speculo Evangelici sermonis quasi præsentem intueris. Quis est iste qui ingreditur habens imaginem quasi Regis, & nihilominus serui despectissimi confusione repletus? Coronatus incedit: sed ipsa etiam corona cruciatus est illi, & mille puncturis caput eius diuulnerat. Regali purpura induitur: sed potius in ea despicitur quam honoratur. Sceptrum in manu gestat: sed eo ipso caput eius reuerendum feritur. Adorant coram ipso positus in terra genibus, & Regem clamant: & continuo spiritus amabiles eius genas sublinunt: adeo ut non fuerit species ei neque decor: & quasi absconditus vultus eius & despectus. Edomā bone Iesu, inuincibilem cordis mei duritiam, & confirmā imbecillitatem meam: ut non pigeat tecum quiduis pati, ut tribulationis socius, tua quoque consolatione gaudeā. Amen.

Et. 11.

DE EDUCTIONE IESV AD LOCUM CALVARIÆ.

Tunc Pilatus dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Et postquam

quàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem:
& induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt
eum vt crucifigerent. Et Iesus baiulans sibi cru-
cem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum.
Matthæi 27. Ioan. 19.

MEDITATIO.

GRande spectaculum, & mundo & angelis, Domi-
ne Deus meus. Inter sputamenta & colaphos, &
reliqua ludibria, patientia & mansuetudine vesanas
mentes conturbas: & in eo, quod inter iniurias & conui-
cia se malitia Iudæica sentit contemptam, vehementius
exacerbatur: & de malitia & impietate suauitas pie-
tasq; tua Christe triumphat. Et quidem vt filius homi-
nis, sicut scriptum est de te, vadis: qui damnatus es, vt
liberares danatos: doluisti, vt sanares infirmos: timui-
sti, vt nos faceres securos: opprobria pertulisti, vt im- psal. 40.
properia detrahentium non mouerent electos. Domine
Iesu, qui infamem arborem crucis, desectis iam nimia
vexatione viribus, ad supplicij locum oppido volens por-
taisti: & sub onere crucis dorsum incuruans, nostra ipse
portare dignatus es ignominia: fac me tollere crucem
meam, & sequi te, vt te dignus inueniar: vt commoriar
simul tibi, & conuiuam: sustineam & conregnē. Amen.

DE CRUCIFIXIONE IESU.

Et postquàm venerunt in locum, qui vocatur Cal-
uariæ, ibi crucifixerunt eum: & duos alios la-
trones, hinc & hinc, medium autem Iesum. Præ-
tereuntes autem blasphemabant eum.
Matt. 27. Lucæ 23. Ioan. 19.

MEDI-

MEDITATIO.

Quid te abiectius Dñe Iesu, vermis potius quam homo? Qui nudus & verberibus laceratus in medio latronum cruci ignominiose ferreis clavis affigi, sanctissimosque artus tuos valide distendi spontaneus tolerasti: peccata nostra perferens in corpore tuo. Facies illa tua sacratissima, quam angeli aspicere desiderant, quæ fuerat in transfiguratione rutilans ut sol, modo denigrata est, alapis & liuore saucia: sputo, puluere, lachrymis, ac sanguine conspersa. Ibi eras tu Domine comitatus discipulis, quos elegeras: hic ab illis derelictus. Ibi fuisti in medio duorum illustrium virorum collocatus, Mose & Elia: hic inter duos latrones constitutus. Ibi exultans gloria: hic repletus ignominia. Ibi eras amictu fulgente & candicante ornatu: hic vestimentis tuis nudatus & spoliatus. Ibi audisti suauissimam patris vocem, te filium dilectum vocantem: hic audis impropria, & perditorum hominum cateruam te blasphemantem. Presta quaeso bone Iesu, ut mortem tuam in mente habeam: ac lubens tua sequar vestigia. Me quoque fac dulcissime Iesu, in suauissimos istos tuos, dissipatis in cruce manibus, amplexus feliciter aspirare: ut in te uno, tibiq; vni vnam, immo amoris tuo immoriar: ne quæ fiat, ut abs te unquam diuellar. Amen.

MEDITATIONES ET PRECATIONES. AD SEPTEM VLTIMA
Christi Iesu in cruce morientis Verba.

VERBUM I.

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt Iesum. Et cum eo crucifigant duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est Scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est. Et
præter-

1. Pet. 2.

Matt. 17.

Luc. 9.

prætereuntes blasphemabant eum, mouentes
capita sua. Iesus autem dicebat: PATER, DI-
MITTE ILLIS: NON ENIM SCIUNT
QVID FACIUNT. Mar. 15. Lucæ 23.

MEDITATIO.

CAPVT
XIII.

Ascēdisti Dñe Iesu palmam: quia illud crucis tuæ
lignū protendebat triumphū de principatibus &
potestatibus, & nequitiis spiritualib. victoriam. Tu ipse
patibuli tui bamlus, habebas ligno quod tuleras: eue-
ctionis & passionis anxietates sustinēs & labores. Clavis
sacros pedes terebrantibus, fossisq̄ue manibus, de vulne-
rū anxietate nō loqueris: de spinis sacrū caput pūgenti-
bus nō quereris: sed sacerdotalis auctoritatis privilegiū
in mediū proferens Mediator inter nos & patrē, oras
pro his qui ad dolorem vulnerum tuorū opprobria ad-
diderunt: & pro inimicis impetras veniam. Supplicas
& obsecras, ut hac eis iniquitas dimittatur: & a morte
tua habeantur innoxij ipsi qui sanguinem tuum super-
se, & super filios suos manere precantur. Mira res. Tu
clamas, IGNOSCE: Iudæi, CRUCIFIGE. Quomodo pota-
bis Domine desiderantes te torrente voluptatis tuæ: qui
sic perfundis crucifigentes te oleo misericordie tuæ? Ioan. 15.
Ma-
iorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis: tu maiorem habuisti Domi-
ne, ponens eam etiam pro inimicis. Rom. 5.
Cum enim adhuc ini-
mici essemus, per mortem tuam & tibi recōciliati sumus
& patri. Vix pro iusto quis moritur, tu pro impiis pas-
sus es: moriens propter delicta nostra: qui venisti iusti-
ficare gratis peccatores: seruos facere fratres: captiuos
coheredes: exules reges. Nec sanè aliud aliquid patien-
tiam hanc & humilitatem æquè illustrat, quam quod
tradidisti in mortem animā tuam, et peccata multorum
tulisti: etiam pro transgressoribus orans, ut non periret. Esa. 53.

PRECATIO

PRECATIO.

Math. 9.

1. Tim. 1.

PRecor te clementissime Iesu, ut qui pro inimicis tuis ex maximo Charitatis affectu, dignatus es orare: pro me quoque miserrimo peccatore patrem tuum rogare digneris, ut omnia peccata mea indulgeat, & a penis quas pro his merui, clementer absoluat. Da bona & firmam fiduciam de tua pietate concipere: ac fideli mēte sepe cogitare, quia pro peccatoribus saluandis venisti in hunc mundum: & pro impiis voluisti pati & mori. Proficiat ergo saluti anime mea tua sanctissima Precatio, in cruce pro inimicis effusa: & peccatorum meorum mihi per eam spem venia concede: ut quod meritis meis assequi non valeo, hoc tua sanctissima intercessione efficaciter obtineam. Expande queso latissime ramos brachiorum tuorum super me: ut non metuat nec desperet inops & dolens anima mea: & suscipe me miserum peccatorem, nil de propriis actibus, sed de tua miseratione confidentem. Amen.

VERBUM II.

Alter de his qui pendebant latronibus, dicebat ad Iesum: Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: AMEN DICO TIBI, HODIE MECUM ERIS IN PARADISO. LUCÆ 23.

MEDITATIO.

Vix Domine Iesu, primum hoc Verbum, PATER IGNOSCE ILLIS, expleueras, & ecce iam fructum afferebat: et quasi inter serentis manus vniuersum illud semine ante maturuit, quam germinare visum fuit in terra. Latronum enim alter à dextris pendens auido corde Verbum tuum excipiens, statim non tantum indulgentiam meruit, sed tuus Christie familiaris effectus, premissus est in paradysum: & factus est particeps regni, per confessionem factus collega martyrii. Plus ergo impetrauis

petrauit, quàm orauit. Domine, inquit, memento mei. Non audeo maiora petere. Peccator sum, indignus plane misericordia tua: tantùm memento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et tu misericors & miserator Domine, mox exaudisti de cruce compunctum corde, dicens: Hodie mecùm eris in paradiso. Memoria memor ero tui, P^{sal.} 138. & benedicam tibi: in memoria eterna eris, & ab auditu malo non timebis. Et ne unquam memoria excidas, mecùm eris: & super te oculi mei. Mecùm eris, à timore liber. gaudiis redundās in pace & securitate sempiterna. Tu eris Exemplũ & speculũ Misericordie meae, in quo oēs peccatis grauati videbũt, quòd maior est Misericordia mea, quàm humana peruersitas: quia nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur et uiuat. Ex te discet, quòd paruis & magnis, paucis ac plurimis noxis, ex aquo ignoscã: quia Miserationes meae super omnia opera mea. P^{sal.} 144.

PRECATIO.

TRibularer valde propter peccata mea plurima, si nescirem misericordias tuas Domine: si Exempla penitentium à te benignissimè receptorũ non audissem. Tu per temetipsum dixisti: Sic Deus dilexit mundum, Ioan. 3. vt filium suum unigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitã eternam. Et iterum: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Tu Petrũ post fraudam negationem amarè stentem, in gratiam deuuo recepisti: Tu Magdalena ad pedes tuos pronoluta peccata misericorditer remisisti. Tu variis languoribus comprehensõs, ope Misericordie tue sanasti: & grauioribus peccatis inuolutos, largiori pietatis munere liberasti. O P^{sal.} 148. benignissime Iesu, misericordia mea & refugium meum & liberator meus: ne pratercas animam hanc meam, quam ipse finxisti: dignerisq; oculos misericordie tue in me miserrimum peccatorem deflectere, quibus latronem in cruce respexisti. Memento verbi tui sancti, quod la- P^{sal.} 118.

troni dixisti, in quo & mihi spem dedisti: Dic anima mea Saluator vite mea, cum appropinquauerit tempus resolutionis mee: Hodie mecum eris in paradiso. Memento mei in Regno tuo: & cum defecerit virtus mea, Domine ne derelinquas me. Amen.

Psal. 70.

VERBUM III.

Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae: MULIER, ECCE FILIVS TVVS. Deinde dicit discipulo: ECCE MATER TVA. Ioan. 19.

MEDITATIO.

Fugientibus, Domine Iesu, Apostolis, ante crucem stabat mater tua, & piis spectabat oculis tua filij sui vulnera: pro qua tu sollicitus, in summis licet doloribus, humanissime eam compellas, dicens: Mulier, ecce filius tuus: & ad discipulum, Ecce mater tua. Sic decebat, ut mater sancta & virgo illibata fideli ministro non careret: ne velut derelicta, & inter Iudaeos videretur extranea, qua ilico tua dulcissima praesentia erat orbanda.

PREGATIO.

Pissime Iesu, intueri me illis Pietatis tuae oculis, quibus matrem & discipulum sub cruce stantes respexisti: quando alteram alteri commendasti. Visita me obsecro in salutari tuo: ut Crucis tuae trunco adhaeream, nec a te fidei oculos dimoveam. Mihi enim omnino adherere tibi bonum est, o caput gloriosum & benedictum in secula. Sequar te quocumque volueris: nec auellar a te. Tu dolores meos portas, & pro me doles: tu primus transis per angustum passionis foramen, ut latum praebes sequentibus membris ingressum. Tibi subiecta sit anima mea: abs te enim salutare meum. Nam & tu Deus meus, &

Psal. 61.

saluta

salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius. In
salutare meum & gloria mea: Deus auxilij mei, &
spes mea in te Iesu Deo meo est.

VERBYM IIIII.

Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna,
dicens: ELI, ELI, LAMMASABACTANI? hoc est,
DEVS MEVS, DEVS MEVS, VT QUID DERELI-
QVISTI ME? Matth. 27.

MEDITATIO.

Considero nunc opera tua Domine Iesu, & admi-
ror te cruci inter damnatos affixum, iam nec tri-
stem nec pauidum, sed suppliciorum victorem, eleuatis
manibus triumphantem de Amelech, & quasi sanctifi-
cantem de excelso plebem: & eleuatum in sublimi, & Exod. 17.
quasi calo proximum, superioribus inferentem consum-
mati agonis vexillum, & inferioribus erexisse scalam in
Patris occursum. Ibi dolorum & conuiciorum imme-
mor, exponis quare derelictus fueris: indicans anxietates
illius querimonia, verba esse derelictorum tuorum, quorum
personam assumpseras, & reconciliationis causam age-
bas. In qua pro seruis seruilem non dedignaris accipere
personam: & in tantum infirmis compateris, vt nec cru-
cifigi, nec mori, dum illi viuant, & te patrocinate non
pereant, nec erubescas nec formides: altitudinem tuam
derelinquens, ad tempus gloria tua maiestatem euacuans,
vt redeant dispersi, & respirent derelicti.

PRECATIO.

Domine Iesu Christe, ad te pientissimum Pastorem 1. Pet. 2.
animarum nostrarum plena fiducia confugio, ne
tu finas me derelictum vlla tentatione superari. Qui
grandi compassionis affectu innumeris te immeristi do-
loribus & pœnis, vt ab eis me liberares: & cum infirmo
d infirma-

infirmaris, cum peccante contristaris, cum vim patienti conquereris: & pro infirmis tuis clamans deprecaris. Obsecro te summe & venerande. Pater Domini mei Iesu Christi, respice ad orationem filij tui dilecti: & suscipe Satisfactionem eius pro me. Angustia mihi sunt undaque: ne derelinquas me Domine, nec longè subtrahas auxilium tuam à me. Amen.

Psal. 21.

VERBUM V.

Postea sciēs Iesus, quia omnia iā cōsummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dicit: SITIO. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiam plenam aceto hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Ioan. 19.

MEDITATIO.

AD locum deductus supplicij Domine Iesu, myrrha potaris & felle. Ac in cruce iam sublatu, atque opprobriis saturatus, cum aruisset tanquam testa virtus tua, o fons aqua viva, nostra salutis desiderio sitibundus, veluti pauper & mendicus, potum postulasti dicens: Sitio. At huic exigua petitioni qui succurreret, defuit: vt saltem calicem aque frigida, tibi aquarum omnium conditori porrigeret. Nequaquam enim impij illi tui sunt miseri: sed ad explendum malitiosi pectoris sui virus, protinus spongiam aceto implenerunt, & dulci ori tuo poculum amarissimum ministrarunt. Et impleta est scriptura in te, dicens: Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

Psal. 21.

Psal. 68.

PRECATIO.

OFons aquarum viventium Domine Iesu: tu pro me pendebas in cruce infirmus, & infirmorū tibi solatia omnino defuerunt. Pro lecto duram crucem, pro cernicali spineam coronam, pro dapibus fel & acetum accepisti. Et cum vehementer sitires, non erat qui tibi
urceam

ortem aqua exhiberet. Fac me iam nihil amplius in
hoc mundo scire, nisi te: quoniam apud te est fons vitæ.
Tu dixisti: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Sitiuit
anima mea ad te Deum, inter: viuum: quādo veniam
& apparebo ante faciem tuā? Pota me Domine de tor-
tente gratia & voluptatis tue. Amen.

Pfal. 55.
Ioan. 7.
Pfal. 42.

VERBUM VI.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: CONSUM-
MATVM EST. Ioan. 19.

MEDITATIO.

Iam Domine Iesu, voluntatem patris perfecisti: opus Ioan. 17.
consummasti, quod dedit tibi ut faceres. Triginta tri-
bus annis in terra peregrinatus es, & cum hominibus
conuersatus: in itinere frequenter fatigatus, ab aduersa-
riis grauiter calumniatus, à discipulo traditus, ab ami-
cis derelictus, ab hostibus captus, à militibus flagella-
tus, à iudicibus condemnatus, à pontificibus illusus, de-
nique innocens in cruce clavis confixus es. Ibi adimpleus Heb. 9.
omnia quæ scripta erant de te, morte tandem consum-
matus, factus es omnibus obtemperantibus tibi causa sal-
utis aeternæ.

PRECATIO.

Bone Iesu, qui in principio omnia cum patre crea- Genes. 1.
sti, & nunc cooperante eodem patre, in Spiritu
sancto, cuncta recreasti in calo & in terra: qui hominem
de terra limo sexto die conditum, sexto nunc die sangui-
netuo redemisti, ac opus humana Redēptionis consum-
masti: Perge in me, quæ desunt mihi adimplere, & quod
cepisti consummare: ut adueniente vita mea termino,
accursu consummato, eductus ex hoc carnis ergastulo
apprehendam, te inuante & largiente, Vitam aeternam.
Amen.

d a

VER-

Et clamans Iesus voce magna, ait: PATER, IN MANUS TVAS COMMENDO SPIRITUM MEVM. Et hæc dicens expiravit. Luca 23.

MEDITATIO.

Quam dulce spectaculum Domine Iesu, in cruce moriens exhibuisti. Caput habuisti inclinatum ad nos osculandum: brachia extensa ad amplexandum: manus perforatas ad largiendum: & totum denique corpus expositum ad nos liberandum: atque ita demum spiritum tuum in manus Patris commendaisti, & expirasti. At verò mortem nostram moriendo destruxisti: & vitam resurgendo reparasti. Gustasti mortem pro filiis hominum, ut qui in Adam moriebamur, in te vivificaremur, Ideoque & latet nos cæcā abimus, Ubi est Mors victoria tua? Ubi est Mors stimulus tuus? Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Heb. 2.
1. Cor. 15.

PRECATIO.

Benignissime Iesu, Vita viventium, spes morientium, Salus omnium in te sperantium: ante cuius conspectum Mors fugit: ad cuius vocem mortui reniiscunt: qui pro me indigno famulo tuo dignatus es hanc vilissimam pati doloris formulam, ac spiritum tuum Patri tuo orans commendaisti & tradidisti. Da mihi gratiam tuam, ut exitum illum tuum erga me amorem, & mortem amarissimam sine intermissione in corde meo geram: & appropinquante vite mee sine, in luce miserationum tuarum respirem. Adesto mihi morienti, succurre agonizanti, occurre te desideranti, consolare gementem, robora trementem, refoue deficientem, suscipe expirantem. Ultimum verbum tuum in cruce, sit ultimum verbum

verbum meum in hac luce : & cum amplius loqui non
possum, tu clementer exaudi desiderium meum. Pater, ^{Psal. 30.}
in manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me
Domine Deus veritatis. Amen.

Confessio hominis peccatoris gementis & dolentis,
seque causam Passionis & mortis fuisse Christi,
Dñi sui fatentis, ad Deū Patrē misericordiarum.

O Creator & Domine cali & terra, maris & omnis **CAPVT**
creatura, sancte, fortis, iuste & recte, miserator **XV.**
& misericors Deus. Ego indignus, miser & infelix pec-
cator confiteor me esse vilissimum & nefandissimū pec-
catorum omnium: & tam enormiter offendisse oculos ^{Luc. 15.}
Maieſtatis tue, ut nō sim dignus vocari filius tuus, imō
ne infimus quidem seruus tuus: indignus omnino, ut ter-
ra sustineat calcaneum pedum meorum. Qui non vno
sed innumeris peccatis te offendi: quibus etiam unigeni-
tum filium tuum, Dominum & Creatorem meum ma-
nibus tradidi nocentium, & crucis subire coēgi tormen-
tum: quem denuo, & saepe nimium insuper prolapsus, ^{Heb. 5. 10.}
veluti conculcavi, & sanguinē testamenti pollutū duxi,
in quo sanctificatus sum, & spiritui gratia contumeliam
feci. Verū piissime Pater, quia pater misericordiarum ^{2. Cor. 1.}
es, & Deus totius consolationis: cui propriū est misereri ^{Ezech. 18.}
semper & parcere: qui non vis mortem peccatoris: de
tua Misericordia summē confidens, peto indulgentiā &
remissionem omnium peccatorum meorum, quibus vn-
quam Bonitatem tuā offendi. Deus propitius esto mihi ^{Luc. 18.}
peccatori. Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia ^{Psal. 142.}
non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Fac ^{Psal. 85.}
mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, &
confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, &
consolatus es me. Amen.

Alia, Christo.

CAPVT

XVI.

Ex Hortulo
animz.Matt. 15.
Luce. 7. 23.

Psal. 34.

Conditor cali & terra, Rex regū, & Dominus dominantium: qui me ex nihilo ad tuam imaginē & similitudinē fecisti, & sanguine proprio redemisti: quem ego peccator non sum dignus nominare: Te suppliciter oro, ut clementer me seruum tuum respicias. Misere mei: qui misertus fuisti mulieri Chananaea, & Maria Magdalena: qui pepercisti latroni in cruce pendenti, Parce mihi Domine: parce mihi Christo. Tu es Creator meus, & Redemptor meus: Rex meus, & Deus meus, Tu es spes & fiducia mea, vita & resurrectio mea: Domine, ne me despicias. Seruus tuus sum, quamuis malus: quamuis indignus: sed qualiscunque sum, tuus sum. Ad quem ergo fugiam, nisi ad te? Si tu me ciicis, quis me recipiet? Si tu me despicias, quis me aspiciet? Agnosce me indignum ad te confugientem: & propitius est mihi miserrimo peccatori. Dic anima mea, Salus tua ego sum. Amen.

Obsecrationes deuotissimæ, ad Deum Patrem.

CAPVT

XVII.

Ioan. Fisch.
Epif. Ros.
1. Ioan. 1.
Rom. 3.

Esa. 43.

Esa. 9.
Rom. 8.
Ephes. 5.
Esa. 53.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq. in ira tua corripas me. Misere mei, misere mei, propter nomen tuum magnum. Et propter nomen sancti filij tui Iesu, quem misisti propitiationem pro peccatis nostris, per fidem in sanguine suo: propitius esto mihi peccatori, Ecce Pater sancte: ecce puerum tuum quem elegisti, ponens Spiritum tuum super eum: & mittens eum ut euangelizaret pauperibus, & sanaret contritos corde: ut consolaretur omnes lugentes, & predicaret captiuis indulgentiam. Ecce paruulum tuum, qui natus est nobis: cui etiam nō pepercisti, sed pro nobis omnibus in mortem tradidisti, oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Verè languores nostros ipse in corpore suo tulit, & dolo-

res nos

rei nostros ipse portauit. Infirmatus est propter peccata nostra, & vulneratus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostra irruit super eum, & linore eius vulnera nostra sanata sunt. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit: & tu Domine posuisti in eo iniquitates omnium nostrum, percutionem ipsum propter scelera populi tui. Corpus suum dedit percutientibus, & genas vellentibus: faciem suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus in eum. In dilectione & misericordia sua perditos nos redemit: pacificans per sanguinem crucis sue, qua in calis & qua in terris sunt. Tradidit in mortem animam suam: & pro transgressoribus preces effudit.

Esa. 50.

Esa. 63.
Ephel. 2.
Esa. 53.

Respice clementissime Pater, quisnam ille qui passus est: et reminiscere obsecro, pro quibus passus est. Hic est enim innocens ille, quem cum essemus peccatores, ad mortem dedisti: num non multo magis iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum? Si reconciliati tibi sumus, cum adhuc inimici essemus, per mortem filij tui: an non multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius? Ecce agnum immaculatum, qui peccata mundi tollit: cuius pretioso sanguine redempti sumus de iniquitatibus nostris. Ecce mitissimum, innocentem: qui tanquam ouis ad occisionem ductus: dum male tractaretur, os suum non aperuit. Qui cum in forma Dei esset, nec rapinam arbitratus, esse se aequalem Deo: exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & in similitudinem carnis peccati veniens, damnauit peccatum in carne, humiliansque semetipsum, tibi Pater factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: atque illic chirographum, quod aduersum nos erat decreti, debebat: & tollens illud e medio suffixit cruci: in qua expolians principatus & potestates traduxit confidenter,

Rom. 9.

Ioan. 1.

Esa. 53.
Philip. 2.

Rom. 8.

Philip. 2.
Colosi. 2.

Hebr. 13.

fidenter, palam triumphans eos in semetipso.

Apoc. 1.

Tit. 2.

1. Petr. 1.

Heb. 9.

Ioc. 12.

2. Petr. 3.

Pfal. 24.

Pfal. 142.

Pfal. 129.

Iob 4.

Pfal. 129.

Pfal. 24.

Pfal. 102.

Pfal. 77.

Pfal. 83.

Esa. 53.

1. Petr. 1.

Expia me o Pater sancte, per sanguinem testamenti aeterni, filij tui dilecti: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & redemit nos ab omni iniquitate. Purifica cor meum per sanctificatione spiritus tui, & asperzione sanguinis filij tui: ab omni immunditia peccati & conscientia mala: & iniquitatum mearum ne memor sis amplius. Quoniam Deus es tu, bonus & misericors, ac patiens erga nos: nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Secundum misericordiam tuam magnam, memor esto mei tu propter Bonitatem tuam Domine. Ne in eas iudicium cum seruo tuo: etenim si iniquitates attendas Domine: Domine quis non cadet in conspectu tuo? Hoc enim pro certo est, quod coram te nemo viuens iustificabitur. Cum aduersus angelos tuos peruersi quid reperisti: quanto magis in homine, qui est abominatio & factor: & domum inhabitat luteam, & bibit sicut aquas iniquitatem? Sed quoniam tecum est propitiatio: spes mea in te Domine Deus, cui fidit anima mea. Anima mea te expectat: quoniam tecum est misericordia, & copiosa apud te redemptio. Vniuersa via tuae misericordia. Quam mitis est pater in pueros suos, tam mitis es Domine erga timentes te: & pro abundantia misericordiae tuae, indulges infirmitatibus nostris. Agnoscis figmentum tuum: recordaris quales sumus, nempe, nullius firmitatis.

Miserere mei o Domine Deus salutis meae: & propter gloriam nominis tui libera me. Propitius esto peccatis meis, propter nomen sanctum tuum. Pater pie, ne attendas multitudinem iniquitatum mearum: sed respice in faciem Christi filij tui sancti: qui peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis. Auerte faciem tuam a peccatis meis: &

omnes

omnes iniquitates meas dele. Ne auertas faciem tuam
à me: ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor esto mihi,
ne deseras me, neque despicias me Domine Deus meus.
Amen.

Psal. 50.
Psal. 26.

INITIVM PSALMI XXX.

Cuius verbis vsus est Christus in cruce, cum Patri
suo caelesti moriens Spiritum suum commenda-
ret. Luca 23.

IN te Domine speravi, non confundar in aeternum: in
Iustitia tua libera me. CAPVT
XVIII.

Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refu-
gij: vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: et
propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi:
quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti
me Domine Deus veritatis.

Precationes, vel potius Eiaculationes praecipuorum
Apostolorum, quas sub extremam vitae horam,
ad D.N. Iesum Christum emiserunt.

S. Petri Apostoli morientis.

PRECATIO.

GRatias tibi ago Domine Iesu Christe, Fili Dei vi-
ui: non solum voce & corde, sed spiritu quo te di-
ligo, quo te intelligo, quo te video. Tu mihi omnia, & in
omnibus: tu mihi totum: & nihil mihi aliud praeter te so-
lum: qui es bonus, & verus Dei filius Deus. Cui cum
aeterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria est, in
aeterna semper secula seculorum. Amen.

CAP. XIX.
Abdias vel
eius inter-
pres Africa-
nus lib. 1.

d s

S. Ioan-

S. Ioannis Apostoli, sub extremam vitæ horam.

PRECATIO.

Mem. lib. 5. **S**uscipe me Domine Iesu: ut cum fratribus meis sim. **A**peri mihi pulsanti ianuam vitæ: principes tenebrarum non occurrant mihi: nec veniat mihi pes superbie, & manus extranea à te non contingat me: sed suscipe me secundum verbum tuum, & perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur omnes amici tui. Tu es enim Christus filius Dei vivi, qui precepto Patris mundum salvasti: qui & Spiritum sanctum tu: in nobis destinare dignatus es. Per eundem Spiritum tibi gratias referimus, per infinita secula seculorum. Amen.

S. Thomæ Apostoli.

PRECATIO.

Mem. lib. 9. **T**V Domine, qui animam inopem replere consuevisti, imple ea qua mihi desunt: & esto mecum, donec ad te veniam, & te videam.

Precationes Apostolicorum virorum & Martyrum, SS. Polycarpi & Cypriani, cum iam iam calicem Domini bibituri essent.

S. Polycarpi Martyris, Smyrnen. Episcopi.

PRECATIO.

CAPVT

XX.

Euseb. Eccl. Hist. lib. 4. cap. 15.

Deus dilecti & benedicti filij tui IESV CHRISTI Pater, per quem tui agnitione suscepimus: Deum Angelorum & Virtutum & uniuersæ creaturæ, ac totius istorum generis, qui omnes coram te viuunt: benedico te, qui me in hanc horam perducere dignatus es, ut particeps existerem calicis Christi tui: in resurrectionem vitæ aternæ, anima ac spiritus mei, per incorruptionem Spiritus sancti. In omnibus laudo te, & glorifico te: per aeternum Deum & Pontificem IESVM CHRISTVM, dilectum filium tuum: per quem, &

CU

sum quo, tibi cum Spiritu sancto, gloria, & nunc, & in
 futura secula. Amen.

S. Cypriani Martyris, & Episcopi Carthag.

PRECATIO.

Domine sancte, Deus bagios Pater, ad te leuavi
 animam meam: Deus meus tibi gratias & laudes
 refero. Tu omnium Dominus dominatum, libera me de
 hoc seculo: & exaudi me orantem, sicut exaudiisti filios Exodi 2.
 Israel de terra Aegypti.

Rogo Domine, subueni mihi: noli me secundum actum
 meum iudicare: nihil enim in preceptis tuis parui. Ex-
 audi me orantem, sicut exaudiisti Ionam de ventre ceti; Ionae 2.
 sic exaudias me, & eicias me de morte ad vitam, Sicut Ionae 3.
 Niniuita induerunt cinerem & cilicium, & poeniten-
 tiam egerunt ante Dominum: ita & ego exomologesin-
 faciens ante conspectum tuum, pro uniuersis peccatis meis: Psal. 14.
 qui es amator poenitentiae, miserere mei. Sed et Dauid di-
 cit: Dñe, propter nomen tuum dele peccatum meum: & ego
 deprecans maiestatem tuam, dele uniuersa peccata mea.

Exaudi me orantem, sicut exaudiisti tres pueros de Dan. 3. 6.
 camino ignis: & sicut exaudiisti Danielelem de lacu leo- Tob. 8.
 num. Exaudi me, sicut exaudiisti Tobiam & Saram,
 dum orarent in atrio domus suae: & sicut exaudiisti Su- Dan. 11.
 sannam inter manus seniorum. Exaudi me orantem, sicut
 exaudiisti Ezechiam regem Iudae, & delesti ab eo infir- 1. Reg. 10.
 mitatem: sic & à me auferas infirmitatem carnis: &
 augeas mihi ad fidem, sicut illi auxisti annos quindecim
 ad vitam. Te deprecor Pater maiestatis: qui in fine tem-
 porum miseratus es nostri, mittens nobis IESVM CHRI-
 STVM, Dominum Deum Saluatorem nostrum, natum
 ex Maria uirgine de Spiritu sancto, nunciante Ga- Luc. 7.
 briele angelo: per quem nos liberasti de periculo mor-
 tis imminuentis.

Et te

Et te deprecor Filium Dei unigenitum, propter uniuersa
 commissa mea: qui fecisti tanta mirabilia: qui es in calis,
 filius in patre, & pater in te in sempiternum: qui sedes
 super Cherubim & Seraphim honoris tui. Tibi assistunt
 Angeli, Archangeli, numerus innumerabilis, timentes
 ac parentes honorem & virtutem tuam: clamantes voce
 magna & dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus
 Deus Sabaoth. Tu ipse nobis testamentum fecisti: Peti-
 te & accipietis: pulsate & aperietur vobis. Quodcumq;
 a Patre meo petieritis in nomine meo: ego a Patre peto,
 ut accipiat. Ego peto ut accipiam: quero ut inueniam:
 ego pulso ut aperiat mihi: ego in tuo nomine peto, ut
 tu a Patre petas, & detur mihi. Paratus sum propter
 nomen tuum victimam sanguinis fundere: & quodcumque
 tormentum sustinere. Tu es Domine Adiutor meus &
 Defensor: defende me ab aduersario meo. Angelus tuus
 lucis protegat me: quia tu dixisti, Quod credentes pe-
 tieritis per orationem, dabitur vobis. Omnis homo men-
 dax: tu es verax. Sicut tu promissisti, potestatem habes
 Domine dare mihi omne sacramentum caeleste: ut dignus
 sim faciem sanctorum tuorum videre. Spiritus in me
 operetur, voluntas tua in me fiat: quoniam tibi sponendi
 omnibus diebus vita mea: qui passus es sub Pontio Pila-
 to, bonam confessionem: qui crucifixus descendisti, &
 conculcasti aculeum mortis. Deuicta est mors: deuictus
 est inimicus diabolus. Tu resurrexisti a mortuis, & ap-
 paruisti Apostolis tuis, sedes ad dexteram Patris: qui
 venturus es iudicare vivos & mortuos. Tu dominaberis:
 libera me de manu querentis animam meam. Per
 nomen tuum libera me ab aduersaria potestate, ut opem
 des vincendi inimicum meum: quoniam tu es potens as-
 fertor & Aduocatus precum & petitionum nostrarum
 animarum. Die ac nocte interpellas pro pec-
 catis

Dan. 7.
 Eia. 6.
 Apoc. 4.

Matt. 7.
 Ioan. 16.

Matth. 11.

Psal. 115.

1. Tim. 6.

latis meis : orationem meam perferas ad Patrem tuum.

Et tu Domine sancte Pater, dignare respicere super preces meas : sicut respexisti super munera Abel. Genes. 4 Dignare me liberare ab igne & pœna perenni : & ab omni tormento, quod parasti iniquis : per bonum & benedictum IESVM CHRISTVM Saluatorem nostrum, per quem tibi laus, honor, virtus, gloria, in secula seculorum. Amen.

S. Hieronymi in agone mortis constituti Eiaculationes, ad Iesum Christum D.N.

Domine Iesu Christe, Refugium meum & Virtus, **CAPVT**
 Susceptor meus & Liberatores meus : in quẽ speravi, cui credidi, quem dilexi: turris fortitudinis, et spes mea à iuventute mea: operi manuum tuarum, cui vita & misericordiam tribuisti, tuæ clementia porrige dexteram. Tu susceptor meus meus es, gloria mea, & exaltas caput meum: suscipe me secundum multitudinẽ miserationum tuarum. Qui latronẽ in cruce moriens suscepisti.

Exurge Domine, adiuua me : exurge & ne repellas in sinem: suscipe seruum tuum in bonum. Propter hoc namque non relinquens Patris dexteram, adhesisti humanitati meæ: os ex ossibus meis, & caro de carne mea: factus Deus & Homo, ut confidenter ad te accederem, quasi ad fratrem: & tuam mihi misericorditer donares Diuinitatem. Pfal. 43. 11

Sicut seruus præstolatur finem operis sui : sic & ego Iob 7. expecto te Domine. Intret postulatio mea in conspectu tuo: fiat manus tua ut saluum me faciat.

Ecce virum, qui descendens à Hiericho, captus à latronibus, & vulneratus, seminivus relictus est: tu pie Samaritane recipe me. Peccavi nimis in vita mea: & malum coram te feci. A planta pedis vsque ad verticem Luc. 10. Ega. 1.

cerm

Hierem. 17.
Luc. 18.

*cem capitis, non est in me sanitas. Sana me tu Domine,
& sanabor: saluum me fac & saluus ero.*

*Cecum iuxta viam clamantem, IESU FILI DAVID
MISERERE MEI: lumine tua visionis aeterna illumina.*

Pfal. 12.

*O lux inuisibilis, illumina oculos meos, ne unquam ob-
dormiam in morte: ne quãdo dicat inimicus meus, Pre-
ualui aduersus eum.*

Pfal. 50. 118

*Auerte faciem tuam à peccatis meis: dele iniquitates
meas, secundum magnam misericordiam tuam. Ne pro-
iicias me à facie tua.*

Luc. 17.

*Ego sum Onis, qua errauis: require eam bone Pastor,
& appone ouili tuo. Verè non sum dignus vocari filius
tuus: quia peccaui in calum & coram te.*

Pfal. 102.
Pfal. 78.

*Non secundum peccata mea facias mihi, neq. secun-
dum iniquitates meas retribuas mihi: sed adiuua me
Deus salutaris meus, & propter gloriam nominis tui li-
bera me. Benigne fac in bona voluntate tua, vt inhabi-
tem in domo tua omnibus diebus vite meae: vt in seculum,
seculi cum habitantibus in ea laudem te.*

Pfal. 50.
Pfal. 26.

Ne declines in hac hora à seruo tuo: expecto te Dñe.

Pfal. 29. 30.

*Credo videre bona Dñi in terra uiuentiu. Conuerte
planctũ meũ in gaudiũ mihi. Inclina ad me aurẽ tuam:
accelera, vt de hac lachrymarũ valle eripias me. Amen.*

Ultima D. Hieronymi morientis Verba.

*E C C E ad te venio, pie IESU: suscipe animam meam,
quam tuo recuperaſti Sanguine.*

Precatiuncula Iuliani Episc. Toletani.

CAPVT

XXII.

Floruit. ante
saenos D. CC.

Desertum Idumaea cecus & morbidus possessor in-
habitans, clamo ad te IESU fili David: miserere
mei. Patriam enim meam, aeternam Hierusalem quero,
ciues eius contemplari desidero: & quibus ductoribus il-
luc transcam, nõ inuenio. Tu ergo qui temetipsum mihi
dignatus

dignatus es ostendere *Viam*, porrige mihi manū tuam. Peto, ut per te, qui *Via* es, gradiar: in te, qui es *Veritas*, non offendā: ad te, qui *vita* es, perueniā: a te qui *summa* felicitatis es auctor, nullis casibus diuidar: nullis impedimentis abrumpar. Angelicis morientem me excubis protege: & vocatum ad te protenso pietatis gremio consolare. ut ad te sine confusione perueniens, videā qua bona sunt *Hierusalem*, omnibus diebus *vita* mea. Amen.

S. Thomæ Aquinatis Eiaculatio.

O *PIE Pelicane IESV* Domine, me immundū munda tuo sanguine. Cuius vna stilla totum mundum saluum facere posset omni scelere.

Alia Precatiuncula, in mortis agone vsurpanda.

Ex Tobia Cap. 3.

Nunc Domine memor esto mei. Domine secundum **CAPVT** voluntatem tuam fac mecum: & praecepe in pace **XXIII.** recipi spiritum meum.

Quemadmodū Dñe Iesu Christe, te iubente, in tuam Ex Agenda Herbipol. promissionem in aqua & spiritu sancto, mediāte *Pasione* & *Morte* tua in filium Dei regeneratus sum: ita te donante, in eandē promissionē credidi. Et nunc Dñe, de tua miseratione confisus, volens et lubens hanc quam donasti reddo animam: da ut promissionis tuae veritatem adeptus, te Deum Creatorem, Redemptorem & Saluatorem meum in aeternum magnificem. Amen.

Pro ea Dñe IESV, qua erga te mihi est fiducia, oro atq; obtestor, ut omnis dira illius in corpore tuo *Pasione* tuae acerbitas, Patri pro meorū meritis scelerū nunc propitiatoria sistatur hostia: ut eius *Merito*, in meo hoc excessu anima mea ab omni terrore libera, eo peruehat, ubi nulla torquet tristitia. Amen.

Laus & honor & gratiarum actio, sit tibi Dñe **IESV** CHRISTE, pro *Pasione* & *Morte* tua acerbissima.

Te Re-

Te Redemptorem & Salvatorem meum agnosco. Tu mundum, tu peccatum & infernum viciisti: ne quid detrimenti mihi adferant. In hoc spero, in hoc acquiesco: sit tantum miseratio tua mecum. Ne derelinquas me in his maximis angustiis meis Domine. Amen.

Adauge Domine Iesu Christe fidem & fiduciam meam in te: ne quid de diuina tua Miseratione addubitem. In gratia tuae promissionibus o Domine custodi me. Nunquam excidat, quia tu Saluator meus, spes mea. Domine adsis mihi: & secundum magnam misericordiam tuam animam meam suscipe: qui tuum ipse Patri commendaſti spiritum. Amen.

Simon Ver-
repæus.

Obsecro te benignissime Iesu: vt quoniam ipse qui te aspiciam, indignus sum: tu me propitius misericordie tuae oculis respicere digneris: quibus in domo Caipha Petrum te abnegantem, Magdalenam pedibus tuis aduolutam, & Latronem in cruce misericorditer respexisti.

Dan. 3. & 9.

In spiritu humilitatis suscipiar à te Iesu Christe, Vita & salus anima mea. Neque enim in iustificationibus meis prosterno preces meas ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

Luc. 15.

Ego Ouis illa amissa ad te Pastorem & Curatorem anima mea redeo: vocem tuam solius noui, non alienorum. Peto Domine, vt ad ouile me reducas: Potestne spernere vocem clamantis & confugientis ad te? Nonne tu dixisti: Clamauit ad me: & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum?

Psal. 90.

Psal. 27.

Ecce clamo, plus corde quam ore. Domine, tribulatio proxima est: & non est qui adiuuet, nisi tu bone Iesu. Non ausim affectare felicium sedes spirituum, qui speciem intuentur sanctissime Trinitatis: portio tamen creaturae tuae postulo micam suauissima mensa tuae. Ni-
mum

mum mihi fuerit, si subtus calcaneum infimi electi tui
oculum aliquem huic puillo famulo tuo non negaueris.

Creator & Redemptor meus Iesu Christe: pone Pas-
sionem, Crucem et Mortem tuam, inter iudicium tuum
& animam meam. Totum me tibi dedo: non me renuas.
ad te venio, non me reiicias.

Nunc Domine secundum voluntatem tuam fac me-
cum. In manus tuas commendo spiritum meum: redemi-
sti me Domine Deus veritatis. Sonet in mentis mea au-
ribus vox illa dulcis: Hodie mecum eris in paradiso. Tob. 3.
Psal. 30.
Luc. 23.

DEO OPT. MAX.

A Eterne Deus, Pater D. N. Iesu Christi, quem à
mortuis reuocatum, ad tuam dexteram colloca-
sti, ut sit pro nobis aternus apud te intercessor: sustenta
me in isto mortis agone spiritu sancto tuo, meq; clemen-
ter ex his corporis vinculis exolue: atque pretioso san-
guine filij tui redemptum, transfer in sinum Abrahe,
Vitamque sempiternam. Amen.

VLTIMA CHRISTI IESV VERBA.

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23.

S. STEPHANI VLTIMA VERBA.

Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Acto. 7.

APOCALYPSIS XXII.

Veni DOMINE IESV.

e LIBER

LIBER SEXTVS.

SIVE

IMMORTALITATIS ANI-

MAE, ET CARNIS NOSTRAE
Resurrectionis, extremique ac formidabi-
lis Iudicij, nec non æterni impiorum Sup-
plicij contra *ædeus*, præfractos ac duros, ni-
miumque securos tam sanos quam ægro-
tos, ASSERTIO.

In voluptatibus deditos, nec aliam Vitam superesse
cogitantes:

Querimonia.

CAP. I.
Ecl. 7.



N Ecclesiastico dicitur: In omnibus
operibus tuis memorare nouissima
tua: & in æternum non peccabis. Ni-
hil hac sententia verius. Qui fit ergo
ut ubique in deterius res humane, &
in omne nefas prolabantur: atque om-
nia simul vitia ad eò succrescant & multiplicentur, ve
nullus sit neque modus neque finis? In omni conditione
& gradu, multa obliuio, multa negligentia: & omnino
plus scelerum quam virtutum. Videlicet non cogitamus
quod scriptum est: Memorare nouissima tua. Ut rectè
de nobis dici valeat, Gens absque consilio, & sine pru-
dentia: vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima
providerent. Nam si in mente assidue volueremus ea,
qua in sacris literis de Morte omnibus fere momentis
imminen-

Deut. 32.

imminente, quæ item de mortuorum Resurrectione, & horribili Dei Iudicio, ac de perpetuis impiorum Supplicio, atq. æterna piorum Felicitate traduntur: equidem longè aliter vitam institueremus. Quem enim delectet in voluptatum carnalium cano volutari, cui ob oculos versatur illud Pauli, Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium? Sic neminè ad fraudes & rapinas ^{Heb. 9.} auaritia protrudet, imò verò nec leuis aliqua rerum terrenarum cura sollicitum habebit, qui mortis horam incertam, & secuturum tremendum nimis iudicium animo concipit ac discit. Sed nec fieri potest, ut quæquam superbia inflat, ambitio extollat, ad ultionem ira extimulet, linor exurat, cuius animum Christi tribunal occupat. Omnes enim stabimus ante tribunal ^{Rom. 14.} Christi.

Mira res. Nihil experimur magis quotidie, quàm mortem: & nihil minus cogitamus quàm mortem. Efferruntur parentes, comitamur funera: apertis monumentis cernimus oculis nostris nihil de corporibus superesse, quàm ossa & cineres: nec tamen subit animum, quòd & nos eadem fata maneant. Et quia hæc nihil nos mouent: fit ut Gehenna metus non admodum nos quoque torqueat. Quis hic fascinat mentes nostras? Quis nisi serpens ille antiquus, versipellis, malignus, prestigator: qui ^{1. Cor. 11.} sicut Enam seduxit astutia sua: ita corrumpit sensus nostros. Is nobis adimit cogitationem mortis, ut in morte nos teneat. Nouit enim nihil ad vitiorum omnium euersionem aequè facere, atque huiusce rei cogitationem. Nam ubi animum occupauit cogitatio mortis, mox etiam eorum quæ mortem sequuntur, subit cogitatio. Hinc ergo ^{Esa. 66.} offert se Gehenna, & Ignis ille inextinguibilis, & Vermis ^{Mat. 9.} qui nunquam moritur, mentemq. totam ita concutit, ut iam nec diuitie, nec dilicia, nec quocquam caterorum,
 ¶ 2 detinere

Job 10.

detinere eam, aut voluptate queat afficere. Quod si liceret Infernum semel aspicere, terram illam tenebrosam et opertam mortis caligine: terram miserie & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: quos ibi ululatus audiremus? quos horrores conspiceremus? Quot videremus ibi in mediis flammis ardentibus, quos olim admirati sumus, & beatos predicauimus: qui vitæ huius suauitates maximo studio exquirebant: qui argentum congeriebant & aurum: qui coniungebant domum ad domum, & agrum agro copulabant: quos inconsumptibiles flamma allambunt, inter tormenta & incendia tartarea immortales victuri, non centum, non mille, aut centies vel millies mille annis, sed in æternum: sicut scriptum est, Fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum.

Baruch 3.
Esa. 5.

Apoc. 14.

2. Tim. 3.

Chry. Hom.
20. in Gen.

Quoniã igitur hodie nimis multi sunt, qui voluptates magis quam Deum amant, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes: qui ore Christianismum, reipsa Epicureismum proficuntur: visum est è re fore, ut priusquam de horribili Dei Iudicio dicamus, de Immortalitate anime, ac carnis Resurrectione, ex Scriptura sacra quadam proferamus: si fortè Dominus Deus aperiat illis cor, ut intendant his que dicuntur. Manifestum namque est, ita se habere peccatum, ut priusquam fiat, & ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mentem: postquam autem consummatur, palam nobis suam absurditatem proferat & ostendat. Vnde breuis illa & absurda voluptas, continuum dolorem menti inserit, conscientiaq; fiducia aufert, &c. Hinc fit, ut qui delitiis immergi sunt ac voluptatibus, omnia cupiant cum illis, hoc est, cum corpore suo concidere: nec vllum superesse iudicem, qui vitæ huius rationem ab ipsis reposcat: videlicet ut accusatricem illam

Conscien-

Conscientiam, quasi carnificem ipsos lancinantē & flagellantem perpetuo circumferre necesse nō habeant. Itaque quod optant, instigante Satana, tandem sibi persuadent: et posito omni metu diuini numinis, carnalibus desiderijs audacter indulgent: breuem hanc voluptatulam, & momentaneum mundi gaudiolum, parte suam arbitrantur. Vnde Scriptura dicit: Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Et David propheta ait: Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Hac ratione factum est, ut Epicuri, & ipsius praeceptorum Dicaearchi & Democrii disciplina multo celebrior semper fuerit, quam caterorum philosophorum: quod homo voluptati deditus docuit Deos nihil curare nostra: non ira, non gratia tangi: inferorum poenas non esse metuendas, quod anima occidant post mortem, &c. Et Simoni mago obiectum à B. Petro legimus, quod animam asseueraret esse mortalem: uti ne spe futurorum recte iusteq; viueretur. Nā si, inquit, desperantur futura, quid nisi abscindatur misericordia, luxuria indulgeatur & voluptatibus: ex quibus omnem iniustitiam consurgere constat? Inde vox illa Epicureorum apud Esaiam & apostolum Paulum: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Errauerunt autem impij, testante Scriptura: & nescierunt sacramenta Dei, neque sperauerunt mercedem iustitiae, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inextremabilem: & ad imaginem similitudinis suae fecit illum.

Sic ergo habet Ecclesiae fides, oraculo Diuino confirmata: nempe, Animam hominis substantiam esse simplicem, separabilem à corpore: quippe qua discedens à corpore, immortalis, per se subsistens, manet: non conditam ex materia aliqua, sicut corpus ex terra, neque

Sap. 1.

Prou. 18.

Psal. 135.

Lactan. In. fit. lib. 3. cap. 17.

Clemens Recognit. lib. 3.

Esa. 22.

1. Cor. 15.

Sap. 2.

Ecclesiae fides de Anima immortalitate: & corporis Resurrectione.

ex substantia Dei, sed ex nihilo formatam: à Deo autem infundi seu inspirari in corpus humanum, ut eius agitatione viuat, tantisper donec ipsi Deo placeat: ac demum eo iubente puluis reuertatur in terram de qua sumptus est, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Porro puluerem illum, hoc est, corpus humanum, in nouissimo die ad tuba vocem resur-recturum esse.

Ecl. 12.
Ioan. 5.

2. Cor. 15.
2. Thefl. 4.

Hac Doctrina adeò est Christianorum propria, ut si ea subuertatur, præcipua oporteat collabi Religionis nostra capita: ut Apostolus Paulus docet 1. Corinth. 15. *Quam* ideò solidis sacre scripturae testimoniis confirmabimus, ut de secuturo Iudicio minus dubitemus.

DE ANIMÆ IMMORTALITATE.

Testimonia S. Scripturæ, atque etiam naturalis Rationis.

CAP. II.
Gen. 1.

Gen. 2.

I.
Moses cum in principio narrasset calum & terram, & omnia quæ in eis sunt, à Deo esse condita: ubi ad hominis creationem venit, dixisse Deum ait: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ac postea: *Formauit Dominus Deus hominem de limo terra. Non animam, sed corpus de limo terra formatum esse, intelligendum est. Nam additur: Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Cuius eius? utique hominis, quem de limo terra finxerat. In huius faciem inspirauit spiraculum vitæ, id est, animam qua spiraret ac viueret. Quam mirabili Deus prouidentia non ex sese, ceu partem aliquam naturæ suæ, neque ex materia vlla elementalī formatam, sed substantiam ad*
Ima.

Imaginem suam factam, immortalem, per se subsistentem, corpori efformato tanquam materie preparata creavit ac indidit. Et factus est homo in animam viventem. Per utramque ergo sententiam Moses & originem à Deo propriam, & anima immortalitatem denotavit. Non enim poterat esse imago & similitudo Dei, si mortis termino clauderetur. Immortalis est ergo anima, ne à Creatoris sui similitudine discrepare videatur. Nam immortalis & eternus est Deus.

August. de Spiritu & anima, ca. 18

II.

Ad Abrahamum dicit Deus: Tu ibis ad patres tuos, sepultus in senectute bona. Et postea scribitur: Deficiens mortuus est in senectute bona, &c. congregatusque est ad populum suum. Et de Isaac: Consumptus aetate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum. Iacob quoque dicit se descensurum in infernum ad filium suum. Ac postea dixit filiis suis: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis. Rursum Josia Regi Iuda dicitur: Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui mala.

Gen. 15.

Gen. 25.

Gen. 35.

Gen. 45.

Gen. 49.

4. Reg. 21.

Docent haec Testimonia, piorum animas non dissipari, ut pecudum evanescent, sed congregari & colligi ad populum suum: hoc est, ad caelum beatae Ecclesiae. Unde Esaias dicit: Viri misericordia colliguntur, quia non est qui intelligat, à facie enim malitiae collectus est iustus. Ut enim sciamus, post hanc vitam restare aliam: non morimur, sed colligimur, secundum scripturam.

Esa. 57.

Ada. Saffour in Esaiam.

III.

In Exodo legimus, Dñm ad Moysen sic locutum: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, et Deus Iacob. Hunc locum Christus contra Sadduceos, qui nec angelum, nec spiritum, nec resurrectionem corporum

Exod. 3.

Hieron. in Com. in

Mat. cap. 22.

Acto. 23. *confitentes, animarum quoque interitum prædicabant, ad eternitatem animarum probandam adducit: statimque infert, Non est Deus mortuorum, sed viuētium: ut cum probauerit animas permanere post mortem, (neque enim poterat fieri, ut eorum esset Deus, qui nequaquam subsisterent) consequenter introduceretur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona malæve gesserunt.*

IIII.

Prouerb. 14. *Salomon in Prouerbiis, In malitia, inquit, sua expelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. Cum mors sit terribilis & molesta, quid posset iustus in ea sperare, nisi esset post eam altera vita multo illustrior & præstantior? Sperat ergo iustus in morte sua: quia cum animam exhalabit, consecuturum se immortalitatem & eternam vitam nouit.*

V.

Sap. 5. *In libro Sapientie inducuntur impij in aternis poenis cruciati suam miseriam plorantes, & statim subditur: Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt. Et paulo post dicitur: Iusti autem in perpetuum uiuent. Ac rursum: Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorū immortalitate plena est.*

Sap. 3.

VI.

3. Reg. 17. *Elias orat super filium Sarephtana uidua, dicens: Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. Et in Luca dicitur de filia Archisynagogi, Reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Non potest autem reuerti, quod perit, seu esse desijt.*

Luc. 8.

VII.

Matt. 10. *Christus apud Mattheum dicit: Nolite timere eos qui oc-*

qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Anima igitur non interimitur, pœnas tamen in gehenna luit.

VIII.

In Transfiguratione Domini apparuerunt Moses & Elias cum Christo loquentes. Lucas Euangelista eos dicit visos in maiestate, & dixisse excessum Christi, quem completurus erat in Hierusalem. Moses tanto ante aduentum Christi tempore mortuus est in monte Nebo, & Elias raptus est in celum per turbinem, & tamen apparent cum Christo loquentes: unde evidentissime demonstratur, eos ab hominum cōspectu ablatos, non in nihilum redactos, sed viuere immortales. Et Moses quidem anima soluta corpore, Elias verò corpus & animam habens, testimonium reddunt, & animas immortales esse: & corpora ad immortalitatem reuictura.

IX.

In Luca dicit ad diuitem Deus: Stulte, hac nocte animam tuam neperunt à te: qua autem paraſti, cuius erunt? Non dixit, moritur: sed repetunt à te. Quod repetitur, manet: quod interimitur, non manet. Quomodo enim interimitur, (ait Ambrosius) de qua dixit sapientia Dei, non timendum quenquam, qui potest corpus occidere, animam autem non potest? De qua dicit propheta: Anima mea in manibus tuis semper. Semper, inquit, non in tempore. Et tu commenda animam in manibus Domini. Non solum cum recedit è corpore, sed etiam cum est in corpore, est in manibus Domini: quia non vides eam vnde veniat, aut quo vadat.

X.

Historia quoque diuitis voluptuarij & Lazari mendici, immortalitate anime manifestè adstruit. Factum est, ait

Matt. 17.
Luc. 9.

Deut. 34.
A. Reg. 2.

Luc. 12.

Ambros. de
bono mortis
cap. 10.
Matth. 10.
Psal. 118.

Luc. 16.

est, ait Euangelista, ut moreretur mendiculus, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahe. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius. Vides hic Lazari animam, similiter & diuitis, non euanuisse: sed detrusam huius animam ad inferos, illius autem in Abrahe sinum ab Angelis translataam.

XI.

Ioan. 10.
Ambros. de
bono mortis
esp. 10.

In Ioanne Christus D. N. dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ergo non moritur cum corpore anima: que & ponitur & resumitur, et in manus Dei patris comedatur.

XII.

Luc. 23.

Dominus noster Iesus Christus ad latronem expirantem ait: Hodie mecum eris in paradiso. Necessse est igitur latronis animam cum corpore non extinguere.

XIII.

Acto. 7.

S. Stephanus commendat Domino Iesu spiritum suum. Itaque hac voce, animas ne in morte quidem interire, sed in vita melioris conditionem transire: imò & in ipsa morte vitam per Christum inueniri significat.

XIII.

Philip. 1.

Apostolus Paulus desiderium habuit dissolui, & esse cum Christo. Ergo anima in morte aut dissolutione hominis non interit, sed vivit: pijs quidem hominis cum Christo, impijs autem cum diabolo & angelis eius, ad subeundum supplicium sempiternum: iuxta illud Salvatoris nostri Christi, Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.

XV.

Apoc. 6.

Ioannes Apostolus in Apocalypsi sua vidit subtrahi altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter

propter testimonium quod habebant: et clamabant voce magna dicentes, *Vsq̄uequo Domine sanctus & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostram de his qui habitant in terra? Et datae sunt illis, inquit, singula stole alba: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conferui eorum, et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi. Perspicue demonstrat hoc testimonium, animas ne ad tempus quidem mori, (vt falso opinabantur olim quidam in Arabia, dicentes, animas hominum per mortem cum corporibus interire pariter & corrumpi: rursus vero in tempore resurrectionis cum corporibus suscitari) sed existere sempiternas: ac posteaquam à corporibus discesserunt, aut suppliciiis dedi, aut cum Christo feliciter aeternum viuere.*

Euseb. Hist.
eccles. lib. 6.
cap. 27.

XVI.

In historia Iob viri simplicis ac recti legitur: Et ad-^{Iob 42.} didit Dominus omnia quaecunque fuerant Iob duplicia: & facta sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga bouum, & mille asinae. Et fuerunt illi septem filij & tres filiae. Quod septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga bouum, & quingentas asinas ante habuerit, ipsa eiusdem historiae praefatio ostendit: qua per flagellum perdita, ei sunt duplicia restituta. Filij autem totidem^{Iob. 1.} sunt redditi, quot amisit. Septem quippe filios & tres filias habuit: septem autem rursus filios & tres filias recepisse describitur, vt & hi qui extincti fuerant, viuere demonstrantur.

Gregor. lib.
31. Moral.
cap. 16.

XVII.

Tria haec ita sunt conexa et cōiuncta, vt diuelli ac dis-^{Ioan. Iud.} sociari nullo modo nec possint, nec fas sit: Dei Religio, Dei^{Viues, de} Prouidentia, Anima nostra immortalitas. *Quisquis vnus*^{Verita. fid.}
istorum^{chr. Lib. 2.}

istorū tentarit labefactare, aliorū quoq. fidem concutiet. Nā si Animæ nō sunt immortales, bene aut secus factorū nulla sunt Pœne, nulla Præmia. Hac enim in decursu presentis cui omnia permista & confusa cernimus: ut nihil sit aliud hominū vita, quàm merum latrocinium. Nulla est ergo Deo cura de nobis. Quòd si nos non curat, quorsum coletur à nobis? vana ac stulta persuasio fuerit Religio ac Pietas. At nos tamen homines omnes, & nationes quantumcunque barbaras, animaduertimus adduci naturaliter ad Religionem aliquam: laudare ac probare modestiam, moderationem, gratitudinem, pietatem, mansuetudinem, patientiam, equitatem. Fieri ergo non potest, quin hæc sint bona, & contrariis potiora: cuius rei nulla est ratio, si Deus non sit spectator ac Iudex. testantur igitur nos illi cura esse, & pietatis premium alibi expectandum. Quòd si illic est virtutis pretium, & hominis finis: anima profectò illic viuet.

Quis Animarum ex corpore migrantium status: Ex Athanasio, Episcopo Alexandrino.

CAPVT

III.

Quæstione
29. & sequ.

Psal. 37.

Iob 10.

Luc. 23.

Athanasius Episcopus ad Antiochum principem, quò post mortem reciperetur animæ, interrogantem: Aliena est, inquit, & horribilis quæstio, & hominibus abscondita: non enim permisit Deus redire quenquā inde, qui annunciarer, vbi aut quomodo sint illæ à nobis profectæ animæ. Tamen ex Scripturis discimus, quod peccatorū animæ inferius omni terra & mari existant, ut inquit Psal. In tenebris & in umbra mortis, & in lacu infimo. Atque in Iob scriptum est: In terrā tenebrosam, & opertam mortis caligine, in terram tenebrarum aterralium, vbi non est videre lumen, neq. vitam hominibus. Iustorum autē animæ post Christi aduentum & mortem, id quod de latrone in cruce didicimus, in Paradiso

radiſo ſunt. Nō enim propter ſolā latronis animā Chriſtus Deus noſter Paradīſum aperuit, ſed etiam propter reliquas oēs ſanctorum animas. Pēgit deinde Antiochus interrogare: Nunquid igitur receperunt iuſti bona ſua, & peccatores pōnā? Reſpondet Athanaſius dicens, Nequaquam, attamen gaudiū nacti ſunt Sanctorum anima: & iſta eſt fruitio earū particularis, ſicut & triſtitia quam peccatores habet, eſt particulare ſupplicium. Quomodo enim accerſit rex amicos ſuos, ut ſecum prandeant: & damnatos ut puniantur: hi autē qui ad prandium ſunt vocati, gaudent & latantur coram rege in palatio uſque ad horam prandiū, damnati autem in carcere clauſi manent in marore & triſtitia, uſq. dum ueniat iudex: ita tandē intelligere oportet etiam de animabus que iſtuc à nobis migrauerunt.

De eodem animarum ſtatu poſt mortem, D. Auguſtini Sententia.

Tempus quod inter hominis mortem, & ultimam **CAPVT**
reſurrectionē interpoſitū eſt, animas abditis rece- **IIII.**
ptaculis cōtinet, ſicut unaquaq. digna eſt, uel requie uel **In Enchirid.**
erumna, pro eo quod ſortita eſt in carne cum uiueret. **ad Laur.**
cap. 109.

Ante Paſſionē Domini omnes anime Sanctorum in **De Dogma-**
inferno ſub debito prauaricationis Adæ tenebantur, do- **tibus eccl.**
nec auctoritate Domini per indebitam eius mortem à **cap. 77. 78.**
ſeruili conditione liberarentur. Poſt Aſcenſionem Do-
mini in celos, omnium Sanctorum anime cum Chriſto
ſunt: & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt, ex-
pectantes reſurrectionem corporis ſui, ut ad integrā &
perpetuam Beatitudinem cum ipſo pariter immutētur:
ſicut et peccatorū anime in inferno ſub timore poſite, ex-
pectant reſurrectionem ſui corporis, ut cum ipſo ad pō-
nam detrudantur eternam.

Mortuis

Tractatu 49.
in Ioannem.

Mortui dicti sunt in scripturis saepe DORMIENTES, sicut Apostolus dicit 1. Thess. 1. 11. Nolumus vos ignore fratres de dormientibus, &c. Ideo & ipsos Dormientes appellauit, quia resurrecturos prauinciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus & malus, sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisque videat in somnis, alij sentiunt lata somnia, alij torquentia, ita ut euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic unusquisque hominum cum causa sua dormit, & cum causa sua surgit: & interest, quali quisque custodia recipiatur, ad iudicem postea recipiendus: nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humano & miti officio atq. ciuili: alij traduntur optionibus: alij mittuntur in carcerem: & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris detruduntur. Sicut ergo diuersa custodia agentium in officio: sic diuersa custodia mortuorum, & diuersa merita resurgentium: receptus est pauper, receptus est diues: sed ille in sinu Abrahae, ille ubi sitiret & gutta non inueniret. Habent ergo omnes anima, cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas: habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur.

Luc. 16.

DE CARNIS NOSTRAE RESVRRECTIONE.

Testimonia & Argumenta ex S. Scriptura, & ab Exemplis, atque etiam humanae naturae Ratione & Iudicio desumpta.

CAPVT

V.

Epiphan. in
lib. Ancorat.

IN Carnis Resurrectione, omnis Thesaurus, & Fundamentum omnis sapientis cogitationis, et omnis bona opera-

operationis depositum est: qua quidem validissimis S. Scripturae Testimoniis & Exemplis, atq. etiam Argumentis ex humane natura Ratione & Iudicio, mirifice confirmata est. Huius generis maxime insignia sunt, qua sequuntur.

EX VETERI TESTAMENTO.

I.

Resurrectionis mortuorum primum in Abel extat testimonium, quod post mortem sanguis eius Dominum alloquitur. Sanguis autem non anima est, sed in sanguine anima est. Et non dixit: Anima clamat ad me, ostendens, quod est spes Resurrectionis corporum.

Gen. 4.
Epipl. lib.
1. co. 1. Sc.
cta. 9.

II.

Deus dixit ad Noë post diluuium: Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu omnium bestiarum, &c. Quomodo requireret sanguinem hominis de manu omnium bestiarum: nisi quia resuscitabit corpora hominum mortuorum? non enim pro homine morientur bestiae, ut in punitionem scilicet commissi sceleris illud patiantur, quod homini intulerunt. Nominantur autem bestiae, non quod etiam resuscitabuntur, sed quò magis exprimatur Resurrectio, etiam denotorum corporum: cum de ipsis denotoribus exactio edicitur.

Gen. 9.
Damas. de
orth. fide li.
4. cap. 28.

Tertull. li. de
Resur. catu is

III.

Iacob propriorum ossium curam gerens, velut de non pereuntibus praecepit. Et non hic solum, sed etiam Ioseph eadem consequentia praecipiens Resurrectionis speciem ostendit: cuius ossa per annos quadraginta in castrorum ordine gestabantur. Si non spes fuisset Resurrectionis, qualis esset ossium cura, ut de corruptibilibus ossibus praeciperent insti?

Gen. 49. 50.
Heb. 11.
Epiphan. lib.
1. to. 1. Sc.
cta. 6.
Et lib. Anco.
Exod. 13.

Ad Mo-

IIII.

Exod. 4.
Epiphan. in
lib. Ancor.

Ad Mosen ait Dominus: Quid est in manu tua? Ipse vero dixit: Virga. Virga autem hac lignea erat, & sicca penitus: & dixit, Abuce ipsam in terram. Et abiicit aridam virgam: & quod aridum erat, humidum Deus efficiebat: & non solum humidum, sed etiam animatum, imò & natura alteratum, & essentia aliter formatum. Non erat spectrum hoc opus, sed factum in veritate: alioqui propheta non aufugisset à cōspectu serpentis. Certitudinem ergo Resurrectionis per virgam operatus est Deus, & propriam potentiam ostendit: ut ne quis fidem deroget in omnibus potenti.

V.

Num. 17.
Epiphan.

Virga Aaron germinavit cum sicca esset, & fructum produxit: in sp̄e vite mortua corpora nostra resurrectionis esse significans. Similia enim ostendit Deus futura ab ipso Resurrectionis.

VI.

Deut. 34.
4. Reg. 1.
Luc 9.
Tertullian.

Moses in monte Nebo mortuus, & Elias in turbine raptus, in Domini transfiguratione in monte Thabor agnoscebantur: alter in imagine carnis nōdum recepte, alter in veritate nondum defuncte, eandem habitudinem corporis etiam in gloria perseverare docuerunt.

VII.

Genes. 5.
4. Reg. 2.
Num. 16.
Epiph. in
Ancor.

Enoch & Elias in corpore & anima permanserunt propter spem. Et ne quis rursus ambigat, etiam alios in orcum detruxit Deus una cum corporibus. Aperuit enim terra os suum, & deuorauit Dathan & Abiron: & descenderunt in orcum viuentes corpore & anima. Ex ipsa enim hora in iudicium traditi sunt, neque corporibus solutis, neque reliquiis traditis, aut parte: sed totis ipsis cum corpore & anima traditis in Supplicium.
Mose

Moses cum duodecim tribus Israël iam moriturus benediceret, ad Ruben progressus, inquit: *Vinat Ruben, & non moriatur. cum olim ante centum viginti sex annos sepultus esset: ut vitam post mortem esse ostenderet. Vinat, dicens, in Resurrectione significans: nouerat enim, quod uiuent omnes. Et, Non moriatur, in Iudicio: non mortem, quae per corporis discessum contingit, dicens, sed eam qua contingit per condemnationem.*

Deut. 33.
Epiphan. lib.
1 to. 1. secta.
9. Et in An-
corato.

IX.

Ait Dominus, ego occidam, & ego uiuere faciam: percutiam & ego sanabo: & non est qui de manu mea possit eruere. Certè posteaquam occiderit, uiuificabit: ergo per mortem occidens, per Resurrectionem uiuificabit. Caro est autem quae occiditur per mortem: caro itaque & uiuificabitur per Resurrectionem. Certè si occidere, carni animam eripere est, uiuificare contrarium eius carni animam referre est: caro resurgat necesse est, cui anima per occisionem erepta, referenda est per uiuificationem. Et nihil omnino in uniuersum eximere ex magna ac forti ipsius manu ad perditionem & interitum potest: non ignis, non mors, non tenebrae, non caecos, non corruptio.

Deut. 32.
Tertullia.
lib. de Re-
sur. carnis.

Epiphan. lib.
2. to. 1. h. 2.
ref. 64.

X.

In eodè Cantico Moses sic dicit: Indicabit Dominus populū suum, & in seruis suis miserebitur. Ac rursum: Sanguinem seruorum suorum ulciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum. Est luculentissimum de Resurrectione & Iudicio extremo testimonium: quo sese fortissimi illi Machabei fratres in acerbissimis tormentis consolati sunt. Fusserat enim impius ille Rex amputari linguam: & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes praescindi: deinde ignem admo-

Deut. 32.

1. Mach. 7.

f ueri, &

ueri, & spirantes torrerent in sartagine. Primo igitur ad hunc modum excarnificato & extincto: secundus ad poenam raptus, atque in ultimo spiritu constitutus, sic ad tyrannum ait: Tu quidem scelestissime in presenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in aeterna vite resurrectione suscitabit. Post hunc tertius linguam postulatus cito protulit, & manus constanter extendit: & cum fiducia ait: E celo ista possideo, sed propter Dei leges nunc haec ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Et quartus cum iam esset ad mortem, sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterum ab ipso resuscitandos. tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Reliqui unà cum matre idem subire supplicium, eadem Resurrectionis fide ac spe confirmati. Nihil autem his eorum Testimoniis praclarior.

EX PROPHETICO ELOQVIO.

XI.

Iob 19.
Hieron. ad
Pammachiu
aduer. erro-
res Ioan.
Hierof. Epif.

S. Iob ex fiducia resurgendi contemnit praesentia solatio futurorum, dicens: Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum. Rursum, ait, circumdabor pelle mea. Certè ubi pellis & caro, ubi ossa & nerui & sanguis & uene: ibi carnis structura, ibi sexus proprietas. Et in carne, inquit, mea uidebo Deum. Quando omnis caro uidebit salutare Dei, & Iesum Deum: tunc & ego uidebo Redemptorem & Saluatorem & Deum meum. Videbo autem in ista carne, quae me nunc cruciat, quae nunc pro dolore distillat. Idcirco Deum in carne conficiam, quia omnes infirmitates meas sua Resurrectione sanauit.

Apud

XII.

Apud Ezechielem famosa est Visio, & omnium Ec-
 clefiarum Christi lectione celebrata. Et eduxit me, in-
 quit Propheta, in spiritu Domini: videlicet manus
 Domini, qua posuit illum in medio campi, qui plenus
 erat humanis ossibus: nec enim est passa requiescere, sed
 fecit ossa omnia circuire, qua non erant aperta humo, sed
 super campum iacentia, propter temporis vetustatem
 arida siccaque vehementer, & nihil humoris habentia.
 Ad sermonem autem Domini, primum ossa cum
 aliis ossibus nervorum vinculis colligantur: deinde im-
 plentur carnibus, & desuper ob pulchritudinem exten-
 ditur cutis, qua nudarum carnum operiat scditatem:
 iacebantque humana corpora spiritum non habentia.
 Idcirco Propheta vaticinatur ad spiritum, qui ingres-
 sus est humana corpora, statimque vixerunt, steterunt-
 que super pedes suos. Deinde, haec dicit Dominus Deus:
 Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de
 sepulchris vestris, populus meus, & inducam vos in
 terram Israel, &c. Quomodo ergo in prima conditio-
 ne, insufflauit Deus in faciem hominis, & factus est in-
 animam uiuentem: sic & secunda conditio, id est, Re-
 surrectio mortuorum, insufflante spiritu, uiuificabitur.

Ezech. 37.
 Hieron. in
 Ezechielem.

Gen. 2.

XIII.

In Daniele, Angelus Domini missus, ut doceret, que
 ventura sunt in nouissimis diebus, ait: Et multi de his
 qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt: alij in vi-
 tam eternam, & alij in opprobrium, ut videant semper.
 In hoc capitulo mortuorum perspicue describitur
 Resurrectio: alijs suscitatis in vitam eternam, &
 alijs in opprobrium sempiternum. Et manifeste cor-
 porum insinuat Resurrectio. Non enim quis dicere
 possit,

Dan. 12.
 Hieron. in
 Daniele.

f 2

possit,

Damasc. lib. 4. cap. 28. Ioan. 5. possit, animas in terra puluere dormire. Congruit hoc Angeli dictū, cum Christi Iesu D. N. sententia: Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

XIII.

4. Esd. 7. Ambros. de bono mortis, cap. 10. Ioan. 14. In Esdra libris legimus: Quia cum venerit Iudicij dies, reddet terra defunctorum corpora, & puluis reddet eas, quae in tumulis requiescunt reliquias mortuorū. Et habitacula, inquit, reddent animas, quae his commendatae sunt: & reuelabitur Altissimus super sedem Iudicij. Haec sunt habitationes, de quibus dicit Dominus, Multas mansiones esse apud Patrem suum, quas suis pergens ad Patrem discipulis praearet. Nec quicquam hoc illustrius Testimonio.

EX DOCTRINA D. N. IESU CHRISTI.

XV.

Matt. 18. Luc. 19. Tertull. de Refut. carnis Dominus noster Iesus Christus in Euangelio ad hoc venisse se dicit, uti quod perit, saluum faciat. Quid dicis perisse? Hominem sine dubio. Totū mne, an ex parte? utique totum. Siquidē transgressio, quae perditionis humanae causa est, tam anima instinctu ex concupiscentia, quam & carnis actu ex degustatione commissa, totum hominem elogio transgressionis inscripsit, atque exinde merito perditionis impleuit. Totus itaque saluus fiet, qui perit totus, delinquendo totus.

XVI.

Ioan. 6. Tertull. de Refut. carnis Rursum dicit Dominus: Ego veni, non ut meam, sed ut Patris qui me misit faciam voluntatem. Quam oro? ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitē illud in nouissimo die. Quid à patre Christus acceperat, nisi quod & induerat? hominem sine dubio,

bio, carnis animaq; texturam. Neutrum ergo eorum
qua accepit, perire patietur.

XVII.

Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Frustra
numerati, si aliquando perituri. Ideo aliàs dicit: Et ca-
pillus de capite vestro non peribit.

Luc. 11.
Hieron. ad
Pamachiu.
Luc. 11.

EX APOSTOLICIS INSTRUMENTIS.

XVIII.

Apostolus Paulus ad Romanos scribit: Quòd si
spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, ha-
bitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christu à mortuis,
uiuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabi-
tantem spiritum eius in vobis. De Resurrectione ser-
monem mouet, dicens: Ne angaris animo, quòd mortali
corpore cinctus es: habes enim spiritum Dei, qui excita-
uit Christum ex mortuis. Equè autem ac illum exci-
tauit: sic & te resuscitabit, imò & viuificabit. Resurgēt
enim & illi, quibus spiritus Dei non fuerit, sed ad suppli-
cium: qui verò spiritum habuerint, in vitam nunquam
ruituram.

Rom. 8.

Theophyla-
tus.

XIX.

Rursum ad eosdem, Existimo, inquit, non dignas esse
passiones huius temporis, ad futuram gloriam, qua in nos
habet reuelari. Si per carnē compatimur, cuius est pro-
prie passionibus corrumpi, eiusdē erit, & quod pro com-
passione promittitur. Atque adeo carni adscribit pres-
surarum proprietatem, ut & aliàs dicat: Cū venissē-
mus in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro
nostra. Dehinc, ut & anima daret compassionem. In
omnibus, inquit, compressi. Extrinsecus pugna, debellan-
tes scilicet carnem: intrinsecus timor afflictiōis scilicet
animam. Ita amborum erit etiam glorificari; sicut &
compati.

Rom. 8.
Tertull. de
Resur. carnis

1. Cor. 7.

compati. Secundum collegia laborum, consortia etiam decurrant necesse est premiorum.

XX.

3. Cor. 15.
Tertull.

Epistola priore ad Corinthios sic scribit: Oportet corruptivum istud induere immortalitatem. Quid mortale, nisi caro? quid corruptivum, nisi sanguis? Ac ne putes aliud sentire Apostolum providentem tibi, & ut de carne dictum intelligas laborantem, cum dicit, **ISTUD** corruptivum: & **ISTUD** mortale: cuiem ipsam tenens dicit. Certè **ISTUD** nisi de subiecto, nisi de comparanti pronunciaſſe non potuit.

XXI.

3. Cor. 5.

In Epistola altera ad Corinthios ait: Scimus quòd si terreſtris noſtra domus huius tabernaculi diſſolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Terreſtre domum tabernaculi ipſum corpus nominavit. Quia autem domum dixerat carnem, elegãter ſanè voluit & in mercedis comparatione vocabulo domus uti, ipſi domni qua diſſolvitur per paſſionem, meliorem domum repromittens per Reſurrectionem.

XXII.

2. Cor. 5.
Tertullian.

Item ad eòſdem in eadem epistola: Omnes noſ, inquit, manifeſtari oportet pro tribunali Chriſti. Si omnes, & totos: ſi totos, & interiores & exteriores, id eſt tam animas quam corpora. *K*i unusquisque, inquit, reportet per corpus ſecundum qua gessiſt, bonum ſiue malum. Si qua per corpus reportãda ſunt, corporalis indubitatè Reſurrectio eſt: & ſi qua per corpus geſta ſunt, per corpus utique penſanda ſunt, per quod & geſta ſunt.

XXIII.

Philip. 3.

Ad Philippenſes ad hunc modũ ſcribit: Noſtra autem converſatio in cælis eſt. Vnde & Salvatorem expectamus.

statimus D. N. Iesum Christum: qui reformabit corpus
humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis
suae, secundum operationem qua etiam possit subicere sibi
omnia. Quid humilitatis est corpus? Manifestum est,
quoniam corpus quod est caro, quod & humiliatur ca-
dens in terra: transfiguratio autem eius, quoniam cum
sit mortalis & corruptibilis, immortalis sit & incorru-
ptibilis: non secundum propriam substantiam, sed se-
cundum Domini operationem, quae potest mortali im-
mortalitatem, & corruptibili circumdare incorrupti-
bilitatem.

Iraneus lib.
5.

XXIIII.

Ad Thessalonicenses, Si credimus, inquit, quod Iesus
mortuus est, & resurrexit: sic & Deus eos qui dormie-
runt, per Iesum adducet cum eo. Sic, dicit, ut scilicet
Dominus surrexit. Quod autem Domini resurrectio,
corporis incorruptibilis facti, & anima unio fuerit, (hac
enim separata fuerunt) manifestum est. Nam dixit:
Salute templum hoc: & in tribus diebus adificabo illud.
Testis autem fide dignus est sacrum Euangelium, quod
de proprio dixit corpore. Palpate me, & videte, (inquit
discipulis Dominus, spiritum existimantibus se videre)
quoniam ego sum: & non sum mutatus: quia spiritus car-
nem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habe-
re. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes: &
Iohannis Thome extendit ad palpandum.

1. Thess. 4.

Damasc. or-
thod. fid. lib.
4. cap. 28.

Iohan. 2.

Luc. 24.

Iohan. 20.

XXV.

Alibi ad Thessalonicense sic habet: Ipse autem Deus
pacis sanctificet vos per omnia, ut integrum corpus ve-
strum, & anima, & spiritus sine querela conferuantur
in presentia Domini. Habes omnem substantiam homi-
nis saluti destinatae: nec alio tempore, quam in aduen-
tu Domini, qui clavis est Resurrectionis.

1. Thess. 5.
Tertull. de
Resur. carnis

f 4

AD EXEM-

Tertull,

Apostolus Paulus deposita ad Corinthios omni distinctione ecclesiastica disciplina, Summam & sui Euangely, & fidei illorum, in dominica Mortis & Resurrectionis demandatione concluderat: ut & nostra Spei Regulam inde deduceret, unde constaret. Ait ergo.

1. Cor. 15.

Si Christus predicatur quod resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo predicatio nostra, inanis est & fides vestra, &c. Dedit nobis pius & misericors Dominus virtutis sua pignus, & grandi testimonio sp̄e nobis Resurrectionis ostendit, quia unigenitum filium suum pro nobis hominem factum & mortuum à mortuis suscitauit. Ideo enim D. N. Iesus Christus nasci ex homine, id est, ex Maria virgine est dignatus: & à Iudeis crucifigi, & die tertia resurgere: ut nos tali exemplo animati, Resurrectione ex mortuis certissime crederemus: quam qui non credit futuram, ne hoc quidem credit, quod Christus resurrexit à mortuis. Qui autem Dominum Iesum resurrexisse à mortuis confitetur: nec de sua poterit dubitare,

August. Ser.
34. de Ver-
bis Apost.

XXVII.

Epiphan. in
li. Ancorati.

Incredulorum est dicere, Omnino Christus non resurrexit. Eorum verò qui falsam fidem habent, est dicere, Non id quod obdormit, resurrexit. Credentium autem est dicere, quod idem corpus resurrexit: & ab ipsius corpore suscitauit nostrum, ut & nos in spem veritatis confirmet. Ea enim gratia & typos clauorum reliquit, non deletis ipsorum punctis, neque lancea loco oblitterato: & quidem cum introiret foribus conclusis. Nā carnale
ipsum,

ipſius, ſpiritale reſurrexit, ſed non aliud ab eo quod erat in Deitatem cōnūitum, in ſpiritus ſubtilitatem redactum. Intrauit ergo foribus clauſis, vt indicaret crasſum ſubtile, & mortale immortalē, & corruptibile incorruptibile: non deleuit autem cicatricem clauorum, neque lancea typum, vt oſtenderet idipſum quod in cruce paſſum fuit, quod non aliud eſſet id quod reſurrexit.

XXVIII.

Redemptor noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus: oſtendit Reſurrectionem, vt nos reſurgere poſſe conſidamus. Habemus ergo ſpem Reſurrectionis noſtræ, conſiderata gloria capitis noſtri. Sed ne quis vel cogitatione tacita forſitan dicat, quod idcirco ille ſurrexit a morte, quia vnus idemq; Deus & homo mortem quam ex humanitate pertulit, ex Diuinitate ſuperauit: nos verò qui puri homines ſumus, à mortis reſurgere damnatione non poſſumus: rectè in Reſurrectionis eius tempore etiã multorum ſanctorum corpora ſurrexerunt: vt & in ſe nobis exemplum oſtenderet, & de aliorum qui nobis per puram humanitatem ſimiles fuerunt, nos in reſurrectione roboraret: quatenus cū ſe homo deſperaret percipere quod in ſe oſtenderat Deus & homo, hoc in ſe fieri poſſe præſumeret, quod in ipſis factum cognosceret, quos puros fuiſſe homines non dubitaret.

XXIX.

Chriſtus Ieſus D. N. ſequeſter Dei & hominum appellatus ex vtriuſque partis deposito commiſſo ſibi, carnis quoque depositum ſeruat in ſemetipſo, arrabonem ſummæ totius. Quemadmodum enim nobis arrabonem ſpiritus reliquit: ita & à nobis arrabonem carnis accepit, & vexit in calum, pignus totius ſummæ illuc quandoque redigenda. Secura eſtote Caro & Sanguis, vſurpatis & calum & regnum Dei in Chriſto.

f 5 AB EX-

Gregor. Moral. lib. 14. cap. 30.

Matth. 27.

Tertull. de Reſur. carnis

1 Cor. 15.
Damaſc.
orth. ſid. lib.
4. cap. 28.
Tertullian.
lib. de Reſur.
carnis.

Sed dicit aliquis, ait Apoſtolus Paulus, Quomodo reſurgunt mortui: quali autem corpore venient? Inſipiens, ut quod ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminas, non corpus quod generabitur ſeminas, ſed nudum granum, forte tritici, aut cuiuſpiam reliquorum. Deus autem illi corpus tribuit, quemadmodum vult: & unicuique proprium corpus. Saltem igitur operibus crede. Considera in ſulcis tanquam in ſepulchris ſemina ſuffoſſa. Seritur ſolummodo granum ſine folliculi veſte, ſine fundamento ſpice, ſine munimento ariſta, ſine ſuperbia culmi. Exurgit autem copia ſeneratum, compagine edificatum, ordine ſtructum, cultu munitum & uſquequaque veſtium. Quis illi radices imponit, & ſtipitem, & folia, & ſubtiliſſimos culmos? Nonne qui uniuerſorum artiſex eſt, cuius precepto condita ſunt uniuerſa? Serui proinde exemplo, & carnem eadem crede ſuſcitaturam, qua ſit ſeminata: ipſam, et ſi plenior eſt: non aliam, et ſi aliter reuertentem.

Gregor. Ho-
mil. 26. in
Oſta. Paſch.
Vide eundem
Moral. lib.
14. cap. 30.

Longè minus eſt Deo, reparare quod fuit, quam creaffe quod non fuit. Aut quid mirum, ſi hominem ex puluere reſuſcitet, qui omnia ex nihilo creavit? Mirabilis namque eſt cælum & terram ex nullis exiſtentibus condidiſſe, quam ipſum hominem ex terra reparare. Et ecce in uno grano paruiſſimi ſeminis, latet tota que naſcitur eſt arboris moles. Quid ergo mirum, ſi oſſa, nervos, carnem, capilloſque reducat ex puluere, qui lignum, fructus, folia, in magna mole arboris ex paruo quotidie ſemine reſtaurat?

Vires

XXXII.

Vires Dei sufficere ad corporum restitutionem, indicat vel ipsorum procreatio. Si enim corpora, cum non essent, condidit, eorumque principia unde originem trahunt, procreavit: etiam quomodocunque dissoluta eadem eadem facilitate instaurabit. Cuius est potestatis à sua conditione informem materiam transformare: & quod inarticulatum est, articulis distinguere, & vitam dare rei inanimatae: eiusdem quoque potestatis est, & quod dissipatum est coënnare: & quod iacet surrigere: & quod mortuum denuò vivificare: & corruptibile mutare in incorruptibilitatem. Vtique ergo idoneus est reficere, qui fecit: quanto plus est, fecisse quam refecisse: minus dedisse, quam reddidisse.

Athenagoras de Resur.
mort.

Tertullian.

AB EXEMPLIS NATVRÆ.

XXXIII.

Dies moritur in noctem, & tenebris usquequaque sepelitur. Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadē & integra & tota universo orbi reuiuiscit, interficiens mortem suam noctem, rescindens sepulturam suam tenebras. Quin ipsi, dum occidit dies, & mortuorum modum inuimus per soporem: exoritur autem dies nos expergesciens, & Resurrectionis signum demonstrans.

Textul. de
Resur. car-
nis.

Epiphani. in
Anc.

XXXIIII.

Signacula in nobis fecit Deus per ungues decem & decem, qui de Resurrectionis nostrae spe testimonium præbent. Sed & velut per coronam capilli, Resurrectionem nostram declarauit. Nam quod in nobis mortuum corpus videtur, hoc est, pili, singulis vicibus resecti rursus pullulant, Resurrectionis spem indicantes.

Epiphani. co-
dem lib.

Etiam

XXXV.

Tertull. de
Ref. car.

Etiā terra de celo disciplina est arbores vestire post spolia: flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadē quæ absumpta sunt semina: nec prius exhibere, quā absumpta. Mira ratio: de fraudatrice seruatrice: ut reddat, intercipit: ut custodiat, perdit: ut integret, vitiat: ut etiā ampliet, prius decoquit. Si quidē vberiora & cultiora restituit quā exterminauit.

XXXVI.

Epiph. in
li. Ancorati.

Locusta moritur, vbi quādam sui ipsius foeturam abiectam in terra defodit: & post tempus terra reddit ea quæ defossa sunt. Scarabai morti vicini, in pila stercoreis seipsos occultant, talem pilam in terra sepelientes ac defodientes: atque sic ex suo ipsorum humore rursus reuiuiscētes comperiuntur.

XXXVII.

Epiph. in
Ancor. &
Tertullian.

De Phœnice Arabica auicula historia talis apparet. Quingentesimum annum agens, & vbi cognouerit tempus mortis suæ instare, rogam ex aromatibus sibi construit, eaque in urbem Ægyptiorum Heliopolim appellatam defert, & propriis pedibus ac alis pectora sua valde pulsans, ignemq; a corpore suo proferens, subiectam materiam in loco incendit, atque sic seipsum exurit, & omnes carnes suas unā cum ossibus. Verūm ex Dei dispensatione nebula demittitur, quæ pluuiam effundit, & flammam corpus alitis consumētē extinguit, cum mortuus iam sit Phœnix & extremē tostus. Extincta autem flamma, reliquæ carnis ipsius adhuc crude restant, quæ ad vnum diem dissipatæ vermem gignunt: vermis autem pennas producit, pullus enadens. Tertia verō die crescit, & accepto incremento, his qui in eo loco versantur, seipsum ostendit: & rursus ad propriā patriam recurrit atque quiescit.

Totus

Totus hic ordo renolubilis rerum, testatio est Resurrectionis mortuorum. Operibus eam præscripsit Deus antequam literis: viribus prædicavit ante quam vocibus. Præmisit tibi Naturam magistram, submissurus & Prophetiam: quò facilis credas Prophetia, discipulus Naturæ.

Tertullia. de Resur. cat. nis.

EX HUMANÆ NATURÆ RATIONE ET IUDICIO.

XXXVIII.

Constat satis hominem in hac fugaci & brevi vita nullum habere finem dignum naturæ suæ præstantia. Si enim corporis conditio obseruetur, nihil potest ea fragilius, nihil variis morbis & periculis obnoxium magis excogitari: nihil deniq. humana vita fugacius breviusve. etenim nascendo morimur, finisque ab origine pendet. Quid verò forma corporis, quid honor, diuitia, voluptas, & id genus alia? Omnia sunt instabilia, incerta, caduca, vana. Adcò in hac vita homo nullum habet finem excellentia naturæ suæ dignum. Necessè est ergo restare aliam vitam, in qua finem perfectissimum assecutus sit homo. Non enim casu natum est, nec frustra conditum genus humanum.

Manilius.

XXXIX.

Nec minus constat hominem à Deo esse ad sempiternam Beatitudinem conditum: eos igitur homines, qui ipsi fiducia & charitate adhaerunt, beatos efficiet. Quod si homines beati atque immortales erunt, animi reddentur corporibus: non enim solus animus est homo, aut solum corpus, sed quod ex ambobus conficitur. Alioquin nihil acinebat corporatos condidisse homines: spiritus suffecissent nudi, ut in Angelis, si corpora semel in morte occumbentia, nunquam essent resurrectura.

Ioan. Lud. Viues lib. 2. Veritatis fidei Christianæ.

XI.

Aut nihil in hominem destinatur, non liberalitas Regni,

Tertullian.

Regni, nō fuerit *Iudicij*, nō quodcūq. est *resurrectio*: aut si in hominem destinatur, necesse est in eas *substantias* destinetur, ex quibus homo structus est, in quem destinatur. Dicimus itaque plenitudinem *perfectionemque* *Iudicij*, non nisi de totius hominis *representatione* consistere. Totum porro hominem ex utriusque *substantia* concretionem parere: idcircoque in utraq. exhibendū, quod totum oporteat *iudicari*: qui nisi totus, utique non vixerit. Qualis ergo vixerit, tale *iudicari*: quia de eo quod vixerit, habeat *iudicari*. Deum non licet aut *iniustum* *iudicem* credi aut *inerte*: *iniustum*, si *sociam* bonorum operum a *premiis* arceat: *inertem*, si *sociam* malorum a *supplicis* secernat.

XLI.

Idem. *Spes Resurrectionis* nisi manifesta de *periculo* & *præmio*, neminem ad eiusmodi *præsertim* *Religionē* publico odio, & *hostili* *elogio* *obnoxiam* *persuaderet*. Nullum opus certum, est *mercedis* *incerta*: nullus *timor* *iustus*, est *periculi* *dubij*. Et *merces* *autem* & *periculum*, in *Resurrectionis* *pendet* *euentu*.

Vide Lactan.
di. Instit. lib.
6. cap. 9.

XLII.

Athenagor.
de Resur.
morti. *Si non est Resurrectio* *mortuorū*: in quo differimus a *ratione* *expertibus*? Si nō est *Resurrectio*: *beat* *as* *dictorum* *agrestes* *feras*, *incundā* *tristitiāq.* *carentē* *ducētis* *vitam*.
Heb. 11. *Si non est Resurrectio*: quorū *tot* *mala* *sustinerunt* *sancti* *Dei*? Quorū *quidā* *dissenti* *sunt*, nō *suscipientes* *redemptionē*, ut *meliorē* *inuenirēt* *resurrectionē*: alij *verō* *ludibria* & *verbera* *experti*, *in super* & *vincola* & *carceres*: *lapidati* *sunt*, *secti* *sunt*, *tentati* *sunt*, *in occisione* *glady* *mortui* *sunt*. *Circumierunt* *in melotis*, *in pellibus* *caprimis*, *egentes*, *angustiati*, *afflicti*: quibus *dignus* *non* *erat* *mundus*. Ergo si in hac *vita* *tantum* *in Christo* *sperrantes* *sumus*: *miserabiliores* *sumus* *omnibus* *hominibus*.
1. Cor. 15. *Si non*

1. Cor. 15.

Si non

Si non est Resurrectio, neq. Deus est, neq. Providentia, Damas. de de orth. fide lib. 4. cap. 25. sed casu cuncta ducuntur & feruntur. Ecce enim videmus complures istos penuria laborantes, & iniuriis affectos, neq. unquam in presenti vita adeptos presidium: peccatores autem & iniustos diuitiis & omnibus delitiis affluentes. At quis hoc iusti iudicij, aut sapientis providentia opus, qui probe sapiat, existimabit? Erit igitur, erit Resurrectio. nam Deus iustus est: & ius qui sustinent eum, mercedis retributor est. Si ergo anima sola virtutis certaminibus conflavit, & sola coronabitur: & si sola in voluptatibus implicata fuit, & ipsa sola iuste punietur. Sed quia neq. virtute, neq. vitium transegit, anima sine corpore: iuste ambo simul ad retributiones sunt fabricata.

DE EXTREMO IUDICIO.

Iudicium necessarium futurum, ipsam Naturæ Rationem demonstrare.

Ratio Naturæ hæc certissima est: Quicumque incultum CAPVT VI. vitam hic transigunt, melius aliquando habituri sunt: contra autem voluptatibus & flagitiis dediti, pœnas scelerum dabunt. Est enim iustus Deus, qui nullum opus bonum irremuneratum, nullum flagitium impunitum sinit. Sed cernimus optimos quosque virtutum cultores perpetuo ferè aduersis casibus hic premi, sceleratos autem florere, secundisq. gaudere successibus. Quapropter S. Ieremias propheta commotus ait: Iustus quidem tu es Dñe. si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui preuaricantur, & inique agunt? Et S. Iob de impiis loquens, dicit: Subleuati sunt confortatiq. diuitiis. Domus eorum secure & pacate, & non est virga Dei super illos. Et paulò post, ait: Iste moritur robustus & sanus, diues & foelix. Iob 21. etius

eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius verò moritur in amaritudine anima absq. vllis opibus. Cogit igitur nos recta ratio sternere, quod boni post hanc vitam meliori fruuntur cōditione: ex aduerso autem, impios quibus semper hic lata contingere, tristitia experturos & acerba. Est enim immota Iustitia diuine noyma: bonos ornare premiis, & malos punire horrendis suppliciis. Vnde passim in S. Literis Dei Iustitia predicatur: benefactis premia, flagitiis pœnas decernens. ut apud Matthæum dicit Christus Iesus D. N. Ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Hinc in Apocalypsi de piis Dei cultoribus scriptum est: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni, ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. E contrario in eodem libro de impiis, sub imagine Babylonica meretricis ad inferos deiecta, scribitur: Quantum glorificauit se & in delitiis fuit: tantum daret ei tormentum & luctum. Cum ergo pii sint in hac vita afflictissimi, & ab impiis opprimantur, quos tamē Deus sibi cura esse illustribus semper iudiciis ostendit: contra autem impij floreant: necesse est aliam Vitam superesse, in qua pijs premia, impijs verò flagitiorum suorum pœnas adiudicet. Quod intelligens Esaias, & de æternis sceleratorum cruciatibus loquens, ait: Vermis eorum non morietur: & ignis non extinguetur. Quod Propheeta testimonium Christus D. N. apud Euang. Marcum bis usurpauit.

Eiusdem

Matt. 25.

Apoc. 7.

Apoc. 18.

Esa. 66.

Mar. 9.

Eiusdem Rationis testimonium, de extremo Iudicio: ex Athenagora philosopho Christiano.

EXistimandum Creatorem creatis rebus praeside-
 re: omniumque, qua sunt aut fiunt, observatorem fa-
 ctorum, simul & cogitationum iudicem esse. Si enim nulla
 usquam de hominum facinoribus censura, nihil supra
 bruta possidebunt homines: quinimo iis ipsis infelicius
 agent, qui affectus suos in servitutem redigunt, & piete-
 tem, iustitiam, aliasque virtutes cura habent: pecunia
 contra vitam & feralem optima censenda est: virtus è di-
 versò stolidi res: Iudicij mina ingens ridiculum: volu-
 ptatem colere, summum bonum: commune item placitum
 habendum est omnium & precipua lex, id quod nequam
 & luxuriosis plausibile est: Comedamus et bibamus, cras
 enim morimur. Quòd si est Creatori hominum suarum
 creaturarum cura aliqua, instabit quoque villo in tem-
 pore bonorum & malorum facinorum diudicatio: siue
 dum in presenti vita vel bene vel male agunt, siue post
 mortem, dum in dissolutione & separatione consistunt.
 Verum neutro pacto inuenias iustum iudicium, seruari
 posse. Non enim boni in presenti premia virtutis refe-
 runt, neque item mali poenas scelerum: ut omitam in-
 terea, quòd incolumi natura in qua nunc sumus, ne pos-
 sit quidem mortalis natura parem sceleribus talione su-
 stinere. Cum enim innumeras hominum cades alias su-
 per alias accumularet vel latro princeps tyrannus aliquis,
 fieri non potest, ut una morte culpas suas expiet: cum
 item qui nihil de Deo veri sensit, & in omni libidine &
 blasphemia vixit, diuina omnia despexit, leges perfre-
 git, nec non & in feminas & pueros stupris lasciuuit, vr-
 bes iniuste excidit, domos una cum suis incolis combus-
 sit, provincias evastavit: quomodo in hoc corruptibili
 corpore

CAPVT

VII.

Orat. de Re-
sur. mortuo-
rum.Esa. 22.
1. Cor. 15.

corpore ad talionis poenam suffecerit, præcurrente morte debitos cruciatus, & ne ad unum quidem scelus lucendum suppeditante mortali hac natura? Non igitur in præfenti vita iudicium pro dignitate et merito cuiusque ostendi potest: neque post mortem, si quidem illa est totius vita in solidum extinctio, perditæ cum corpore anima simulq; pure facta. Extincta enim omnino hominum vita, nullus apparet hominum respectus aut cura: neque ullum de bene aut male factis iudicium destinatum videtur. Quod si corrumpatur corpus, maneat autem per se anima incorrupta, ne ita quidem locus erit iudicandæ animæ, cum non affutura sit iustitia. Nefas autem est suspicari ex Deo, & à Deo, iudicium fieri, cui non adest iustitia: non adest autem iustitia, cum non incolumis manserit aut capax iudicij, qui iusta aut iniusta fecit.

Argumentum futuri Iudicij, adeoque formam eius, hominem in semetipso habere ac sentire.

CAPVT
VIII.

Manifestum est & hoc, nempe futuri argumentum Iudicij, atque adeo formam quandam eius, quemlibet hominem quantumvis deploratum in semetipso habere ac sentire. Nam Conscientiæ tam validum est testimonium, tantaq; vis, ut etiam impiorum pectora fatiget:

Suetonius in
Nerone

sic enim de Nerone scribitur: Neq. tamen sceleris conscientiam unquam postea ferre potuit, sæpe confessus, exagitari se materna specie verberibus furiarum, ac tediis ardentibus. Nulli igitur hominum nouit cedere, & instam fert sententiam aduersus peccatorum cogitationes: adeo ut ipse quoque qui peccatum admisit, seipsum condemner, etiamsi alius nullus accuset. Nec desistit vsque ad extremum halitum nos monere, siue domi, siue in viniis, siue in mensa, siue foro, siue in itinere: frequenter & in somnis peccatorum nobis simulachra representat. Et

Chrys. Cōc.
4. de Diuine
& Lazaro.

forma

forma aliqua Iudicij manifestè sentitur: siquidem Conscientia est accusatrix, Memoria testis, Ratio index, Timor carnis intus affligens: qui etiam ad sonitum folij volantis se prodit. Quod conscientia accusat, memoria testatur: & quod ratio indicat, timor excruciat. nimirum voluit Deus hoc domestico iudicio admonitos nos futuri Iudicij: quod nemo euadet, nisi illud matura penitentia antenerat.

De tremèdo Dei-Iudicio: Testimonia S. Scripturæ

Propheta Dauid. Deus, inquit, manifestè veniet: CAPVT
Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius IX.
exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. Psalm. 49.

Tu reddes Domine unicuique iuxta opera sua. Psalm. 61.

Salomon Rex. Cuncta que fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Ecclef. 12.

Esaia propheta. Introibunt in speluncas perrarum, & in voragines terra, a facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Esa. 2.

Ecce dies Domini veniet crudelis & indignatione plenus, & ira, furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores conterendos de ea. Quoniã stella cali, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbians infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Esa. 13.

Daniel proph. Aspiciebã, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flamma ignis: rota eius, ignis accensus. Fluvius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant. Dan. 7.

sistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cali quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua ipsi seruiet: potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.

Dan. 12.

Veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt: alii in vitam aeternam, alii in opprobrium, ut videant semper.

Osee 10.

Osee propheta. Et dicent montibus, Operite nos: & collibus, Cadite super nos.

Sopho. 1.

Sophonias proph. *Juxta est dies Domini magnus, inexta est, & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ira dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseria, dies tenebrarum & caliginis, dies nebula & turbinis: dies tuba & clangoris super civitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut caci, quia Domino peccaverunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, et aurum eorum, non poterit liberare eos in die ira Domini.*

Malach. 3.

Malachias propheta. *Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum: nec timuerunt me, dicit Dominus.*

EX NOVO TESTAMENTO.

S. Ioannes Baptista, *De extremo Iudicio, Vita aeterna, Praemiis ac Poenis aeternis egregie & serio concionatur, Mat.*

sur, *Matth. III. Marci I. Luca III. de Christo Salvatore nostro loquens: Cuius ventilabrum, inquit, in manu eius, & purgabit aream suā: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

IESVS CHRISTVS D. N. Cūm venerit filius *Matth. 25.*
hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicit Rex his, qui à dextris eius erunt, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi &c. Tunc dicit & his, qui à sinistris erāt, Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. &c. Et, ibunt hi. in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.

Dico vobis, *Matth. 26.*
Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientē in nubibus cali.

Venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, *Ioan. 5.*
audient vocē filij Dei, et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Angeli ad Apostolos dicunt: *Acto. 1.*
Viri Galilæi, quid statis aspicientes in calum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in calum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in calum.

S. Paulus Apostolus coram Felice praside clara voce *Acto. 24.*
profitetur spem se habere in Deum, quam & Iudæi ipsi expectant, Resurrectionem futuram iustorum & iniquorum. Ac postea coram eodem, & Drusilla ipsius uxore ita de futuro iudicio disputat, ut tremefactus fuerit Felix, quamlibet ethnicus.

Et in Epistolis sic scribit.

Rom. 2.

Existimas o homo, quia tu effugies iudiciū Dei? An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius.

Rom. 14.
2. Cor. 5.

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum.

1. Pet. 2.

S. Petrus Apostolus. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos. Vide eundem Epist. 11. cap. 111.

Iud. 1.

S. Iudas Apostolus. Impiis procella tenebrarū seruata est in aeternum. Prophetauit autem et de his septimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt.

Apoc. 20.

S. Ioānes Apostolus. Et vidi thronū magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & celum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vita: & iudicati sunt mortui ex his qua scripta erant in libris secundum opera ipsorū: & dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos qui in eo erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnū ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

De Re-

De Resurrectione & extremo Iudicio, D. Ioannis
Chryf. Admonitio.

Non permittit Deus, ut quisquam unquam à mor-
tuis huc reuersus de iis qua ibi sum narraret vi-
uentibus hominibus: docens nos, ut scripturis potius cre-
dendum existimemus, quam cateris omnibus, propterea
quod Deus Resurrectionis negotium multò d. lucidius
nobis commonstrauit. Orbem uniuersum conuertit, er-
rorem abegit, veritatē induxit: per homines piscatores
ac viles hac omnia peregit. denique abundò magna sua
providentia documenta nobis ubique prauit. Ne itaq.
putemus res nostras huius vita termino circumscribi, sed
credamus fore Iudicium ac remunerationem omnium
quacunque hic à nobis geruntur. Nam id est adeò ma-
nifestum conspicuumq; cunctis, ut & Iudaei & Graeci,
& haeretici, breuiter, omnis quisquis est homo super his
consentiat. Quanquam enim non quemadmodum decet
de Resurrectione philosophantur omnes, attamen de Iu-
dicio, deq; Poenis, de Tribunalibus qua illic sunt, omnes
consentiunt, illic esse aliquam eorum que hic geruntur
remunerationem: quod ni esset, qua de causa Deus ce-
lum tam amplum extendisset, mare dilatasset, aërem
diffudisset, tantam providentiam declarasset, nisi ad fi-
nem vsque nostri curam habiturus esset? Nonne vides
multos qui cum virtute vixerunt, innumeraque mala
passi sunt, decessisse, nulla re bona percepta? Alios con-
tra, cum multam prauitatem comiserint, alienas facul-
tates rapuerint, viduas & orphanos spoliauerint op-
prefferintque, opibus, delitiisq; & innumeris bonis fructi
fuerint, decessisse, ne tantulum quidè mali passos? *Que*
igitur vel illi priores virtutis premia recipient, vel isti
prauitatis ferent supplicia, si nostra res ultra vitã hanc

g +

non pro-

CAPVT

X.

Concione 4.
de Lazaro.

non proferuntur? Nam si Deus est, sicuti reuera est, eum iustum esse nemo non fatebitur. Atqui si iustus est, & his & illis rependet pro meritis, hic verò nullus eorum recepit, neque ille improbitatis poenam, neque hic virtutis premia: perspicuum est restare tempus aliquod, in quo congruens premium horum uterque feret.

De extremi Iudicij grauitate: à quo etiam nulla est prouocatio.

CAPVT XI. Sap. 5.

EX his ergo constat, certò futurum esse Iudicium: in quo suam iustitiam Deus declarabit, verisque iustis & iniustis in iudicium adductis. Tunc, ait Scriptura, stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustianerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inspirata salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum astimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecco quo modo computati sunt inter filios Dei?

Chrysoft. Hom. 22. ad pop. Antioch.

Idem Hom. 48. ad eundem pop.

In hoc Iudicio ante omnium hominum oculos peccata nostra ponentur: cordium enim nostrorum libri aperientur, & in medio manifestè legentur, etiam occulta nocturna atque diurna. Si cuius ex nobis factum occultum in medium hodie coram sola produceretur ecclesia, quomodo nõ perire, & sibi terram debiscere precaretur, potius quàm tot malitia testes habere? Quid tunc ergo patiemur, cum in medium coram mundo cuncta promentur, in theatro tam claro & illustri, & nobis notis & incognitis omnia spectantibus? Sedebit autem pro tribunali non Imperator terrenus quispiam aut Rex, sed

Apo. 17. 19. Filius Dei, Rex regum, & Dominus dominantium: cui Pater

Pater omne iudicium dedit. Nec iudicabit iam in habitu serui, sed in gloria Patris, in sede Maiestatis sua: & omnes angeli cum eo; cuius iudicium nemo effugere poterit: qui nec gratia praeuenietur, nec misericordia flectetur, nec pecunia corrumpetur, nec satisfactione mitigabitur: sed reddet unicuique iuxta opera sua. Nihil opus erit testibus: testimonium reddente conscientia, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Sic enim scribit Apostolus Paulus Rom. 1. 1.

Huius Iudicii grauitatē nulla lingua explicare potest: ut non temerē Felix Casarea praeses, Apostolo Paulo de Iudicio futuro disputante, contremuerit: referente S. Luca in Actis Apostolorum. Quam exhorrescunt malefici, cum ad tribunal sonante campana vocantur: quam tremunt, lictore comparente! Et coram pretore in confesso iudicum stantibus, spectante populo, vox faucibus haeret. Audientes verò iudicis vocem ad supplicium eos condemnantis, prope exanimantur. Quid autem sunt hominum iudicia, praedistructo illo Dei Iudicio? Ab illis nonnunquam pronocare licet: ab hoc autem nulla est pronocatio. Saepe etiam fit, ut sapientis aduocati patrocinio ipse condemnandus euadat, aut potentioris condemnatus iam eripiatur subsidio: at horum in Dei Iudicio nihil est. Ideo S. Job dicit: Verè scio, quòd non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unū promille. Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit illi & pacem habuit? Si fortitudo quaritur, robustissimus est: si aequitas iudicij, nemo audet pro me testimoniū dicere. Si iustificare me voluerò, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.

Ioan. 1.
Matt. 16. 2.
August. de
Symb. ad
Catech. li. 3.
cap. 8.
Psal. 61.

Act. 24.

Job 19.

De Morte æterna, quæ impiorum est, atque secunda in Diuinis Literis nominatur: quam æternam Damnationem nuncupamus.

CAPVT

XII.

Iactant. di-
ui. Inst. lib.
3. cap. 19.

Idem lib. 7.
cap. 10.

August. de
Ciuit. Dei.
lib. 13. cap. 2
Idem de Ci-
uit. Dei lib.
6. esp. 12.

Rom. 6.
Psal. 33.
Matt. 25.

Cyprian.
Sermon. de
Ascens. Do-
mini.

Docent Diuina litera, non extingui animas, sed aut pro iustitia premio affici, aut pœna pro sceleribus sempiterna. Non enim finis est, aut cum qui sceleratus in hac vita feliciter fuerit, effugere quod meretur: aut eum qui ob inſtitutiã miserrimus fuerit, sua mercede fraudari. Qui ergo se vitiiis aut sceleribus contaminauerit, voluptatiq; seruerit, is verò damnatus æternam luet pœnam: quam Diuina litera secundam Mortem nominant, quæ est & perpetua, & grauissimis cruciatibus plena. Ideo autem secunda dicitur, quia post illam primam est, qua fit coherentium direptio naturarum, sicut Dei & anima, siue anime & corporis. Et quia eam vitam æternam dicimus, ubi est sine fine felicitas: & anima impiorum & sceleratorum in pœnis uiuit æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur immundi, mors illa potius æterna dicitur quam vita. Nulla quippe maior & peior est mors, quam ubi non moritur mors. Hec est illa mors, peccati stipendium: mors peccatorum pessima, quam æternam Damnationem nuncupamus: Christus D. N. æternum supplicium dixit. Continuus erit ibi & superfluus lachrymarum decursus: stridorem dentium flammæ inextinguibiles agitabunt. Immortales miseri uiuent inter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudam corpus allambent. Ardebit purpuratus diues, nec erit qui æstuantis lingue stillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter sartagine flammæas miserabilia corpora cremabuntur, & omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget.

De æterno

De aeterno impiorum supplicio: & cruciatuum magnitudine & acerbitate, atq. etiam perpetuitate,

Quam potest homo pœnam infligere, nisi corpora-
lem, ac citò finem accepturam? Hic capite plecti-
tur, alius in crucem adigitur, alius in rota torquetur.
Rursum hic in aquam demergitur, ille igni absumitur.
Gravia sunt equidē supplicia: at quā multi sunt in lectis
decumbentes, graviora sustinentes tormenta? correpti
scilicet morbis adeò horribilibus, ut ad eorum mentio-
nem homo totus exhorrescat & contremiscat. Sed mors
omnium pœnarum, perinde ut morborum finis est. Ita-
que in huius seculi malis quantumvis grauibus & mo-
lestis, quamlibet etiam diuturnis, tamen aliquam ad-
fert refocillationem, & leuamenti quippiam spes, veluti
stellula quaedam procul allucens in densissima caligine:
sed gehenna cum summis malis summam coniunctam
habet desperationem, utpote nullum unquam habiturū
finem: summum enim ibi malorum omnium, est immor-
talitas. Nam in diebus illis quærent homines mortē, &
nō inuenient: & desiderabūt mori, & fugiet mors ab eis.
Atq. ideo propheta David ait: Mors peccatorū pessima.
Postquā enim hinc migrauerint, tormenta intolerabi-
lia, vermis virulentus, ignis inextinguibilis, tenebra ex-
teriores, vincula insolubilia, dentium stridor, tribulatio
& angustia, & eterna damnatio: talia peccatores ex-
pectant mala. Nec frater fratrem redimet ex intermi-
nabilibus tormentis: non amicus amicum, non parentes
filios, non filij parentes. Et quid dico homines miserabi-
les, cum neque si Noë veniat, & Iob, & Daniel, tunc
indicantem exorare possunt? Et coniecti in perpetuas
flamas, cum tota lerna damnatorum plorabunt &
ululabunt horrendam illam lamentationem: O dolor, o
miseria,

CAPVT

XIII.

Psal. 55.

Chrysof.

Hom. 5. ad

pop. Antioch.

Idem Hom.

22.

NAENIA
INFERNA-
LIS.

miseria, ô mors, ô inferne, ô exilium nunquam finiedum, ô mors sine morte, ubi omni momento morimur, nunquam autè permori licet: ô distractio, quam es acerba: ô plañctus manuum, ô compñctio, ô mœsticia, gemitus & lachrymatio. Oculi nostri in omnem aternitatem nihil aliud cernent, nisi dolorem & miseriam: aures nũquam auditura sunt quàm aeternum heu & au. O monti, ô valles, quid cessatis? quid cunctamini? qui nos obruitis & tegitis aduersus terram & horrendum aspectum? O cruciatus istius & superioris seculi, quàm in immensum dispares estis? ô gaudium superioris seculi, vt demetas, vt seducis in errores! Heu & cheu: quòd à Deo, sine omni consolatione & spe fortis melioris, in omnè aternitatem distracti & auulsi sumus. Quid nobis optatum, quàm esse montem aliquem tanta magnitudinis, quantus est totus orbis terrarum: & veniat auicula, quacenties millesimo quoque anno redeat, & tantillum decerpit, quantulum est granum sinapis: & post centus millesimum iterum rediens tantundem auferat: tantisper, dum parua illa auicula ingentem illum montè auferret? Quid potius optaremus, quàm aternas penas tum demum finiri? Sed frustra est: nihil tale sperari potest. Itaque desperantes atque frementes, repetimus,

Vide Sap. 5.

Bernard. su-
per Cant.
ferm. 16.
2. Pet. 3.
Plal. 90. 111.

Eccl. 17.
Esa. 66.

ve & au, in omnem aternitatem. Talia dicent in inferno hi qui peccauerunt, præ angustia spiritus gemetes. Quapropter bene scripsit S. Bernardus: Paucò Gehennam: paucò iudicis vultum, ipsis quoque tremèdum angelicis potestatibus. Contremisco ab ira potens, à facie furoris eius, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate valida, à voce archangeli, & à verbo aspero. Contremisco à dentibus bestia infernalis, à ventre inferi, à rugientibus preparatis ad escam: horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, firmum, &

num, & vaporē: & sulphur, & Spiritum procellarum: Pfal. 18.
Matth. 25.
Ierem. 9.
Matt. 13.22
horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo a-
quam, & oculis meis fontē lachrymarū, ut praueniam
fletibus fletum, & stridorem dentium, & manuum pe-
dumq; dura vincula? & pōdus catenarum premētium,
stringentium, vrentium nec consumentium? Heu me
mater mea, ut quid me genuisti, filium doloris, filium
amaritudinis, indignationis & plorationis aeternae? Cur
exceptus genibus? cur lactatus uberibus, natus in com-
bustionem & cibum ignis?

Quid quōd omni supplicio peius est, Dei regno pri-
uari? Multi hominum, ait Chrysostomus, Gehennam
tantum formidant: ego autem illius gloria amissionem,
gehenna multo amariorē esse dico: Si verò sermone pro-
bari non potest, nihil mirandum. Nec enim illorum no-
uum bonorum beatitudinē, ut & miseriam ex eorum
privatione manifeste sciamus. Quoniā Paulus, qui haec
manifeste nouerat, sciebat quod à Christi gloria decide-
re, omnium est grauissimum. Et nos quoque tunc scie-
mus, cum in eandē venerimus experientia. Nunquam
autē hoc patiamur, o unigenite Dei fili: nec ullam vn-
quā capiamus experientiam huius irreparabilis poena.

Jam audiamus, quid de poenis impiorum diuina te-
stificetur Scriptura.

De Poenis impiorum, Testimonia S. Scripturę.

Moses. Ignis succensus est in furore meo, ait Dñs, CAPVT
XIII.
Deut. 32.
Iob 10.18.
& ardebit vsque ad inferni nouissima.

S. Iob. Terra tenebrosa & operta mortis caligine, ter-
ra miseria & tenebrarum: ubi umbra mortis & nullus
ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Hec sunt ta-
bernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.

Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, & Iob 24.
vsque ad inferos peccatum illius.

Dauid

Homilia 47.
ad pop. An-
tioch.

- Pfal. 10. David Rex. *Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui: Dñs in ira sua cōturbabit eos, et deuorabit eos ignis.*
- Esa. 33. Esaias Propheta. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit de vobis cum ardoribus sempiternis?*
- Esa. 34. *Dies ultionis Domini, annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationē desolabitur.*
- Esa. 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erūt vsq. ad satietatē visionis, omni carni.*
- Mar. 9. *Iudith. Dominus omnipotēs vindicabit iniquos, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorū, vt urantur, & sentiant vsq. in sempiternū.*
- Ex nouo Testamento.
- Matt. 13. *IESVS CHRISTVS D.N. In cōsummatione seculi, mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno calorū.*
- Matt. 15. *Inutilem seruum eucite in tenebras exteriores. Illi erit fletus, & stridor dentium.*
2. Thef. 1. *S. Paulus. Retribuet Dominus in reuelatione Dñi Iesu de calo, cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi: qui pœnas dabunt in interitu aeternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius: cū venerit glorificari in sanctis suis.*
- Apoc. 14. *S. Ioannes. Et fumus tormentorū eorum ascendet in secula seculorū: nec habent requiem die ac nocte.*
- Apoc. 16. *Commandauerūt linguas suas pra dolore: & blasphemauerunt Deum cali pra doloribus & vulneribus.*

Vini missi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure.
Et qui non inuentus est in libro vite scriptus, missus
est in stagnum ignis.

Apoc. 19.
Apoc. 20.

Vt Pœnitentia, dum viuimus, perpetuas impiorum
in Inferno pœnas auertamus, seria D. Ioan. Chry-
sostomi Admonitio.

EX his Inferni locis nemo nos eruet, non pater, non
frater, non filius, non amicus, non vicinus, non alius
quisquam. Sed si fuerimus ab operibus proditi, omnia
transibunt, & nos omnino peribimus. Quantum ille di-
ues plorauit, & Patriarcham obsecrauit, & petiit La-
zarum mitti? Sed audi quid ad eum Abraham dice-
bat: Chaos magnum firmatum est inter nos & vos: ita-
que nec volentibus illuc licet transire. Quantum roga-
uere virgines illæ coætaneas pro modico oleo? Sed audi
quid & ille dicant: Ne forte non sufficiat nobis & vobis.
& in nuptialem eas thalamum potuit introducere nemo.
Hæc nos quoque cogitantes, nostræ curam vite geramus.
Quotquot enim duxeris labores, & quotquot supplicia
pertuleris, hæc omnia nihil erunt ad futura bona. Pone
igitur si libet ignem, ferrum, & bestias, & si quid his dif-
ficilius: attamen ne umbra quidem sunt hæc ad illa tor-
menta. Nam hæc quidem cum vehementius incubue-
rint, tunc maxime lenia fiunt, celorem adferentia libe-
rationem, corpore non sufficiente & ad vehementiam &
ad pœnæ longitudinem. Illic verò non ita: sed ambo con-
ueniunt, & prolixitas & excessus, tam in iucundis quàm
tristibus. Dum itaque tempus est, præoccupemus faciem
Domini in confessione: & proiciamus nos ipsos in mare
miserationis Dei, dicentes: Lauabis me, & super niuem
dealbabor. Stetit bonus pastor Deus, vt nos eriperet de
ore leonis, priusquam ille nos absorberet: clamat & nunc
dicens

CAP. XV.
Chryl. Ho-
mil. 49. ad
populū Ant.
Luc. 16.

Matth. 27.

Idem Hom.
22. ad eun-
dem pop.
Psal. 94.
Psal. 10.

Eccl. 27.
Pfal. 40.
Ierem. 3.

Ioan. 12.

Ezech. 18.

Pfal. 94.

Ionas.
Luc. 7.
1. Cor. 15.
1. Tim. 1.
Luc. 23.

Ierem. 17.
Pfal. 40.
Esa. 43.

Pfal. 50.

dicens: Fili peccasti, ne adicias ulterius. Nunquid cadens non resurgit: vel auertens non conuertitur? Conuertimini filij auersi, & sanabo cõtritiones vestras. Non mentitur IESVS, dicens: Non veni vt iudicem mūdum, sed vt saluem mundum. Tantum pœnitentiam agamus: non enim vult mortem peccatoris, quantum vt conuertatur & viuat. Non sic insanus amator dilectam suam amat, vt Deus pœnitentem animam. Vel renocans dicit: Et post hæc omnia dixi: Cõuertere ad me. Talis Domini clementia, neminem ad se currentium auersatur: sed manum porrigit, dicens: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sed & conuenientia in diuinis sunt auxilia Scripturis. Euaferunt minas Ninivita per ieiunium: meretrix Dñm lachrymis cõcilauit. Paulus peccatum confitens, pœnitentium fit doctor: latro credens paradisi ciuis factus est. Hæc medicamenta capientes, vulnera nostra curemus, dicentes: Sana me Domine, & sanabor. Et, Sana animam meam, quia peccavi tibi. Suscipies enim medicus, dicit: Ego sum qui deleo peccata tua: nec amplius recordabor. Si nõ potes elemosynas facere, cõpungere: si non potes ieiunare, vt Ninivita, saltem vt meretrix illa peccata lachrymis ablut. Si ieiunare nõ potes, peccata tua redimere: xia ad misericordiam Dei confuge, cum Davide dicens: Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Misere mei Deus, misere corporis & anima mea: & propter naturam meam infirmitatem, & tuam bonitatem. Tantum desidera curari: salutem enim tuam medicus querit: qui errantem ovem conuertit: qui ad malos & bonos vocandos in biuia misit: qui venit peccatores saluos facere, IESVS CHRISTVS Dominus noster: cui laus & honor in secula seculorum. Amen.

LIBER

LIBER SEPTIMVS,

SIVE

EXHORTANDI ET CONSOLANDI RATIONES, PRO
 difficulter & periculose parturientibus
 feminis: & iis qui fontes vel insontes sup-
 plicio afficiuntur: tum etiam qui subita
 morte opprimuntur.

Speciales & particulares quasdam exhortandi &
 consolandi Rationes hoc ultimo libro necessa-
 rio tradendas.



Onfectis sex libris superioribus, qui ge- CAP. I.
 nerales exhortandi & consolandi Ra-
 tiones continent, quoniam ad eos agro-
 tos, qui naturali morbo vixit mortem
 obeunt, ille pertinent, nec cuius mortis
 generi conueniunt: res ipsa nos admo-

net, speciales & particulares quasdam necessario ad-
 dendas, & ultimo hoc libro seorsum tradendas. Specia-
 les autem & particulares necessarias indicauimus, pri-
 mum difficulter parturientibus, atque in partu pericli-
 tantibus feminis: quae quia peculiare habent tentatio-
 nes, peculiare item, praeter generales illas superiores, ex-
 hortandi & consolandi Rationes requirunt. Deinde ne-
 cessarias esse etiam iis hominibus exhortandis & consola-
 ndis patet, qui Legum decretis, sed per calumnia, vel
 prauidiciis ad subeunda supplicia granati, mortis senten-
 tia accipiunt: tum quoque qui iusto iudicio, & iusta crimi-
 nis vindicta, propter scelera morti adiudicantur, & e
 medio

medio tolluntur. Etenim illos iniuria & immeriti supplicij imaginatio, vehementer adstringunt: qui dolor eos certe qui consueta & naturali morte intereunt, non ita premere potest. Et qui legibus iuste dant pœnas, non similiter sunt affecti omnes, sed alij aliter: nec est eadem omnium natura aut conditio. Si quidem alij nimis sunt indurati & in malitia obstinati: alij ex animo dolent & peccata sua desolent: atque in iis quidam presentis supplicij acerbitate, quidam futuri seculi iudicio ac pœna prorsus consternantur: sunt quos prope desperantes, supra quã dici queat, Prædestinationis scrupulus torquet. Hi ergo specialibus ac diuersis cohortationum & consolationum opus esse remediis, manifestum est. Postremò & eos qui morbo nõ diuturno, sed præcipiti et subito pereunt, expedito indigere remedio, nemo non videt. Sape enim fit, ut nihil mali suspicantes quidam, comesturi aut operis quispian auspiciaturi, seu de progrediendo cogitantes, repente exanimis corruant. *Qua de re multa Plinius. Nonnunquam de tegulis lapsi, aut equis: sape adiuum ruina, vel terra hiatus, aut etiam fulmine, incendio, submersione, aliove casu subito & inopinato moriuntur. Et his igitur ex Dei Verbo succurrere & mederi necesse est. Quæ autem consolationes his, nisi breues & efficacissima, competunt? De singulis igitur ordine differemus.*

Naturalis
histo. lib. 7.
cap. 52.

Ratio exhortandi & consolandi parturientes feminas, & in partu periclitantes.

CAP. II.

Pincipiò aduersus pariendi difficultates, dolores & pericula, opponendum est, fecunditatem, seu liberorum procreationem, Dei esse ordinationem & benedictionem. Vnde inter cetera Dominus, præcepta sua seruauantibus pollicitus est, dicens: Non erit infœcunda, nec sterelis in terra tua. Et Psalmo cxxvii. dicitur, *Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij*

Exod. 23.

tui sicut

ut sicut nouella oliuari in circuitu mensa tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet Dñm. Itaq. credendum est, Deū sua ordinationi & benedictioni adesse, imò præesse: nam in illo partus negotio clarè cernitur Deus adesse, quòd ubi fiant ope diuina, quæ nullus hominum cum totius mundi artibus efficere posset. Et licet natura operetur, non tamen sua virtute, sed præcepto illius qui ipsam fecit, obediens operatur. Deum igitur fateri nos oportet, palam huic suo operi præesse: sicut manifestissimis verbis scribitur Esaia lxxvi.

Adhæc, in summis illis doloribus, hoc maxime cogitandum est: sic esse voluntatem & ordinationem Dei, qui ad Euam dixit: Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, &c. Quacunque autem mulier huic diuinae voluntati & ordinationi humiliter obedit, atque crucem hanc libenter fert, facit Deo rem gratam: quam ipse sua gratia leu. onem reddit, & æterna gloria, ad quam non sunt condigna quacunque huius temporis afflictiones, remunerat. Nequa enim imposuit Deus parturientibus hunc dolorem, ut vitam amittant & pereant: sed ut in sua vocatione, siue per vitam, siue per mortem, Christum magnificent: atque in sempiternum cum eo viuant. Quamquam enim moriantur sæpenumero parturientes in ipso partu, ut Rachel coniunx Patriarchæ Iacob, atque alia non pauca: tamen consequuntur nihilo minus illud quòd Christus dixit: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressura propter gaudium, qui natus est homo in mundum. Enimuerò si non consequuntur temporale hoc & euanidum gaudiū, nihil tamen certius est, quàm quòd diuina ordinationi & voluntati obtemperantes, consequantur in Christo Iesu spirituale & celeste, per-

h a petendum

I 70

Genes. 3.

Rom. 8.

Philip. 1.

Genes. 35.

Ioan. 16.

Psal. 115.

petuumq³ gaudium: cuius minima pars non est equanda vniverſo huius mundi gaudio. Earum quippe mors, ſicut & omnium piorum hominum, pretioſa eſt in conſpectu Domini: et ſoluta vinculis carnis naſcitur etiam ipſa ad lucem & letitiam ſempiternam. Quapropter etiam ſi hic parturitionis dolor, maledictio eſt propter peccatum, tamen per Chriſtum verſa eſt haec maledictio in benedictionem: vt iis mulieribus quae Chriſto adhaerent, quaeq³ huic Dei voluntati ſubmiſſe ſe ſubiiciunt, dolor hic fiat propter Chriſtum crucis ſancta, in qua Deo placeant, & ad aeternam à Deo vitā conferentur, ſicut

1. Tim. 2.

Apoſtolus dicit: Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta, in prauaricatione fuit. Saluabitur autem per ſeriorum generationem: ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. Quamobrem ſumma ope aduſi debet, vt patienter agat, & confirmet cor ſuum in Domino: qui ſaluat ſperantes in ſe.

Iac. 5.

Daniel. 13.

III.

Et incundum eſt, filium Dei à parturientibus imaginem ſumere Eccleſiae dolentis ac patientis: nimirum per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Vnde palam fit, non ſolum parturientes, ſed & vniuerſam Eccleſiam cruci eſſe ſubiectam: quam tamen in cruce non deſerit Deus, neque perpetuo manere ſinit: ſed ſuo adest auxilio, & proſperum ac letum tribuit rei triſtiſſimae euentum, ſicut ipſe dicit: Amē amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Et addit mulieris parturientis exemplum: cuius paulo antè mentio facta eſt. Deinde verò, Et vos igitur, inquit, nunc quidem triſtitia habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Huc adferri debent S. Scripturae loca, de Patientia: quae ſupra habentur, lib. 2. cap. 21.

Acto. 14.

Ioan. 16.

Præterea malè habet valde pijs mentes, quòd unà IIII.
 cum matre factus ipse quoque saepe extinguitur: quem
 ab hac ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit A-
 postolus, Eramus natura filij iræ sicut & ceteri: nulla Eph. 2.
 res liberat, nisi gratia Dei per Iesum Christum Domi- Tit. 3.
 num nostrum: qui secundum suam misericordiam saluos
 nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis
 Spiritus sancti, &c. Huic anxietati opponendum est, Ba-
 ptismi gratiam, etiamsi non re ipsa, voto tamen obtineri
 posse: nempe cum ipsius externi Sacramenti perceptio-
 nem, non contemptus religionis, sed articulus necessitatis
 excludit: quòd Deus voluntatem, qua pijs parentes factum
 necdum natum Deo consecrant, & tota affectione Vide Epist.
 commendant, pro facto deputat: nec gratiam suam Sa- 77. S. Bern.
 cramentis alligari, nec ad impossibile quenquam obliga- ad M. Hu-
 re vult: quòd equidem cum in adultis omnes concedant, gonem.
 ad infantes quoque transferri potest: quibus parentum
 & offerentium voluntas, vt propria, deputatur.

Quod ad sollicitudinē pro relictis liberis attinet, qui V.
 bus saepe paruulis eripitur mater: de his quoque copiose
 supra libro 11. cap. x. xi. & xii. dictum est: qua hic
 repeti debent.

Quomodo instituendi, qui vel præiudiciis ad sub-
 eunda supplicia grauati, vel iusta criminis vindi-
 cta, de medio tolluntur.

VI. Si supplicio afficiuntur, aut fontes afficiuntur aut
 in fontes. Fontes qui sunt, rectè secundum Leges IIII.
 puniuntur: nam Leges, Dei esse ordinationem constat:
 quas ipse Deus, cum neruos Politie, condidit. De cædo in-
 iusta extat Lex Genesis ix. Quicumque effuderit hu-
 manum sanguinem, effundetur sanguis illius: ad imagi-
 nem quippe Dei factus est homo. Hæc Lex FONS est,
 vnde reliquæ Leges ciuiles promanarunt: quam Deus

h 3 ipse

- Exod. 21.** ipse postea nouauit & confirmauit, cum praeceperet, ut qui per industriam proximum suum & per insidias occidisset, etiam ab altari suo auelleretur, & interficeretur.
- 3. Reg. 21.** Porro insontes plectuntur nonnunquam ex auaritia, & in gratiam aliorum: saepe ex odio vel inuidia, & uindicta cupitate, tam iudicis ipsius ac ministrorum, quam priuati calumniatoris & criminatoris. Innocens ille Naboth in gratiam Achab regis, procurante impia Iesabele, cupiditate occasionem ministrante, lapidibus interfectus est: cuius & vineam Achab inuasit & possedit, utpote vicinam palatio suo, & commodam in hortum olerum. Et Felix praeses Paulum uinctum habens, etiam si literas accepisset à Claudio Lysia, quod nullum dignum morte aut uinculis habuisset crimine, tamen non absoluit eum: sperans quod pecunia daretur ei à Paulo. Propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Deinde & gratiam uolens praestare Iudaeis, accipiens successorem Felix Portuum Festum, Paulum reliquit uinctum. Sic Herodes misit ac tenuit Ioannem, & uinxit eum in carcere, propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam: cuius etiam instinctu, misso spiculatore, praecepit amputari caput eius. Ex odio autem & inuidia, sicut etiam ex uindicta cupiditate multi saepenumero opprimuntur, tum ab ipso Magistratu, tum aliis, qui eos deserunt & criminantur: id quod ipsi Christo D. N. accidisse, ex Euangelio cognoscimus, & hodie saepe mirum uidemus. Cui etiam hominum generi ipsas Leges, praesertim si magistratu fungantur, seruire oportet: de quarum corruptela queritur Propheta Habacuc, dicens: Lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudicium: quia impius praeualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Sunt ergo pariter fontes & insontes diligenter

diligenter instituendi, admonendi, & consolandi, ut salutaribus monitis Christo lucrifiant: ne simul cum corpore anima pereat, pro qua Christus mortuus est. De fontibus primum dicemus. Rom. 14.

Ratio admonendi & consolandi eos, qui se iniuste, & præter Iuris æquitatem opprimi, & supplicio affici existimant: quod fortiter id tolerant.

Pincipio bene instituendi & admonendi sunt, ut CAPVT
IIII.
omnem vindictæ cupiditatem & amaritudinem depo-
nant, ac Deo iusto iudici causam suam committant, I.
qui dixit: Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempo- Deut. 32.
re. Adhæc etiam Dominum Deum pro inimicis ex inti-
mo cordis affectu exorent: ad exemplum Iesu Christi Luc. 23.
D.N. qui pro suis crucifixoribus Deum Patrem roga-
uit: Pater, inquit, dimitte illis: non enim sciunt quid faci-
ciunt. Et S. Stephanus inter lapidum rotatus, positus ge- Act. 7.
nibus clamauit voce magna: Domine ne statuas illis
hoc peccatum.

Deinde diligenter admonendi sunt, ut cogitent no- II.
uum non esse, si quis per calumniam ab iniquis opprima-
tur hominibus. Exempla extant in Scripturis, inno-
centis Naboth, Susanna, Stephani, Prophetarum & 1. Reg. 21.
Dan. 13.
Act. 6.7.
Apostolorum: cum primis autem Saluatoris nostri Iesu
Christi, quo nihil unquam fuit vel erit, ut innocens, ita
afflictus. Proinde eorum exemplo consolandi sunt, ut ea
que Deus per malos homines immisit, fortiter & aequo
enimo tolerant, Deoq; causam, ut dictum est, commen-
dent: statuentes se talem, atq; etiam grauiorem commen-
ditos pœnam. Si de innocetia agatur & sanctitate, nonne
obstupescere oportebit, dum in mentem venit Ioannem Matc. 6.
Matc. 11.
Bapt. ab Herode decollatū esse: ab impio iustum, ab mul-
tis sceleribus contaminato sanctum: virum, quo maior

inter natos mulierum non surrexit: amicum sponsi, praecursorem Domini? Et post multa pericula, & calamitates plurimas, Apostolorum vertex Petrus cruci inuersis vestigiis affixus, Paulus autem capite truncatus est. Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tetrati sunt, in occisione gladij mortui sunt: egentes, angustiati, adflicti, quibus dignus non erat mundus. Horum igitur carceres, vincula, ferru, ignis, & id genus alia intolerabilia prorsus tormenta patientiam nos docebunt. Iam Christo Iesu D. N. quid innocentius & incontaminatius? Innocentia eius testimonium ferebat ipse, qui iudicabat eum, Pilatus. Accepta enim aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Et Apostolus Petrus ex Esaia dicit: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, &c.

Heb. 7. Hic ergo tam sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus, per omne ludibry genus exercitus, tanquam sceleratissimus nebulo, de tribunali ad tribunal, de iudice ad iudicem protrectus, omnia patientissime tulit. Demum multa, eademque indignissima conuitia, opprobria, calumnias, falsaque contra se testimonia perpeffus, virgis foede laniatus, consputus, alapis casus, spinis coronatus, ab iniquo iudice mortis sententiam suscepit, index ipse viuorum & mortuorum. Quid iam ferre recuset seruus, posteaquam tam indigna perpeffum Dominum cognouit? Si Christus nihil commeritus tantam sustinuit, tamque patienter, ignominiam: tanta, tamque crudelia pertulit supplicia: quid ni eius seruuli, qui subinde in Dominum Deum nostrum

Heb. 11.

Matt. 17.

1. Pet. 2.
Esa. 53.

Hebr. 7.

Act. 10.

strum peccantes, & eius iram in nos provocantes, commeritum toties gehennam, etiam patiamur aliquid: & impositam nobis à Deo libèter feramus crucem? Quam si tum fortè, cum apprehendunt nos mala, non promeruimus: certè aliàs, & quidem multò grauiorem, non semel nobis accersuimus.

Postremo admonendi erunt & consolandi, ut cogitent crucem illam à Deo impositam, indulgētissimi Patris caelestis virgam esse: qua ille clementissimè filiorum peccata castigat, iuxta illud: *Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Hinc propheta Ieremias virgam primum videt: deinde ollam succensam: demonstrans, quòd non sustinentem virga castigationem, ignis suscipit. Nemo est autem per se innocens coram Deo: qui non in multis se offendisse fateri debeat: ac proinde qua imminent mala, non solum æquanimiter ac patienter ferre, sed & Dei Patris bonitatè celebrare oportet: reputando nimirum, ea qua accidunt, non temerè, neque ad interitum, sed ad correptionem accidere salutarem: sicut Apostolus dicit: *Quod si nosmetipsos diiudicarem, non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur.* Rectè igitur scripsit quidam: *Discat non murmurare, qui mala patitur: etsi ignorat cur mala patitur, per hoc se iuste pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt.* Haec de iis, qui in fontes immeritū subeunt supplicii.

Ratio instituendi & admonendi eos, qui ob scelera sua iusto iudicio plectuntur: & tamen obstinati & indurati pœnitere nolunt.

h s

Eorum

III.

Psal. 88.

Ierem. 1.

Exod. 14.

Iac. 3.

1. Cor. 11.

Isidorus de summo bono, lib. 4.

CAPVT
V.

Prouerb. 2.

Eorum, qui ob facinora sua iusto Magistratus iudicio puniuntur: quidam adeo sunt in malitia obstinati, ut non solum de commissis facinoribus non dolent, verum etiam latentur quod male fecerint, & exultent in rebus pessimis. Alij vehementer, & ex animo dolent, ac peccata sua deslent. Nonnulli vero scelerum grauitate, tum quoque tormentorum acerbitate perpensa, de venia desperantes animu[m] prorsus abiiciunt. Primum itaque de iis, qui obdurati in sceleribus suis, nullam dant penitentiae significationem, disseramus.

Multi, pro dolor, facinorosissimi deprehenduntur homines, adeo obstinati & in malitia obcicati, ut nullam ostendant propter commissa scelera doloris significationem: quin potius adeo perpetratorum eos criminum neque pudet, neque poenitet, ut etiam male se fecisse, quasi re bene gesta glorientur. Apud hos serio inuocandum est

i. Ioan. 2.

Deus, ut unctio[n]e Spiritus sancti eos doceat, & cor eorum durum & obduratum emolliat: sine qua concionatoris frustra foris lingua laborat. Deinde iis proponenda sunt Decalogi praecepta, ut ad peccatorum cognitionem veniant. Cuius dua sunt Tabulae. Prima, ea quae Deo debemus, demonstrat. Altera, quales esse erga proximum debeamus, docet. Ex Decalogo igitur absq[ue] vlla difficultate licet percipere, quales nos esse, quid facere, quidue omittere oporteat. Porro Dominus Deus, foris Zelotes seuerissime semper in mandatorum suorum transgressiones animaduertit: neque impune tulerunt, quicumque transgressores fuere voluntatis eius. Hoc veteris historiae Exempla testantur. Nam prioris seculi peccata per diluuium Deus castigauit: Sodomorum, per pluuu[m] sulphuream & igneam: Aegyptioru[m], per grandina[m] & ignem mixta pariter: Amorrhaeorum, per lapides grandinis de calo. Et post tot secula dicit Dominus ad

Exod. 10.

Gen. 7.

Gen. 9.

Exod. 9.

Iosue 10.

Saul

Saul Regem Iſraël: Recensui quacunq̄ fecit Amalech Iſraeli: quomodo reſtitit ei in via, cūm aſcenderet de Egypto. Nunc ergo vade & percutite Amalech, & demolire vniuerſa eius, &c. Ipſe quoque Saul, quia voci Domini non obediuit, à Philiſthinis magno prælio ſuperatus, cūm filiis occubuit, ſceptrumq̄, regni de domo & familia eius ad Dauidem tranſlatum eſt: vt quantum perpetrasset ſcelus, dum mandata Dei præteriſſet, non ipſe ſolum, ſed & filius qui reliquus erat, nepotesq̄, ſentirent. Inueniuntur & alia multa horrenda iræ diuinæ exempla: quibus non integri populi, ſed è medio multitudinis aliqui, ſiue multi, ſiue pauci, corripuntur & plectuntur: vt Exaudi xxxii. vbi propter vitulum caduntur viginti tria millia. Numeri xiiii. exploratores terra, qui populum murmurare fecerant, præter Ioſue & Caleph moriuntur, & percuffi ſunt in conſpectu Domini. Et cap. xvi. Core, Dathan & Abiron, cum familiis & vniuerſa ſubſtantia, diſrupta terra ſub pedibus eorum, deſcenderunt vni in infernum. Sed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant: & de populo percuffi ſunt quatuordecim millia hominum, & Septingenti. Rurſum cap. xxi. plurimi è murmurante populo per ſerpentes à Deo immiſſos percuffi interierunt. Et cap. xxv. quòd initiatus eſſet Iſraël Beelphegor, tulit Moſes, iuſſu Domini, vniuerſos principes populi, & ſuſpēdit eos contra ſolem in patibulis.

Extant etiam in Scripturis in ſingularum Præceptorum decalogi trãſgreſſiones ſupplicia ſingula. Ieroboam, contra primum Decalogi præceptum, inſtituit duos vitulos aureos: idcirco dicitur ad eum: Ecce inducã mala ſuper domum Ieroboam. &c. Percuſſit ergo Baafa omnem domum Ieroboam: non dimiſit ne vnã quidem animam

1. Reg. 15.
Exod. 17.
1. Reg. 3.

animam de semine eius, donec deleret eum, iuxta verbum Domini, III. Regum XIII. & XV. Propter transgressionem 2. Precepti eductus semiagypcius quidam extra castra Israel, iussu Domini ab uniuerso populo lapidatus est. Leuitici XXIII. Et Senacherib Assyriorum Rex propter blasphemiam, qua describitur IIII. Reg. XVIII. adeo horribiliter punitus est, vt de exercitu eius vna nocte ab Angelo Domini percussi sint centum octoginta quinque millia virorum: ipse autem paulo post a suis ipsius filius gladio occisus sit. IIII. Reg. XIX. Ob violatum Sabbatum, 3. Precepto mandatum, Israelita quidam colligens ligna in die Sabbati, obrutus est, iubente Domino, lapidibus. Numeri XV. Absolom, quoniam contra 4. Preceptum, in patrem suum insurgens, eundem persequatur: non solum immatura, sed & pessima morte periit: de quercu namque pendens, tribus lanceis in corde transfixus est. II. Reg. XVIII. Et pueri quidam deriserunt Heliseum prophetam, (quem patris loco habere debuerant) & dixerunt: Ascende calue, ascende calue. Egressiq; sunt duo ursi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. IIII. Reg. II. Multa leguntur 5. Precepti violati supplicia. Cain interfecit fratrem suum Abelem: et Dominus horrendis eum afflixit penis: quarum potissima erant, incerta mansio, irrequieta conscientia. Tandem & ipse occisus est. Genesis IIII. Adonibezec Rex comprehensus, celsis summitatibus manuum ac pedum, dixit: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Iudicum I. Rechab & Baana occiderunt Ihsoseth filium Saulis: ideo & ipsi interfecti sunt. II. Reg. IIII. Ioab homicida ab altari Domini auulsus, in tabernaculo trucidatus est: & reddidit

reddidit Dominus sanguinem eius super caput eius.
 111. Reg. 11. Ita legimus 6. Præceptum, similiter &
 10. quod ad hoc sextum pertinet, non semel esse viola-
 tum: sed semper grauissimam consecutam animaduer-
 sionem. In Numeris, viginti quatuor millia de filiis
 Israël, propter fornicationem cum filiabus Moab, ceci-
 disse legimus, cap. xxv. Quod exemplum S. Paulus
 adducit 1. Corinth. x. Beniamita defenderunt impudi-
 cos adolescentes, qui uxori Leuita stuprum intulerant,
 eaq; turpissimè abusi fuerant: quare vniuersa penè tri-
 bus deleta est. Iudicum xix. & xx. Davidis adulte-
 rium descriptum est 11. Regum xi. pœna autem secuta
 11. Reg. xii. xv. xvi.

Ad eundem modum in 7. & 9. Præcept. transgresso-
 res, acriter Dei ira exarsit. Achab vineam Naboth
 Israëlita inuasit ac possedit: & dictum est ei: Ecce in-
 ducam super te malum, & demetam posteriora tua, &
 interficiam de Achab mingentem ad parietem &c. 111.
 Reg. xx1. Et historia de Achan, qui furti reus depre-
 hensus, lapidibus obrutus est, in libro Iosue descripta
 est, cap. vii. Iam verò quod ad 8. Præceptum atti-
 net: Non loquèris contra proximum tuum falsum
 testimonium. legimus duos senes honestissimã Susa-
 nam constuprare voluisse: quod cum perficere non vale-
 rent, falsum testimonium tulerunt contra eam, dicentes
 adolescentem fuisse cum ea. &c. Cum autem duceretur
 Susanna ad mortem, suscitauit Dominus Spiritũ san-
 ctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, qui conuicit
 eos ex ore suo falsum dixisse testimonium. Quare popu-
 lus Israël consurrexerunt aduersus eos: feceruntq; eis
 sicut malè egerant aduersus proximum, & interfecerunt
 eos. Danielis xi11.

In omnibus his salubriter nos admonuit Dominus
 Iudicij

Iudicij extremi: quando seuerius multo hominum vitia indicaturus est, quam in seculo isto. Quare D. Petrus posteriore Epist. cap. 11. iudicia impiorum Sodomorum & Gomorrhæorum, in exemplum eorum, qui impij acturi essent, posita esse dicit. Qui tanto grauiora & acerbiora sustinebunt tum tormenta, quanto nunc Dei bonitas, patientia, & longanimitas neglectius habitæ fuerunt. sicut Apostolus Paul. ad Rom. cap. 11. clarè scribit. Igitur peccatores Dominus in hac vita flagellat & iudicat, sed ad emendationem & salutem, non ad perditionem: quod equidem euidentissimum diuina sua bonitatis est indicium. siquidem id eo facit consilio, ne in plenitudine peccatorum, cum iudicij dies aduenerit, eos puniat. Vide 11. Mac. v. 1. Hinc S. Petrus dicit: Tempus est, ut iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus quidē vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Sensus est: si magnis exercent malis & periculis ipse iustus, ut vix ab eis saluus fiat, id est, immunis existat: quid impiis & peccatoribus post hanc vitam sperandum est? Sic & Proverb. cap. xi. dicitur: Si iustus in terra recipit, nimirum afflictionem suam: quanto magis impius & peccator? Itaque manifestum est, Deum peccatores querere & saluos facere velle, quos hic inuisit, & tanquam filios castigat: nempe, ut eà occasione conuertantur, gemant & plangent, Deique misericordiam implorent, & ita leui hac castigatione emendati, grauius olim iudicium euadant. Nam in extremo Iudicio nullus erit pœnitentiæ locus: nunc verò tempus gratiæ, nunc dies salutis: nunc dispensat misericordiam suam Deus, volens omnes homines saluos fieri: nunc proinde patet aditus ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur. In futuro autem seculo so-

1. Pet. 4.

Luc. 19.

Esa. 49.
2. Cor. 6.1. Tim. 2.
Heb. 4.

lum dispensabit iudicium: nec erit quisquam qui manum Domini Dei fortissimi poterit effugere. Ideo Proph. Dauid dicit: Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Et iterum: Diligit Dñs misericordiã & iudicium: misericordia Domini plena est terra. Semel duntaxat fit mentio Iudicij: Misericordia vocabulũ bis repetit. Hanc preponit iudicio: hac plenã esse terrã commemorat: vt intelligas, quã inuitus indicaturus sit, quem misericorditer semel redemit, & toties ad pœnitentiam inuitauit.

*Pfal. 100.
Pfal. 32.*

Hac obduratis & impœnitentibus tanquam ad conuersionem eorum haud parum factura, recte proponi posse existimo. Quibus addi debent, quæ de Immortalitate anima: de mortuorũ Resurrectione: de horribili Dei Iudicio: deq; eterno impiorum & iniquorum Supplicio, ad præfractos & duros, nimiumq; securos, ex Dei Verbo, proximo superiore libro complexi sumus. Porro, qui peccata sua ex animo dolent ac deslent: quomodo consolandi sunt, nunc consequenter videamus.

Ratio consolandi eos, qui ex animo pœnitentes, crimina facinorãque sua deslent.

Quorum corda tetigit Deus, vt peccatorum grauitatem considerantes & agnoscentes, deplorent peccata sua, ac toto corde suo conuertãtur ad Deum: iis nimirum ob oculos ponenda erunt quacunque Consolationes supra libro 11. cap. xxxv. & sequentibus, posita. Quibus non inutiliter hæc addi posse videntur: videlicet, quæ de naturali Dei Bonitate, de Dilectione, de exuberante Misericordia, sacra tradunt litera. De eius Bonitate primo loco dicamus.

DE DEI BONITATE.

DEVM vniersa Scriptura pradicat esse bonũ. Vnde & Dei vocabulum apud Germanos à bono derivatum esse vi-

CAPVT VI.

Mar. 10.

esse videtur, Gott, Gutt. Nam in Euangelio Marti dicitur: Nemo bonus, nisi vnus, Deus.

Psalmo cxvi 11. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Thren. 111. Bonus est Dominus sperantibus in eum: anima querenti illum. Sanctus Paulus, Rom. 11. Diuitias bonitatis tribuit Deo.

Itaque sic de Dei Bonitate sentiemus: vt nihil in diuina Natura exist: memus, quod nos aequè solari queat, quàm infinita & inuicta eius Bonitas. Benefacere paratus est omnibus: petit vt in necessitatibus inuocetur: parci in se peccantibus, vocatq; eos ad pœnitentiam: & pœnitentibus peccatorum pollicetur remissionem. Sit sanè permagnus scelerum cumulus, & iam arenam maris exuperans: sed eam arenam longè superat Dei bonitas. Arena tamen si non est homini numerabilis, finito est numero tamen: at Domini clementia, nec modum noui, nec finem.

DE DEI DILECTIONE.

Quemadmodum autem Bonitatem eximiam, ita Dilectionem ardentissimam Deo tribuunt litera diuina. Unde & hoc testantur: nempe, Deum requirere cum primis hoc à nobis, vt bona cum fiducia nobis nõ nisi optima de eius in nos affectu optimo & gratia thesauri polliceamur: utpote qui amore nos vehementissimo persequatur. Hunc Dei erga populum suum amorem incorruptum & sincerum aliquando per vinculum coniugale exprimunt: aptam profectò similitudinem. Vide Ezechielem cap. xvi. Aliquãdo comparant amori matris, infantem uteri sui tenerrimè complectentis: qui omnium solet esse fortissimus, vt Esaiã XLIX. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio uteri sui? Corrigitur autem eodẽ loco ista comparatiu

paratio: & extollitur Dei amor præ amore materno, cum additur: Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. In Psalmo cii. confertur cum amore paterno: Quomodo misertur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Et in Osée Osée 11. Deus ipse populum suum Israël, vocat puerum suum, quem dilexit. Et ego, inquit, quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Argumēta Dilectionis Dei maxime declarata sunt in eo, quod etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut Rom. 8. 10. n. 3. omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Hinc Apostolus Paul. ait: Deus autem, qui Ephes. 2. diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, &c.

DE DEI MISERICORDIA.

Ex Bonitate & Dilectione Dei eximia, nascitur Misericordia immensa: cuius innumera quoque extant testimonia, non modo priorum seculorum, sed & presentis, in quo uiuimus: cuius tanta est malitia, ut omnium Thren. 3. verissime nunc dicamus, quod olim Ieremias propheta: Misericordia Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Sic autē dicit scriptura.

Exodi xxxiii. Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens, & multa miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia: qui auersus iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est.

Psalmo lxxvii. Ipse autem est misericors, & propitius

498 RATIONES CONSOLANDI ET EXHORTAND,
pitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.

Psal. LXXXV. Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens & multa misericordia, & verax: Respice in me & miserere mei.

Psal. CII. Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascitur: neque in aeternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem caeli à terra, corroboravit misericordiam suam super timentes se, &c.

Psalmo CXLIII. Miserator & misericors Dominus: patiens & multum misericors. Suavis Dominus uniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

Ioëlis II. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens, & multa misericordia, & prestabilis super malitia.

Ionæ III. Scio quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multa miserationis, & ignoscens super malitia.

His ergo & similibus S. Scripturæ testimoniis, abunde satis certus redditur homo fidelis de Misericordia Dei: nimirum eum natura sua bonum esse, & hominis amantem: ac proinde ad miserendum pronum, mitem, clementem atque propitium: cuius solius Bonitati debemus, quod excellentissima eius Maiestas, in stititia, patientia, usque ad corruptibilis pulueris commiserationem sese demittit. Id quod Exempla quoque testantur insignium aliquot peccatorum, ergo quos talem se Deus demonstrauit. Adamum ipse prior amica voce compellauit, & ad penitentiam inuitauit, dicens: Adam ubi es? Dauidi penitenti adulteriū remisit & homicidium. Manassen peccatorem pessimum, catenis vinctum atque

Gen. 3.

2. Reg. 1. 12.

2. Pa. 31.

atque compedibus, ac prae multitudine ferri incurua-
 tum, nec caput attollere valentem, genua tamen cordis
 flectentem, secundum bonitatem suam in gratiam rece-
 pit. Remisit & Mattheo thelonium, Zachaeo fraudes, Matt. 9.
 Latroni rapinas & homicidia. Haec exempla in conspe- Luc. 19.
 ctu sint: ut & ipsi verè poenitentes nobis similiter remis-
 surum delicta confidentius speremus. Itaque si aliena
 rapuisti, si nequiter rapta cum meretricibus prodegisti,
 si fratrem tuum percussisti, si deniq. occidisti, ingemisce,
 crimen confitere, dic te omni supplicio dignum: verumta-
 men ut tui misereatur Dominus postula. Nam & La- Luc. 19.
 tro, qui sic peccauerat, de cruce ascendit in Paradisum:
 & angelorum fit socius, qui fuerat latronum. Caterùm
 si etiam omnium maximum scelus commisisti, hoc est, si
 Christum abnegasti, ad mentem rediens amaris fidei
 fletibus, Petri Apostoli exemplo, lava perfidiae sordes: Luc. 22.
 & te sicut Petrum respiciet Iesus Christus. Nunquam Marc. 16.
 desperare potest quisquam, quamlibet magnus pecca-
 tor, si & istorum, quos commemorauimus, crimina, &
 Domini erga ipsos Bonitatem, & Misericordiam rectè
 expenderit.

Ratio consolandi & exhortandi eos, qui peccatorum
 grauitate depressi, & tormentorum acerbitate
 percussi, de venia desperant.

Qui peccatorum pondere pressi, eorumq. grauitate CAPUT
 expensa, de peccatorum venia desperant: iis que VII.
 libro 11. cap. LXI. LXII. LXIII. & LXIII. supra posita
 sunt, proponi debent. Deinde cum respirare & sperare
 incipiunt, ea que eodem libro de Dei Misericordia, &
 precedente hic capite VI. ex S. Scriptura depropta sunt,
 commodè adhiberi possunt. Hinc Peccatorum & Pec-
 catricum exempla paulò ante, atque etiam lib. 11. cap.
 i. a XLVIII. &

Porro non raro fit, ut suppliciorum acerbitas, & sensus imminentium tormentorum, capitis damnatos valde perplexos reddant. His recte proponi posse puto, Deo etiam hic temporaliter, ultionem de prauaricatoribus Legum suarum sumere consueuisse: quam ultionem noluerit amplius prorogare: quod quidem valde expedit, tamen etsi caro nostra secus iudicet, Nam peccatis assiduitate & diuturnitate multiplicatis, simul & futuri seculi poena multiplicantur. Hinc est quod in Genesi cap. xlii. filij Iacob fatentur merito se dare poenas, propter oppressum fratrem. Merito, inquit, hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam anime illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. Et vnus ex eis Ruben, Nunquid, ait, non dixi vobis, nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis eius exquiritur.

Quaedam etiam hac de re paulo ante recitauimus exempla. Praestat autem hic poenas luere, quam in futuro seculo: nulla enim analogia est rei finite ad infinitam.

Quapropter impij & scelerati, atque in sensum reprobum traditi, prospere ac secure cum agunt in hoc seculo, euidentissimum circumferunt aeterna damnationis suae testimonium: & hoc ipso maior est super illos Deorum:

Ezech. 16.

Hieron. ad
Galatruum.

quo minus irasci videtur. Ideo in Ezechiele dicit: Requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te: & quiescam, nec irascar amplius. Magna Dei ira est, cum iram suam non ostendit: & tunc nobis maxime iratus est, cum nobis non irascitur. Itaque magnum reuera est & dolendum supplicium, quando nos Deus supplicio non coercet: quando in nos solita castigatione paterna non animaduertit. Quemadmodum medicus amaris potionibus, & acerbis medicamentis eum curat quem

quem esse curabilem intelligit: cum verò de cuius sanitate desperat, natura relinquit, & qualem sumere delectat, aabit med. cinam: ita Deus suos dilectos amaris potionibus exercet, in quos vult conferre sanitatem; illis medetur, ducens eos plerumque per magnas calamitatum angustias ad vitam immortalem: eos autem quos videt incurabiles & obstinatos, in manibus suorum desideriorum relinquit, tanquam exitio sempiterno & cruciatibus nunquam finiendis destinatos. Eam ob causam ait in Psalmo: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Psal. 88. Contra verò de electis sic dicit: Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum. Psal. 88. Et in Apocalypsi: Ego quos amo, arguo & castigo. Apoc. 3. Vide Epistolam Pauli ad Hebræos, cap. XII. Ut ergo desperationis indicium est, quando agrotus medicum curare cessat: sic non potest gravius irasci Deus, quam dum sint nos in peccatis nostris ambulare: ut successu quo volumus, omni castigatione remota, in peccatis nostris, absque ullis impedimentis pergamus. Proinde prestat nunc iudicari à Domino, quam in altero seculo: quia cum hic iudicamur, à Domino corripiamur, ne cum hoc mundo damnemur, sicut ante quoque dictum est: Non enim vindicabit Dominus bis in idipsum. 1. Cor. 11. Nahum. 3. Ideo MAURITIVS IMP. quia gravissimè peccauerat contra Dominum, atque eius iram ita concitasse aduersum se sciret: oravit Dominum, ut in hoc seculo pœnas dare posset. Itaque Dei iudicio contigit, ut sibi abrogari Imperium, & Phocam Imperatorem appellari, & de se mortis sententiam ferentem audiret: & uxorem suam Constantinam, mulierem sanctissimam, ceruicem carnifici porrigentem videret: filias etiam atque filios idem supplicium pati videret: crebrò exclamans, IUSTVS ES DOMINE, ET RECTVM IVDICIVM TVVM. Psal. 118. Accum his verbis se

quoque obruncandum, summa cum patientia, præbuit: forti animo iudicium Dei, quod per vitam promeritum erat, perferens, Vide supra caput IIII. ad finem. Superest, ut de Prædestinationis scrupulo etiam pauca dicamus.

De Prædestinationis scrupulo, condemnatis eximendo.

CAPVT
VIII.

ET Prædestinationis scrupulus quibusdam non mediocre adfert impedimentum ad salutem. Nam hoc ipso desperant de salute: quod eos Deus eò malitia peruenire passus sit, ut tantam ignominiam, tamq̃, acerbam sustinere pœnam cogantur: atque hinc se ad electorum numerum haud pertinere arbitrantur.

His proponi debent S. Scripturæ Testimonia: qua demonstrant, quæ & quanta sit Dei erga omnes homines, etiam peccatores benevolentia & bonitas: qui natura bonus, clemens & misericors seruare semper mauius quam perdere. Quod si quisquam adhuc de sua dubitat persona: nec non iudicat, quod quamuis Deus sit misericors & clemens, nolit tamen IPSIVS misereri, & curam gerere, &c. huic sanè imaginationi opponendum est signum vniuersale, OMNES: promissio enim gratiæ Dei, vniuersalis est, & omnibus hominibus, sine exceptione, vera eam fide, & animi conversione apprehendentibus, offertur. Nam non est apud Dominum Deum nostrum, personarum acceptio: qui omnes homines vult saluos fieri. Unde sunt Scripturæ S. dulcissima sententiæ.

Matthæi XI. Venite ad me OMNES qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.

Ioan. III. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut OMNIS qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.

Ioan. VI. OMNE quod dat mihi Pater, ad me veniet: & cum

2. Paral. 19.

Iob 34.

Act. 10.

3. Tim. 2.

Et cum qui venit ad me, non eiciam foras. quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hec est enim voluntas eius qui misit, Patris: ut OMNE quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

Actorum x. Huic omnes Propheta testimoniū perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius OMNES qui credunt in eum.

Roman. iiii. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi, in OMNES & super OMNES qui credunt in eum. Ioc. 2. Act. 2.
non enim est distinctio.

Roman. x. Idem Dominus OMNIUM, diues in OMNES qui inuocant illum. OMNIS enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Obsecro, cur Deus tam studiosè in Promissionibus illis, OMNES, nominat, nisi quia vult omnium conscientias tuò in talibus Promissionibus acquiescere? Quid, quòd pro vnoquoque nostrum, etiam vilissimo & abiectissimo carnem induere dignatus est Christus, factus Phil. 2. obediens Patri vsque ad mortem, mortem autè crucis? Quorsum Pater filium suum vnigenitum pro nobis omnibus tradidit, si vult aliquem nostrum, quod in se est, perire? Rectè hic usurpauerimus verba illa, quæ Samsonis mater respondit marito suo: Si Dominus nos vellet Iud. 13. occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset, &c. Ita si Dominus decreuisset nos condemnare, nequaquam vnigenitum filium misisset in mundum: qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro Ephes. 5. nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: & consummatus, factus est OMNIBVS obtemperanti- Heb. 9. bus sibi causa salutis aeternæ.

Ferè autem fit, ut quamuis diligenter ad memoriam reuocentur hæc, tamen miseri illi & perturbati homines

4 nullus

nullam sentiant tranquillitatem conscientia, sed secum infeliciter disceptent: ob hanc nimirum causam, quod tam foede in peccatorum cæno volutati sint: ideoque de venia desperant. Adversus acerbissimam hanc remissionem, sciendum, quod etiam electi excidunt ad tempus gratia, designantq; interdum horrenda flagitia: verum tamen si agant poenitentiam, totoq; corde divinam implorent misericordiam, iterum eriguntur, atque peccatorum impetrant remissionem: neque id semel tantum, sed sepius etiam. Illustria extant in Scripturis exēpla, quibus hæc res declaratur. Nam David fuit electus, sicut scriptum est: Et elegit David seruum suum. Et iterum: Quæsiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum. Et tamen talis tantusq; vir turpissimè proruit in adulterium & homicidium. Corruptus autē a Nathan Propheta, poenitentiam egit, Deiq; misericordiam humiliter imploravit: sicut cum aliis Psalmis, tū præcipuè quinquagesimi videre est. Poenitēs autē in gratiā receptus, & salutem cōsecutus est. Neq; hoc satis: iterum ille offendit Deum, superbe iubens numerari populum: sed iterum quoque obtinuit veniam. Petrus Apostolus similiter fuit electus: sicut Ioan xv. Christus dicit ad discipulos: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et paulò post: Ego elegi vos de mundo. Tandem verò Christum Dominum & Magistrum, imò Creatorem suum, cui antea tam præclarum testimonium dederat, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi: palam, non semel, sed secundo ac tertio negavit: negationi insuper addens periurium. Vbi autem agnoscent peccatum flevit amare, cōsolationem & peccatorum remissionem à Dño accepit, Apostolatus honorē retinuit: et præ aliis Christi ovis, ut eas pasceret, præpositus est.

Et hæc quidem ad consolationē eorū, qui de Prædestinatione sua dubitantes, anguntur animo, dicta sufficiant.

De iis,

Psal. 77.

1. Reg. 13.

2. Reg. 11. 12.

2. Reg. 24.

Mat. 16. 26.

Ioan. 11.

De iis, qui subita morte opprimuntur.

CAPVE

IX.

Aduersus quemcunque fortuna casum, necesse est vitam ita instituire, ne mors nos inopinantes inuadens imparatos inueniat. Est preclara sententia. Certum est homo, quod morieris: sed incertum, quando, quomodo, aut ubi. Quoniam mors ipsa te ubique expectat: tu quoque si sapiens fueris, ubiq. eam expectabis. Proinde cantos & vigiles nos reddere volens amator salutis nostra Dominus, hanc salubriter auribus nostris inculcat doctrinam: Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Ab infantia nostra nil aliud audimus ferè, quàm gemitus morientium, quàm varios de variis in locis extinctis rumores: nihil tam crebrò videmus, quàm efferi funera: quàm lugètiū pompas: monumenta autem et defunctorum epitaphia ubique obuia sunt. Quarum rerum ex animo nunquam excidere debet memoria: siue cum mane cubitu surgimus, siue cum vesperi cubitum imus: siue prandemus, siue cœnamus: seu etiam alterius quid rei agimus. Sit semper ob oculos saluberrima sententia, quànvis ab homine ethnico scripta:

Marc. 13o

Inter spem, curamq., timores inter, & iras,
Omne crede diem tibi diluxisse supremum.

Nihil hic attinet diuersos casus subitos commemorare: quotidie prope cernuntur: & licet non omnes opprimant, omnibus tamè sunt expectandi, quia omnibus possunt accidere. Eis autem, qui ut pie viuerent operam dederunt, nullus inopinatus est casus, qui sit exitialis: nulla mors mala, quantumuis subita: quoniam vita precessit bona. Scriptum est enim: Iustus si morte pre- occupatus fuerit, in refrigerio erit. Sed quid faciemus illis, qui non ita vixerunt, ut in hora mortis gaudere potius valeant, quàm timere? Verè etenim dictum est: Omne humanum genus, quod est, quòdque erit, morte

Vide sup. lib. 1. cap. 9.

Sap. 4.

i 5

damna-

Philip. 1.

Hieron. in
vita Hilar.
Eremita.

damnatum est: quam venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerit. Vnde Apost. Paulus desiderium habuit dissolui, & esse cum Christo. Et Hilarion latronibus respondiisse legitur: Idcirco latrones non timeo, quia mori paratus sum. Simile quid de S. Martino Severus Sulpitius memoria prodidit. Sed de iis qui haud ita animati sunt, nunc agendū: ne subito praecipitati morte pereant. Opus est hic expedito consilio: siquidem in mora maximum est periculum: nempe ut non citius intereamus, quam remedium adhiberi queat. Maxima itaque nobis diligentia curandum, ut penes nos paratum semper pharmacum, ad quemcumque casum fortuitū habeamus. Primum quidem, ut prorsus quam somno nos tradamus, tum etiam a somno exprofecti, breui nos Precatiuncula Deo commendemus: id quod etiam ad quemlibet campanae sonitum, qui horas indicat, facere convenit. Deinde, cum periculum adest, totis precordiis, & profundis suspiriis, non tā voce quam corde ad Deum clamemus. Nam Mosi dicitur: Quid clamas ad me? cum ille non legatur clamasse: sed gemitus quos fudit in summis angustiis ad mare rubrum, suspiria item & vota, Deus clamorem appellat. Enimvero in tanto periculo constitutus, cum a fronte mare, a tergo vniuersus Pharaonis exercitus immineret, quod voce non poterat, animo perficiebat & voto. Non est autem longū, dicere: PECCAVI: MISERERE. Et hoc satis est, si quidem dicatur ex animo. Facile penetrat etiam breuissima precatio calum, modo vehementi spiritus impetu ei aculetur. Equidem Dauidem tam grandem peccatorem tribus duntaxat syllabis (vti antea quoque diximus) usum esse, Regum narrat historia. Nihil enim amplius dixisse legitur, quam PECCAVI: sed, vt S. Ambrosius ait, flamma sacrificij cordis eius ad calum ascendit.

Exod. 14.

Lib. 4. cap. 7.
2. Reg. 11.
Amb. in Ex.
hort. ad Pecc.
nitentes.

ascendit. Quia Dominum habemus misericordem & benignum, non indiget multo tempore peccatorum correctio, sed tantum magno seruore. Nam & Ninuite tanta peccatorum multitudine aggrauati, quia magnam & veram poenitentiam egerunt, non indigebant ampliori quam trium dierum tempore, ad prouocandam Dei bonitatem: & irritandam, quae aduersum se lata erat, sententiam. Et quid dico Ninuitas? Latro in cruce neque uno die opus habebat. Et quid dico uno die? neque breui hora. Tanta est Dei erga nos misericordia. Nam si viderit voluntatis nostrae firmum propositum, & feruenti nos desiderio ad se accedere, non retardat, neque differt: sed accelerat, suamque solitam liberalitatem exhibens, dicit: Adhuc loquente te, dicam: Ecce Adsum.

Chrysof. in
Genesin.
Homil. 17.

Ionæ 3.
Matt. 12.

Esa. 65.

Hanc admonitionem prodest bene memoria commendare, ut in promptu sit, cum necessitas ingruit: quam etiam iis, qui in morbum aliquem, qui mentem adimat, repente ut incidant metuent, conuenire iudico: ut si se iuxta hanc composuerint, nihil postea futurum sit eorum animae periculi.

PERORA-

PERORATIO OPERIS
EX CÆLII LACTANTII DI-
VINARVM INSTITVTIONVM
Libro VII. cap. XXVII.

SVPEREST, vt exhortemur omnes ad susci-
piendam cum vera religione sapientiam: cu-
ius vis & officium in eo vertitur, vt contem-
ptis terrestribus, & abiectis erroribus, quibus antea
tenebamur, fragilibus seruientes & fragilia concu-
piscentes, ad æterna cælestis Thesauri præmia diri-
gamur. Quæ vt capere possimus: quam primum o-
mittenda sunt huius præsentis vitæ illicitibiles volu-
ptates: quæ animas hominum perniciosissima suavi-
tate delinunt. Quanta felicitas existimanda est: sub-
tractum his labibus terræ, proficisci ad illum æquif-
simum Iudicem, Parentemq. indulgentissimum:
qui pro laboribus requiem, pro morte vitam, pro
tenebris claritatem, pro terrenis ac breuibus bo-
nis, æterna ac cælestia largiatur? cum qua mer-
cede acerbitates ac miseriæ, quas perpetimur in
hoc mundo, facientes opera iustitiæ, conferri & co-
æquari nullo modo possunt. Et quanto quisque an-
nis in senectutem vergentibus, appropinquate cer-
nit illum diem, quo sit ei ex hac vitæ demigrandum:
cogitet quàm purus abscedat, quàm innocens ad
Iudicem veniat: non vt faciunt, quorum cæcis men-
tibus lux negatur, qui iam deficientibus corporis
viribus, in hoc admonetur instantis vltimæ necessi-
tatis, vt cupidius, vt ardentius hauriendis libidini-
bus intendant. Quæ ex voragine liberet se quisque
dum licet: dum facultas adest: seque ad Deum tota
mente

Rom. 8.

mente conuertat: vt illū diem securus expectet, quo
 Præses Dominusque mundi Deus, de singulorum
 factis, cogitationibusque iudicabit. Quæcunq. hic
 expetuntur, nō modò negligat, sed & fugiat, potio-
 remque animā suam iudicet, quā bona ista fallacia,
 quorū incerta & caduca possessio est. Migrant enim
 quotidie: & multò velocius exeunt quā intraue-
 rant. Et tamen, si nobis vsque ad vltimum licet istis
 frui: aliis certè relinquenda sunt. Nihil nobiscū fer-
 re possumus: nisi vitam bene atq. innocenter actam.
 Ille ad Deum copiosus, ille opulentus adueniet, cui
 astabunt continentia, misericordia, patientia, chari-
 tas, fides. Hæc est hæreditas nostra: quæ nec eripi
 cuiquam, nec transferri ad alium potest. Nemo di-
 uitiis, nemo fascibus, nemo etiam Regia potestate
 confidat: immortalem ista non faciunt. Nam qui-
 cunq. rationem hominis abiecerit, ac præsentia se-
 cutus in humum seipsum prostrauerit: tanquam de-
 sertor Domini, & Imperatoris, & Patris sui, punie-
 tur. Intendamus ergo Iustitiæ, quæ nos inseparabi-
 lis comes, ad Deum sola perducet: & dum spiritus
 hos regit artus, infatigabilem militiam Deo milite-
 mus: stationes, vigiliasq. celebremus: congregiamur
 cum hoste, quem nouimus, fortiter: vt victores, ac
 deuicto aduersario triumphantes, præmiū virtutis,
 quod ipse promisit, à Domino cōsequamur. AMEN.

FINIS.

HIERONYMVS AD PAMMACHIVM.

*Qui inimicus est, etiā in scirpo nodum quarit: Amio-
 nis, praua quoque recta indicat.*

ÆGROTVS CHRISTO
IESV SERVATORI SVO
OPT. MAX.

CVR Mortem metuam? Mors non est: Mortis
imago est.
Nam Merito nitor, Christe benigne, tuo.
Vermis, adhuc spiro: moriturus fortè sub horam.
Mors etenim certa est: funeris hora later.
Ergo, Christe, tibi, me iam tibi porrigo, totum.
Viuam seu moriar: Sanguine viuo tuo.

ALB
I O
S
T
Diui
Plenu
Chisp
Horte
Et su
Vt m
Curi
Colleg
Culto
Vnum
Conie
adsp
Oblec
Er
Vene
Noun
In fla
Calej
Acco
Atr
Inter
Et m
Vi su

ALEXANDER GRAPHEVS,
IOANNI MATALIO METELLO
SEQVANO I. C. VIRO CLARISS.

Totum, docte Metelle, me beasti,
Librum qui dederis mihi legendum
Diuinum, omnigena suauitatis
Plenum; quem bonus, eruditus ille
Chispenningius, intimo è recessu
Hortorum Sophiae salubriorum,
Et sudoribus & labore multo,
Vt mentes recreet minus quietas
Curis, Christicolam pios in vsus,
Collegit: velut ille qui per arte
Cultus ingenua vagatus hortos,
Vnum in fasciculum manu perita
Coniecit varios colore flores,
Ad spectu qui oculos, odore nares
Oblectant cupidas amœniore.

Ergo, hunc dum lego, vix ad umbilicum
Veneram, subit intimas repente
Nouus nescio quis calor medullas:
In flammam abeo, Metelle, totus,
Caestis patriæ suavi amore
Accensus penitus, beata Olympi
Atria vt videar perambulare,
Inter calicolas beatiore;
Et mortalia, ceu caduca, verè
Vt sunt, despiciere; horrida q̃ mortis

Vmbrae

Vmbram terrificam nihil timere.

*Quare, amicus ut est tibi Metelle,
Chispenningius, optimèque notus;
Nostro nomine, & omnium honorum,
Ipsam hortare, mone, rogaq̄, & vrge,
Diuinum omnigenæ suauitatis
Plenum, istuc opus ut diutius ne
Suis ipse sinat latere tectis.*

*Iam pressum satis est: typis disertis
Vulgatum properet, teratur vsque
Et vsque ut manibus piorum vbique,
Teratur manibus quoque impiorum,
Quo tandem sapiant, simulq̄, norint
Nil esse vtilius beatiusq̄,*

Quàm mori in Domino piè ac beatè.

IN

Q

B

Epistol
nem

M E
tibus &
Morbi,
te prap
ma & si
moriens

L

De mor
De Mo
catio
De Mo
valde
De hum
Omnia
flore
De hor
coqu
mus.
De hora
Vitz en
nitio

INDEX EORVM,
QVÆ HIS SEPTEM LI-
BRIS COMPREHENDVNTVR.

Epistola nuncupatoria ad Illustrissimum Principem Ioan-
nem Guilielmum iuniorem, Ducem Cliuensem &c.

LIBER PRIMVS.

MEDITATIO MORTIS ab humana vita calamita-
tibus & ærumnis, fragilitate & breuitate: Vnde Calamitates,
Morbi, Mors: Quid de iis sentiendum: Quomodo ingruente mor-
te preparandus ad salutarem & felicem exitum: Qua verissi-
ma & firmiff. Consolatio in terrore mortis: & Quis optimus
moriendi modus.



De Calamitatibus & ærumnis huius vitæ.
CAP. j. pag. 19

De Calamitarum atque etiam Morborum
causa: à quo nobis & qua re immittatur:
tum quomodo in iis nos gerere oportet. ij. 22

De Morte naturali, seu corporali: Quid, &
vnde sit. iij. 25

De morte spirituali animæ, mala: quæ vera Mors est. iiij. 27

De Morte spirituali animæ, bona: quæ sit vitiorum mortifi-
catione. v. 30

De Mortis memoria, sanis sæpe ac multum repetenda: quæ
valde conducit ad vitam piæ Christianeque instituendâ. vi. 37

De humanæ Naturæ fragilitate: & Vitæ breuitate. vii. 41

Omnia mundi huius caduca esse, hominem quoque: & ætati
floranti ac iuuentuti minimè confidendum. viij. 46

De hora Mortis: incertam eam, nobisque incognitam esse
coque nomine sic viuendum, vt ad eam semper parati si-
mus. ix. 49

De horæ Mortis incertitudine: Testimonia S. Scripturæ. x. 51

Vitæ emendationem non differendam: D. Augustini Admo-
nitio. xi. 52

Quid,

INDEX.

Quid, cum in omni vita, tum verò morte ingruente facien-
dum: ad dictum Eliaë, Dispone domui tuæ, morieris, &c.
xij. 53

De condendo Testamento, ad diuites: D. Ioann. Chryl. Ad-
monitio. xij. 57

Ad pietatis & misericordiæ opera: D. Cypriani Exhortatio.
xiiij. 58

In Diuites auaros: Basilij Mag. Expostulatio. xv. 59

Quid ægrotus post conditum Testamentum, aliaque neces-
saria ritè procurata, faciendum. xvi. 61

Quomodo ad Exemplum Iesu Christi, ægrotus ad salu-
tem mortem sese parare debet. xvij. 62

Alia ad piè migrandum Institutio. xvij. 64

Exomologesis, seu Confessio peccatorum quomodo facien-
da. xix. 65

Quomodo ad dignè sumendum S. Eucharistiæ Sacramen-
tum, ægrotus semet probare debet: & quid ante, & post,
atque in ipsa sumptione cogitandum. xx. 64

Christi D. N. interna, & spiritali quodam modo, ad pecc-
atricem quidem sed poenitentem animam, Allocutio. xxi. 71

Eiusdem generis, ad spiritum contribulatum & cor contritum
ac humiliatum, splendida Commonefactio. xxij. 74

Ostensio quod Mors malum non sit: & ideo hominem Deo
libenter se resignare, Mortemque alacriter subire debere.
xxij. 73

Quæ verissima & firmiss. Consolatio in terrore Mortis: &
quod præstâtissimum Remedium aduersus omnem Mor-
tis metum. xxiiij. 83

Mortem Christianis ex aqua & S. S. renatis, & Christi Passio-
ne ac Cruce redemptis, non debere esse formidabilem: D.
Cypriani Episc. & Martyris consolatio. xxv. 87

Quis optimus moriendi modus. xxvi. 88

LIBER SECVNDVS.

CAVSÆ POTIORES, cur Mors amara, & formi-
dabilis: & contra eas Consolationes.

DE vitæ præsentis Dulcedine. CAUSA I. CAP. J. 94
Aduersus vitæ præsentis dulcedinem, Testimonia sacra
Scripturæ. ij. 94

Pia D.

INDEX.

Pia D. Cypriani admonitio. iij.	93
Dererum temporalium seu terrenarum Amore. CAUSA II.	96
iij.	96
Aduersus mundi vanitatem, S. Scripturæ Sententiæ. v.	101
Ad idem: D. Ioan. Chrysof. Admonitio. vi.	103
Eiusdem D. Ioan. Chryf. ad contemptum rerum mundanarum, ab exemplo diuitis epulonis, Exhortatio. vij.	104
De Amore in coniugem & liberos, aliosque propinquos: & Cura pauperum pro coniuge, & pupillis egenis CAUSA III. viij.	105
Ab æterna vita in qua pij cum S. Angelis, & Electis omnibus exultantes, mutuo se agniture sunt, Consolatio. ix.	107
Ad pauperes, vt in Deum curas suas proiciant: consolatoria Exhortatio, ex Psalmo LIII. x.	111
De Dei in derelictas viduas, pupillosque, Cura: Testimonia S. Script. xi.	113
Ab Exemplo volatiliū, maximè autem cotuorum, Christi Iesu D. N. Consolatio: ex Matth. cap. vi. Lucae cap. xi. xij.	115
Ad Viduas, D. Ioan. Chrysof. Admonitio. xiiij.	116
De horribili Mortis imagine: Et quòd per Christum victa est: vnde homini Christiano opranda potius quàm timenda. CAUSA IIII. xiiij.	ibidem
Aduersus Mortis horrorem: consolatoriæ S. Scripturæ Sententiæ. xv.	118
Carnem nostram petire non posse, quòd Christi Iesu, qui Vita est, Corpore et sanguine nutriatur: dulcissima D. Irenæi Sententiæ. xvi.	120
De Aditu ad Mortem: seu Angore, mortis causa. CAUSA v. xvij.	ibidem
De prompto omnibusque exposito Dei auxilio in doloribus Mortis, & alijs: Testimonia S. Scripturæ. xviiij.	122
Quòd Dei nos præsentiam, in maximis præcipue difficul- tibus, nobis adfuturam confidere possumus: Exempla sacrae Scripturæ. xix.	123
De S. Angelorum circa nos Custodiâ & Cura: Exempla sacrae Scripturæ. xx.	125
Ad Patientiam in ærumnis & doloribus, ac Mortis angustiis, cohortatoriæ & consolatoriæ S. Script. Sententiæ. xxi.	126
Ad Patientiam D. Ambrosij Admonitio. xxij.	129
De Fidei imbecillitate. CAUSA VI. xxiiij.	130
k a	De æterna

INDEX.

De æterna Vita, ad quam pij per mortē, Deo duce, transeunt:		
Testimonia S. Scripturæ. CAP. xxiiij.		132
Vt intrepidè pergamus ad Redemptorem nostrum, D. Ambrosij Admonitio. xxv.		134
Ad confidentiā obtinēdæ Vitæ æternæ, Exhortatio. xxvj. 136		
Pro obtinenda æterna Beatitudine, SS. Augustini & Bernardi fiducia. xxvij.		137
Alia S. Bernardi fiducia. xxviii.		138
De Spe, Meditatio eiusdem Bernardi: ad vers. Psal. xc. Quoniam in me speravit, liberabo eum &c. xxix.	ibidem	
De eadem spe dulcissima, D. Augustini Sententia. xxx.	ibid.	
Vitæ & Beatitudinis æternæ vmbatilis descriptio, ad inflammandum ægroti animum. xxxi.		139
De eadem Vita & Beatitudine æterna, D. Cypriani Sententia. xxxij.		142
Ab historia Transfigurationis Domini in monte Thabor, Consolatio. xxxiiij.		143
De Conscientia scelerum: & metu Iudicij Dei & Gehennæ ignis. CAUSA VII. CAP. xxxiiij.		144
Quomodo peccatoris animus verè tamē pœnitentis, ex diuinitate Misericordiæ & Bonitatis consideratione sustentari debet & roborari. xxxv.		147
Quomodo peccatoris animus ad Deum conuersus, in Deo Verbo, diuinarumque Promissionum certitudine ac veritate, erigi atque confirmari debet. xxxvj.		149
De certò promissa verè pœnitentibus peccatorum venia, Testimonia S. Scripturæ, Dei viui & veri verba referentia. xxxvij.		151
Alia S. Scripturæ loca de Dei erga peccatores pœnitentes Bonitate & Misericordia testificantia. xxxviii.		154
Non satis esse, credere quòd Deus peccata remittat & donet sed hoc addendum, vt & hoc credas, quia per ipsum ipsa peccata donantur, & generales Dei promissiones ad te quæque priuatim, ac propriè pertinere: egregia D. Bernardi Sententia. xxxix.		158
PARABOLAE PRÆCIPUÆ à Filio Dei prædicatæ ad declarandam immensam Dei erga peccatores Misericordiam. Cum Elucidationibus.		
Parabola	{ De Rege rationem ponente cum seruis suis.	
	{ Matth. xviii. xl.	160
	{ de Publicano Lucae viii. xli.	161
		de duobus

Parabola
Ad eam
Fili
E x
bus De
sordian
Vfus E
Adam
Popul
David
Achab
Manat
Viri N
Petrus
Paulu
Matth
Zach
Maria
Mulie
Latro
De fid
pecc
De su
Mi
tia.
Ad eos
red
Ad del
tam
Mi
C
S
nem,
tem,
S. Mi

INDEX.

de duobus debitoribus. Luc. vii. cap. xlij. 162	
de Oue perdita. Luc. xv. xliij. 163	
de Drachma perdita & inuenta. xliij. 164	
de Filio prodigo. xlv. 165	
Ad easdem Parabolas, Ouis erratica, Drachmæ perdita, & Filij prodigi: aurea D. Ambrosij verba. xlv. 169	
EXEMPLA insignium peccatorum & peccatricum, in quibus Deus verè & ex animo pœnitentibus Bonitatem & Misericordiam suam ostendit.	
Vnus Exemplorum pœnitentium peccatorum. xlvij. 170	
Adam primus peccator. xlvij. 173	
Populus Israël, Idololatra. xlix. 172	
Dauid, adulter & homicida. l. 173	
Achab impiissimus homicida & raptor. li. ibidem	
Manasses omnium peccatorum maximus. liij. 174	
Viti Niniuitæ. liij. 175	
Petrus Apostolus, Christi negator. liij. ibidem	
Paulus, Christi persecutor. lv. 176	
Matthæus, telonarius. lvj. 177	
Zachæus, Publicanorum princeps. lvij. ibidem	
Maria Magdalena, peccatrix publica. lvij. 178	
Mulier, adultera. lix. 179	
Latro in cruce. lx. 180	
De fiducia diuinæ Clementiæ habenda, etiam in maximis peccatis. D. Ioan. Chrysostomi Sententia. lxj. 181	
De summa summi ac potentiss. Regis, ac omnium Domini Misericordia, Clotharij Franc. Regis morientis Sententia. lxij. 182	
Ad eos qui longo tempore malè vixerunt, vt vel in fine ad cor redeant, nec pereant: Admonitio. lxij. ibidem	
Ad desperantem, consolatoria Exhortatio: nulla esse crimina tam immania, quæ pœnitenti veniamque petenti, ac Dei Misericordiæ innitenti non remittantur. lxiiij. 183	

LIBER TERTIVS.

CONSOLATIONES ex Fide ac Fiducia in Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum: eiusque S. Incarnationem, Natiuitatem, Baptismum, Doctrinam, Passionem & Mortem, Resurrectionem & Ascensionem, atque etiam Spiritus S. Missionem.

k 3

Quomodo

INDEX.

Q uomodo aduersus Satanæ insidias & tentationes in Con-	
scientiæ pressura, Dei Verbo obfirmandus sit animus;	
oculis magna fide ad Christum Iesum D. N. subleua-	
tis. CAP. J.	187.
Fide nos ac Fiducia in Iesum Christum D. N. ex Dei Verbo	
concepta, ad exemplum Ionæ prophetæ, in Conscientiæ	
angustiis sustentari atque seruari. ij.	190.
De Sanguine pretioso, & Meritis D. N. Iesu Christi: quibus	
ægrota tanquam duabus firmissimis Columnis inniti de-	
bet. iij.	192.
De D. N. Iesu Christi in remittendis peccatis diuina Potesta-	
te, & optima erga nos Voluntate: D. Bernardi Sententia.	
iiij.	193.
C O N S O L A T I O ex Sacra & immaculata I N C A R-	
N A T I O N E & N A T I V I T A T E D. N. Iesu Christi.	
Fructus Incarnationis & Natiuit. D. N. Iesu Christi. v.	194.
S E N T E N T I A E S. Scriptura perquam suauis, de Incar-	
natione & Natiuit. D. N. Iesu Christi. Et Paracles. ad ead. idem.	
Senten. i. Esaiæ VII. Hæc dicit Dominus: Ecce virgo concipi-	
et & c. vj.	196.
Sententia II. Lucæ. i. Ait Angelus ad Mariam; Ecce concipi-	
et & c. vij.	197.
Sententia III. Luc. i. Per viscera misericordiæ Dei nostri vi-	
sitauit nos Oriens ex alto. viij.	198.
Sententia IIII. Mat. i. Hoc autem totum factum est. ix.	199.
Sententia v. Luc. i. Dixit Angelus pastoribus: Nolite timere,	
Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum & c. x.	200.
Sententia vi. Postquam cõsummati sunt dies octo & c. xi. ibid.	
Sententia vii. Galat. IIII. Vbi venit plenitudo temporis	
misit Deus filium suum & c. xij.	202.
C O N S O L A T I O ex S. B A P T I S M O D. N. Iesu Christi.	
Fructus S. Baptismi D. N. Iesu Christi. xij.	204.
S E N T E N T I A E S. Scriptura de S. Baptismo D. N. Iesu	
Christi.	
Sententia i. Ioan. i. Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, &	
ait: Ecce Agnus Dei & c. xiiij.	207.
Perperuam esse S. Baptismi virtutem. xv.	208.
Sententia II. Ephel. v. Christus dilexit Ecclesiã. & c. xvj. ibid.	
Sententia III. Esaiæ LXI. Gaudens gaudebo in Domino, & c.	
xvij.	210.
C O N S O L A T I O ex salutifera DOCTRINA D. N. Iesu Christi.	
De Aucto-	

INDEX.

De Auctoritate Doctrinae D. N. Iesu Christi Testimonia S.	
Scripturae. xvij.	213
De Christi Iesu in hunc mundum missi officio, & eius salutaris Euangelij praedicatione: Ex Esa. cap. lxi. xix.	215
<i>SENTENTIAE EVANGELICAE insigniores, ex melliflua & salutifera Doctrina D. N. Iesu Christi. Et Paracl. ad easdem.</i>	
Sententia I. Ioan. I. Sic Deus dilexit mundum &c. xx.	217
Sent. II. Mat. ix. Non est opus valentibus medico &c. xxj.	218
Sententia III. Matth. xi. Venite ad me omnes qui laboratis &c. xxij.	219
Sententia IIII. Matth. xviii. Venit filius hominis saluare &c. xxij.	220
Sententia v. Ioan. I. Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in aeternum. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. &c. XXI. I.	222
Sententia vi. Ioan. viij. Ego sum Lux mundi &c. xxv.	224
Sententia vij. Ioan. viij. Si quis sermonem meum serauerit &c. xxvj.	225
Sententia viij. Ioan. x. Ego sum ostium. Per me si quis, &c. xxvij.	226
Sententia ix. Ioan. x. Ego sum Pastor bonus. xxvij. ibidem	
Sententia x. Ioan. x. Oves meae vocem meam audiunt. Et non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. xxix.	227
Sententia xi. Luc. xi. Petite, & dabitur vobis. xxx.	229
Sententia xij. Ioan. xi. Ego sum Resurrectio & Vita xxxj.	230
Sent. xij. Ioan. xij. Non veni ut iudicem mundum. xxxij.	231
Sententia xiiij. Luc. xxij. Vos estis qui permanistis mecum &c. xxxij.	ibid.
Sententia xv. Ioan. xiiij. Non turbetur cor vestrum, &c. xxxij.	232
Sententia xvi. Ioan. xiiij. In domo Patris mei mansiones multae sunt. xxxv.	233
Sent. xvij. Ioan. xiiij. Vado parare vobis locum. xxxvj.	234
Sententia xvij. Ioan. xiiij. Quo ego vado scitis, & viam scitis. xxxvj.	235
Sent. xix. Ioan. xiiij. Ego sum Via, Veritas, & Vita. xxxvij.	236
Sententia xx. Ioan. xvj. Amen amen dico vobis, quia plorabit & flebitis vos &c. xxxix.	237
Sententia xxj. Ioan. xvj. Qui diligit me, diligetur a Patre meo, &c. xl.	239

k x

Sententia

INDEX.

Sententia xxij. Ecce venit hora, & iam venit ut dispergamini unusquisque in propria. &c. Ioan. xvj. CAP. xij.	240
Sent. xxij. Ioan. xvi. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis &c. xlij.	242
<i>SENTENTIAE PRAECLARIORES ex memorabili Precatione D. N. Iesu Christi, qua sub finem vite sue, filius Ecclesie sue, tanquam pius Pater familias Deo Patri commisit. Et Paraclases ad eamdem. Ex Ioannis cap. xvij.</i>	
De ardentissima D. N. Iesu Christi ad Patrem Precatione: eiusque perpetua efficacia. xlij.	243
Sententia i. Subleuatis Iesus oculis in cælum dixit: Pater, veni hora, clarifica filium tuum &c. xliij.	244
Sententia ij. Ego clarificaui te super terram &c. xlv.	246
Sententia iij. Ego pro eis rogo &c. xlvj.	247
Sententia iiij. Tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. xlvij.	249
Sent. v. Pater sancte, serua eos in nomine tuo &c. xlvij. 250	250
Sententia vi. Pater, sanctifica eos in veritate. xlix.	ibid.
Sententia vij. Pro eis ego sanctifico me ipsum &c. l.	251
Sententia viij. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. lj.	252
Sententia ix. Rogo, ut omnes unum sint. liij.	253
Sententia x. Dilexisti eos sicut & me dilexisti. liij.	256
Sententia xi. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam &c. liij. 257	257
<i>CONSOLATIO ex S. PASSIONE & MORTE clarifica Iesu Christi D. N.</i>	
Fructus Passionis & Mortis Iesu Christi D. N. & quas inde consolationes accipimus. lv.	260
Passionis Christi maximam esse potentiam: & ad solum hominem pertinere. lvj.	262
<i>SENTENTIAE S. Scripturae de Passione & Morte Iesu Christi D. N. Et Paraclases ad eamdem.</i>	
Sententia i. Esaiæ liij. Verè languores nostros ipse tulit &c. lvij.	ibid. & 263
Sententia ij. Psal. xxi. Foderunt manus meas, & pedes meos. lvij.	264
Sententia iij. Roman. iij. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. lix.	265
Sententia iiij. Roman. v. Commendat charitatem suam Deus in nobis,	in nobis,

INDEX.

	in nobis, quoniã cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est &c. lx.	267
	Sent. v. Rom. viij. Proprio filio suo non peperit &c. lxi.	268
	Sententia vi. I Cor. I. Christus factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. lxij. ibid.	
	Sententia vij. II Cor. v. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. lxij.	270
	Sententia viij. Galat. ij. Quod nunc uiuo in carne: in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. lxij.	271
	Sententia ix. Ephes. j. Coloss. j. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius &c. lxv.	272
	Sententia x. Coloss. i. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum &c. lxvj.	Ibid.
	Sententia xi. Coloss. ij. Et vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo &c. lxvij.	273
	CONSOLATIO ex gloriosa Resurrectione D. N. Iesu Christi. Fructus gloriosæ Resurrectionis D. N. Iesu Christi: quæ etiam nostræ Resurrectionis certissimè futuræ causa est. lxvij.	274
	SENTENTIAE S. Scriptura de Resurrectione D. N. Iesu Christi Triumphatoris: Et Paracles ad easdem.	
	Sententia i. Olee xij. De manu mortis liberabo eos &c. lxix.	275
	Sent. ij. Ioan. xx. Vade ad fratres meos &c. lxx.	276
	Sententia iij. Rom. iij. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. lxxj. ibid.	
	Sententia iij. Roman. viij. Quis accusabit aduersus electos Dei? lxxij.	277
	Sententia v. Rom. xiiij. In hoc Christus mortuus est, vt & uiuorum & mortuorum dominetur. lxxiiij.	278
	Sententia vi. I Cor. xv. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. lxxiiij.	ibid.
	Sententia vij. Ephes. ij. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam &c. lxxv.	280
	CONSOLATIO ex latissima ASCENSIONE D. N. Iesu Christi. Fructus lætissimæ Ascensionis Iesu Christi D. N. lxxvj.	281
	SENTENTIAE S. Scriptura de Ascensione Iesu Christi D. N. Et Paracles ad easdem.	

INDEX.

Sent. i Heb. vij. Saluare in perpetuū potest. &c. lxxvij.	284
Sententia ii Hebr. ix. Non in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum. &c. lxxvij.	285
Sententia iij. i. Ioan. ii. Si quis peccauerit, Aduocatum habebimus apud Patrem &c. lxxix.	286
Vt agtorus ad D. N. Iesum Christum, propter nos incarnatum, mortuum & resuscitatum, atque supra cælos exaltatum, faciem conuertat: dulcissima D. August. Sententia lxxx.	287
<i>CONSOLATIO ex SPIRITVS S. missione.</i>	
Ex Paracleri nomenclatura, quanta fidelibus expectanda Consolatio & Gratia. lxxxxi.	288
<i>SENTENTIAE S. Scripture, de Spiritus S. missione. Et Paracleres ad easdem.</i>	
Sent. j. Rom. v. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum S. qui datus est nobis. lxxxij.	289
Sententia ij. Rom. viij. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. lxxxiiij.	290
Sententia iij. II. Cor. i. Qui autem confirmat nos in Christum, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. lxxxiiij.	291
Sententia iij. Ephes. i. In Christo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ &c. lxxxv.	292
Fructus totius vitæ Iesu, ac Dispensationis super redemptione generis humani: Ex D. Bernardo. lxxxvj.	293
<i>FIGURAE & IMAGINES in Diuinis literis descriptæ quibus Iesu Christi D. N. in genus humanum Affectus & Beneficia exprimuntur. Et additæ Explicationes.</i>	
Figura j. SCALAE, quam vidit Iacob in somnis stantem super terram: cuius cacumen tangebatur cælum. Gen. xxvij. lxxxvij.	294
Figura ij. LAPIDIS, in quo requieuit Iacob. Genes. xxvij. lxxxvij.	295
Figura iij. AGNI PASCHALIS, Exod. xij. lxxxix.	296
De Sanguine Agni immaculati, D. Amb. Sententia. xc.	297
Figura iiii. COLUMNAE Nubis & Ignis, Exodi xiii. xci.	298
Figura v. LIGNI in aquas Marath missi. Exo. xv. xcii.	299
Figura vi. MAN, seu MANNAE, Exodi xvi. xciii.	300
Figura vii. PETRAE à Moïse percussæ, Exo. xvii. xciiii.	300

Figura
xcv.
Figura
nis p
304
Figura
Figura
xcvi
Figura
Figura
Figura
Figura
C H
lorum
mentis
maxim
Q V
Articu
tine
D. Aug
sola
Quam
iiii.
Septen
agro
Confo
Confo
Confo
Confo
O
NES
Aduer
dur
Obiect
non

INDEX.

Figura viii. CORONAE aureae, & Propitiatonij Exodi xxv.	302
xcv.	302
Figura ix. MENSÆ auro purissimo inauratæ, & Propositio-	
nis panum, & Cande labri aurei. &c. Exodi xxv.	xcvi.
304.	
Figura x. ALTARIS aurei, Exodi xl.	xcvii.
305	
Figura xi. SERPENTIS ænei pro signo positi. Numeri xxi.	
xcviii.	306
Figura xij. SAMARITANI Luca x. xcix.	307
Figura xiiij. GALLINAE. Mat. xxiii. iiii. Esdræ i. c.	310
Figura xiiii. PASTORIS boni. Ioan. x. ci.	313

LIBER QVARTVS.

CHRISTIANAE CONSOLATIONES *ex Aposto-*
lorum Symbolo, & Dominica Oratione: præcipuis etiam Sacra-
mentis. Et, quid ad Satana Obiectiones ægroto, cum aliis, tum
maximè in mortis discrimine respondendum.

QVAM sit magna Christianæ Fidei, in Apostolorum Sym-	
bolo comprehensæ, vis & efficacia: ac quàm necessa-	
rius vñs. CAP. i.	316
Articulorum xii. Fidei, ad constantiam in Christi fiducia re-	
tinendam & augendam, Explicatio. ii.	322
D. Augustini, ab Symboli Apostolici fide, Admonitio & Con-	
solatio. iii.	341

CONSOLATIO *ex Oratione Dominica.*

QVAM efficax sit apud Deum Oratio: & vnde ei hæc efficacia.	
iii.	342
Septem Petitionum Orationis dominicæ, ad corroborandum	
ægroti animum expositio. v.	343

CONSOLATIO *ex præcipuis Sacramentis.*

Consolatio ex Baptismi Sacramento. vi.	355
Consolatio ex Pœnitentiæ Sacramento. vii.	360
Consolatio ex Eucharistiæ Sacramento. viii.	364
Consolatio ex Vnctionis infirmorum Sacramento. ix.	370

OBIECTIONES *Satana, & RESPONSIO-*
NES fidelis ægroti ad easdem.

Aduertus insidias diaboli & quasuis tentationes quid facien-	
dum: & quomodo resistendum. x.	372
Obiectiones Satanae ad ægotum xviii, & totidem Respon-	
siones fidelis ægoti. xi.	374
Quid	

INDEX.

Quid nam ægrotus ad diaboli delinamenta, qui illius meritis extollere nititur, respondere, ac de se sentire debet. xij. 379

In fallacem Meritorum fiduciam, vtilissimæ S. Patrū Admonitiones. xij. 381

Protestatio hominis Christiani ægroti. xiiij. 384

LIBER QUINTVS.

PRECATIONES piæ, in morbo ac Mortis periculo dicenda: & in Passionem D. N. Iesu Christi MEDITATIONES: ad inuandum ægrotum accommodata.

Quo modo oraturi Affectus dirigendus & componendus: D. Basilij Mag. Admonitio. j. 386

Precatio in morbo, & alia quauis afflictione. ij. 388

D. Aug. Precatio pro patientia in afflictione vel morbo. iij. ibid.

Alia, pro obtinenda patientia in morbo. iij. 389

Ægrotantis Precatio. v. ibid.

In Mortis periculo, Precatio. vi. 390

Eiaculationes ex Psalmis, cum aliis, tum præcipuè in Mortis necessitate dicenda. vij. 391

Eiaculationes aliæ ex vtroq. Testamento collectæ. viij. 394

Precatiuncula, siue Eiaculationes ad Christum Iesum D. N. ex D. Augustini libris congestæ. ix. 395

Alia Precatio, homini in periculo mortis constituto, ac intra conscientiam suam anxio &c. recitanda. x. 398

Alia, eiusdem generis. xi. ibid.

Exercitium, quo ægrotus suspiriis & gemitibus (quâdo aliter non potest) Deo se resignet &c. xij. 399

MEDITATIONES in Passione D. N. Iesu Christi, ex S. Scripturæ, & S. Patrum sententiis contextæ. xij. 401

MEDITATIONES & PRECATIONES ad septem vltima Christi Iesu in cruce morientis verba. xiiij. 403

Confessio hominis peccatoris gementis & dolentis, sequens causam Passionis & Mortis fuisse Christi Domini sui, fatentis &c. xv. 411

Alia Christo. xvj. 411

Obsecrationes deuotissimæ ad Deum Patrem. xvij. ibid.

Initium Psalmi xxx. cuius verbis vsus est Christus in cruce. xvij. 413

Precationes vel potius Eiaculationes præcipuorum Apostolorum, quas sub extremam vitæ horâ ad D. N. Iesum Christum emisserunt. xix. ibidem

Precationes Apostolicorum virorum & martyrum, Polycarpi &

INDEX.

- pi & Cypriani: cū iam iam Domini calicem bibituri essent. xx. 426
 S. Hieronymi in agone mortis constituti Eiaculationes ad Iesum Christum Dominum nostrum. xxi. 429
 Precariuncula Iuliani Episcopi Toletani. xxij. 430
 Aliæ Precariunculæ breues, in Mortis agone usurpandæ. xxij. 431.

LIBER SEXTVS.

IMMORTALITATIS ANIMAE, & carnis nostræ RESURRECTIONIS, extremiq; ac formidabilis IUDICII, nec non aeterni impiorum SUPPLICII, contra aduersos præfatos ac duros, nimiumque securos, tam sanos quam agros, ASSERTIO.

- IN voluptatibus deditos, nec aliam vitam superesse cogitantes, Querimonia. j. 434
 De Animæ Immortalitate, Testimonia S. Scripturæ, atque etiam naturalis Rationis. ij. 438
 Quis Animatum ex corpore migrantium status, ex Athana- tio Episcopo Alexandrino. iij. 444
 De eodem Animarum statu post mortem, D. Augustini Sen- tentia. iiij. 445
 De carnis nostræ Resurrectione, Testimonia & Argumenta ex S. Scriptura, & ab Exemplis, atq; humanæ naturæ Ra- tione & Iudicio desumpta. v. 446
 De extremo Iudicio.
 Iudicium necessario futurum, ipsam naturæ Rationem de- monstrare. vj. 463
 Eiusdē Rationis testimonium de extremo Iudicio: ex Athe- nagora philosopho Christiano. vij. 465
 Argumētum futuri Iudicij, adeoque formam eius, hominem in semetipso habere ac sentire. viij. 466
 De tremendo Dei Iudicio, Testimonia S. Scripturæ. ix. 467
 De Resurrectione, & extremo Iudicio: ex Ioan. Chrylost. Admonitio. x. 471
 De extremi Iudicij grauitate: à quo etiam nulla est prouoca- tio. xi. 472
 De morte æterna, quæ impiorum est, atque secunda in Diui- nis literis nominatur. xij. 474
 De æterno impiorum Supplicio: & cruciatuum magnitudine & acerbitate, atque etiam perpetuitate. xij. 475
 De Pœ-

INDEX.

De Pœnis impiorum, Testimonia S. Scripturæ. xiiii. 477
 Ut Pœnitentia, dum viuimus, perpetuas impiorum in infer-
 no pœnas auertamus, Seria D. Ioan. Chrysoftomi Admo-
 nitio. xv. 479

LIBER SEPTIMVS.

EXHORTANDI & CONSOLANDI RATIO-
 NES pro difficulter & periculose parturientibus feminis: & in
 qui fontes vel in fontes supplicio afficiuntur: tum etiam, qui sub-
 ita morte opprimuntur.

Speciales & particulares quasdam exhortandi & consolandi
 Rationes hoc vltimo libro necessariò tradendas. cap. i. 481

Ratio consolandi parturientes feminas, & in partu pericu-
 lantes. ii. 481

Quomodo instituendi, qui vel præiudiciis ad subeunda sup-
 plicia grauati, vel iusta criminis vindicta de medio tollun-
 tur. iii. 483

Ratio admonendi & consolandi eos, qui se iniuste, & præter
 Iuris æquitatem opprimi existimant. iiii. 487

Ratio instituendi & admonendi eos, qui ob scelera sua iusto
 iudicio plectuntur: & tamen obstinati pœnitere nolunt. v.
 489.

Ratio consolandi eos, qui ex animo pœnitentes, crimina fa-
 cinoræque sua desunt. vi. 491

Ratio consolandi & exhortandi eos, qui peccatorum grauitate
 redepessi, & tormentorum acerbitate percussi, de venia
 desperant. vii. 493

De Prædestinationis scrupulo. viii. 501

De iis qui subita morte opprimuntur. ix. 503

Peroratio operis. 508

FINIS.

cciii. 477
m in infer
mi Admo
479

RATIO
vini: Cy
m, qui sub


consolan
CAP. I. 481
tu pericli
483


reunda sup
lio tollu
487

, & prae
487
sua iusto
molunt.

rimina fi
491
n gravita
de venia

493
501
505
508











AQUA VITA
DE FONTIBUS
SALVATORIS

Th
2692